COMPENDII CLAVIS REGIAE, PARS SECVNDA:

R. P. D. GREGORIO SAYRO ANGLO AVCTORE.

&

R. D. CONSTANTINO DE Notarij Nolano, ſacri Cauenſi ç Cœnobii Præpoſito Clauſtrali, Compilatore.

DE SEPTIMO, ET DECIMO Decalogi præcepto.

LIBER NONVS:

De mandatorum Septimi, & Decimi, & cum præcedentibus duobus, connexione, & eorum ſubiecta ſententia.

Caput primum.

HACTENVS de præceptis, quæ ad bonorum corporis, tùm proprij, tum alieni conſeruationem ſpectabant; nunc alia ſuperadduntur, quibus bona externa, contra aliorum iniurias muniantur.

Cur datũ præceptum de non furando.

Neque ſatis viſum eſt D. O. cauiſſe hoc ſeptimo pręcepto furtum externo opere perpetratum, ſed in decimo, prohibet etiam internam de furando concupiſcentiam, ex quo diuinæ legis ſupra hu-

Diuinæ legis ſupra humana, dignitas & puritas.

In oi pec ẽt actus interior ſt illicitus

humanas, puritas, & excellentia dignoſcitur, cùm hæ de internis actibus minimè indicent.

Quærenti verò, cur ſi in omni materia, peccati actus tàm exterior, quàm interior eſt illicitus, adhuc tamen actus interior, non niſi in furto, & adulterio, peculiari mandato prohibeatur.

Cur tantum in furto, & adulterio cauetur expreſſio actus interior.

a Reſpondetur, quod in his tantum duobus, obiecta, boni ſpeciem præſeferunt, in furto quidem boni vtilis, in adulterio delectabilis, in cæteris autem, nulla immediatè ſe ſe nobis boni ſpecies repræſentat, quin potius homicidium, verbi gratia, & falſitas, ex ſe ſunt inuiſa, & odibilia, & tantum in gratiam alterius, & per accidens appetuntur. *a* S. Th. 2. 2 q. 100. art. ad 5.

Quæ præmittenda

Cæterum, quia huius præcepti vis latiſſimè patet ità vt in eo agatur nè dum de iniuſta rei alienæ acceptione, ſed etiam detentione, & furtumque ſupponat rerum diuiſionem, & poſſeſſionem, & dominium diſtributum, ideò antè, de iſtis quoque agendum.

De Nomine, Natura, & Diuiſione Dominij. Cap. II.

Quid Dominium.

Dominium, idem ac rei proprietas, & vt ſic diſtingui ſolet à nuda rei poſſeſſione ab vſu, & vſufructu, inueniturque vſurpatum *b* tùm in ſacris literis, *c* tùm in ciuilibus ſanctionibus. *b* Thob. 8. p. Macha. 11.

Vt differat à Dominatione & Dominatus.

Dominio, affines ſunt duæ aliæ voces, Dominatus, & Dominatio; differuntque, quod hæ ſemper in ſubditos imperium connotent, dominium verò non ſemper ideoque non niſi impropriè diceremus habere nos mundi, vel Bruti alicuius dominatum, ſed benè dominium, cùm imperium, quod dominatione inſinuatur, ſupra res, ratione carentes, non cadat. *c* lib. 3. ff. P plures titulos. *d* Apud Bar. in l. ſi quis in §. Differẽtia ff. de acq. vel amitt. poſſeſ.

Dominii definitio apud iuriſtas

Dominium apud *d* iuriſtas. Eſt facultas propinqua aſſumendi res aliquas in ſuam poteſtatem, vel vſum licitum ſecundum Iura rationabiliter inſtituta.

Apud *e* Theologos definitur Ius proprium in re, quam in ſuũ commodum poteſt quis vſurpare, quocunque vſu Lege permiſſo,

&

a Valen. t. 3. diſp. 59. 10. pun. 1.
b 2. 2. q. 66. ar. 1.

& a ambæ in idem recidunt, nec ab eis differt, quæ affertur a Diuo b Thoma.

Ly proprium ponitur ad differentiam poſseſsionis, & vſusfructus, qui poſſunt eſse ſeorſim a Dominio, cum non ſint propria facultate, ſed dependenter a uoluntate alterius.

Prælati, Reges, & Parentes non habẽt in ſibi ſubiectos dominiũ deſpoticum.

c Luc. 22. 1. Petr. 5. Ezech. 34. Iud. 8.

Per Ly in ſuum commodum, diſtinguitur Dominium a Iuriſdictione quam habent Princeps, Prælatus, & Pater, in ſubditos, & filios erga quos non habent imperium deſpoticum; ſeu dominatiuum reſultans in eorundem Superiorum commodum, c ſed Regium, & Ciuile, vergens in ipſorummet Subditorum vtilitatem.

Per Ly vſum lege permiſsum inſinuantur variæ Dominij limitationes, appoſitę Iure gentium, a quo & ipſa ſunt introducta, ſic pupillus eſt uerè Dominus, ſed durante minori ętatę, non poteſt diſponere de bonis paternis; ſimiliter ſe habet de dote vxoris cohabitantis cum viro, de pignore apud Creditorem relicto, de fidei commiſſo, &c.

d Soc. 4. Iuſtit. q. 2. ta. 1. conc. 1.

Prima dominij diuiſio in Naturale. Diuinũ poſitiuum. Humanum gentium. Humanum Ciuile

Diuiditur Dominium d Primo in Naturale, quod ſcilicet per naturam habet homo in res naturales, vt in Elementa, Animalia, & cæt. Diuinum poſitiuum, quod etſi ſit circà res naturales, conceditur tamen ex diuino beneplacito, quale habuerunt Saul, & Dauid in Regnum Iſrael; Humanarum gentiũ, omnium ſcilicet Nationum voluntate conſtitutum, & Humanum Ciuile, quod aliquibus Prouincijs peculiare eſt.

Secunda in remotũ, & immediatum.

Secundo in altum, ſeu remotum, & generale, quod habet Rex & Reſpublica in bona ſubditorum, ita ut illis uti poſſint in communem vtilitatem, & baſſum, ſeu proprium, & immediatum vniuſcuiuſque.

e Bar. in l. 1. § p hãc ff. d rei vẽdit.

Tertia in dominium cõmunitatis, & particul. perſonæ, & vtrunq; vel ſæculare, uel ſpirituale.

Tertio in Dominium e Iuriſdictionis, quam habent, vel ipſæ Cõmunitates, vel particulares perſonæ, ſicut enim iſtæ iuriſdictionem habent in propria bona, ſic & ipſa Communitas in aliqua loca, vt ſunt Syluæ, &c. eaque poteſt eſſe vel pro æquali portione apud omnes illius Communitatis, uel pro rata: ſolentque Duces Communitatum plus dominij habere in eiuſmodi bona, quam habeant eorum ſubditi. Et ruſus hoc dominium Iuriſdictionis, vel eſt ſęculare, uel ſpirituale; cuius plenitudo eſt apud Romanum Potificem.

f l. ſi ita ſtipulatus §. Titius. ff. de uer. ob
g l. generaliter ff. q., & a quib.
h Tr. de poteſt. Eccl. conſid. 13. Cõtra. tr. de cõtra. q. 2. &c.

Quarta in plenum, & non plenum.

f Quarto. In plenum, & non plenum: Plenum eſt quod quis habet ſolus fruiturque nedum rei poſſeſſione; ſed uſufructu, poteſtque ad libitum de ea diſponere, etiam non ſalua rei ſubſtantia.

Quinta in utile, & directum

g Quinto. Non plenum, diuiditur in utile; & directum, & hoc abſolutè dicitur dominium, licet impeditum; illud uero tantum ſecundum quid, & neceſse eſt ut aliquando ceſsante impedimento vtile cum directo conſolidari poſsit.

Gerſon ut diuidat & ipſe Comm...

Dimittimus autem hic diuiſioem illam, quam afferunt h Gerſon, & alij in Dominium beatificum conueniens homini in ſuis operationibus ſecundum legem gloriæ, Gratificum ſecundum le-

gemgratiæ, Euangelicum ſecundum ipſius leges, Canonicum ſecundum Canones, & Ciuile ſecundum leges politicas, non enim inſeruit noſtro propoſito.

De nominibus Iuris Vſufructus & Poßeſsionis. Cap. III

Quid ius? Definitione Dominii.

DIcendum primo. Ius, non illud quidem, quod eſt obiectum Iuſtitiæ, ſed quod in Dominii definitione fuit vſurpatum. Definiri quod ſit facultas aliquid faciendi, ſiue obtinendi, aut in eo inſtituendi, vel aliquó alio modo ſe habendi, cui ſine cauſa iuſta contraueniri nequit. Eſtque duplex in Re, & ad Rem, illud connotat actualem rei poſſeſſionem, vnde qui fundum emit, eumque à Venditore recepit, iam habet Ius in re, Ius autem ad rem eſt facultas ex aliquo titulo ad rem nondum obtentam, ſed obtinendam, vt hæreditas ex teſtamento, quam tamen quis adhuc minimè adierit.

Ius uel in Re, vel ad Rem.

Dicendum *a* ſecundò contra Gerſonem, & *b* alios; titulum Dominii diſtingui ab ipſo Dominio tanquam fundamentum & cauſam à ſuo effectu, hinc aduerſarium dicentem ſe habere fundi dominium, vrgemus adhuc, vt titulum oſtendat, nempè donatio-minium, vrgemus adhuc, vt titulum oſtendat, nempè donationem, vel emptionè, &c. Sic titulus dominii quod habet homo in res neceſſarias ad cibum, & potum, eſt vita naturalis, cum ſine illis ſeruari nequeat, ex quo etiam titulo licitum eſt in extrema neceſſitate accipere res alienas. Ita titulus Patris in Filium, eſt generatio, Regis in Regnum eſt electio, vel ſucceſſio, &c.

Dominium diſtinguitur ab eius titulo ut effectu a ſua cauſa

a ex Gon: rad tr..1 a contr.q.1. conc.4.
b Ledeſma 2. quarti. q.18 art.1.

Quamuis autem ad Dominium requiratur, præter titulum, traditio, & apprehenſio Rei, hæc tamen non ſunt fundamentum Dominii, ſed conditiones, ſine quibus non.

Traditio et apprehenſio rei ſunt tantum conditio ſine qua non.

Rurſus hic titulus poteſt eſſe duplex, Verus, & Præſumptus; nam qui verbigratia emit rem à vero Domino titulū emptionis, at ſi emat à fure, quem credidit verum dominum, habet tantum præſumptum titulum.

Dominii titulus uel verus vel præſumptus.

Dicendum tertio. Licet Vſus, & Vſufructus deriuentur ab vti, & frui, nos tamen has voces *c* non vſurpamus modo theologico, ita vt dicamur vti rebus, quibus adhęremus, non propter ipſas, ſed propter alias, fruamur autem, tanquam vltimo fine perſiſtendo in rebus, ſed accipimus modo legali, quatenus Vti, eſt ex re aliena nobis permiſſa, fructum capere ſolum pro nobis, frui vero eſt

c I.d.1. ex Auguſ. 10. Trin.

eſt cum facultate etiam transferendi eundem fructum in commodum aliorum, ſi nobis libuerit.

Vſus & vſusfructus dupliciter. Quomodo definiuntur.

a Aug. 2. 2. q. 62. ar. de domin. b l. pen. ff. de vſufru. Inſt. codē tit.

a POſſunt etiam vſus, & vſusfructus accipi dupliciter, vel pro ipſo actu vtendi, & fruendi, & dicitur vſus facti, vel pro iure, & facultate exercendi talem actum. Definiturque vſus, b Ius vtendi tantum rebus alienis ſalua earum ſubſtantia, & is, cui talis vſus conceſſus eſt, dicitur Vſuarius. Vſusfructus dicitur Ius vtendi, & fruendi, & qui tale Ius habet, dicitur vſufructuarius Itaque differentia inter has duas diffinitiones conſiſtit tantum in voce fruendi, per quam inſinuatur rei alienæ vſum nobis conceſſum, etiam in aliorum commodum à nobis transferri. Dicitur autem in vtraque definitione Ius vtendi, ad differentiam aliquarū rerum, quibus vti non licet, vt Pignore, & Depoſito. Additur, rebus alienis, quia rerum propriarum non datur vſus, ſed dominium, denique verba illa, Salua earum ſubſtantia demonſtrant vſum, & Vſumfructum, non eſſe de rebus, quæ vſu conſumuntur. Ex quibus omnibus.

Vſus parum Iuris includit.

Infertur primo, parum iuris eſſe in vſu tantum, hinc habens ius vtendi alieno fundo, poterit ex eo ligna, fructus, fœnum, & huiuſmodi ſolum pro quotidiano vſu ſui, ſuorumque Iumentorum ſumere, in eoque ambulare, & permanere, modò nè proprio Domino, eiuſque miniſtris, ſit impedimento, & hoc Ius, quod habet Vſuarius, nullo titulo poteſt alteri concedere. Item habens vſum Domus, poteſt eam inhabitare cum ſua familia, hoſpites ſuos in ea recipere, non tamen concedere alteri ad habitandum, vt ſupra.

c l. plenū. ff. de habi.

c Et habens vſum Pecorum, non poteſt accipere lanam, agnos, vel lac, niſi tantum modicum.

In vſu iumentorum non veniunt eorum fructus.

Ratio, quia in vſu Iumentorum non veniunt eorum fructus, quare eis utetur ad proprios agros ſtercorandos, propriaque uehenda onera.

Sicui uero ex teſtamento, aut alia ratione Domus habitatio concedatur, poterit nedum ipſe illam habitare, ſed alteri quoque permittere ad habitandum.

d l. 1. ff. de vſu & habitatione. §. ſicui In ſtit. eo. tit. e l. æquiſſimam, & l. ſed etſi, ff. de uſuf.

Ratio, d quia habitatio in plus ſe habet quàm uſus.

Infertur ſecundo. Vſumfructum propriè, ideſt rerum vſus non conſumptibilium, non importare illarum dominium, hoc enim remanet apud proprietariū, vnde ſi interim abſue Vſufructuarij culpa pereant (quæ contingeret e ſi domum, verbi gratia conuerteret in ſtabulum, aut ſeruum honeſtæ conditionis uiliſſimi manciparet officijs, eique cibū & ueſtitum pro dignitate denegaret) non ſibi, ſed proprietario parirent. Habens uero uſumfructum impropriè, ideſt rerum uſu conſumptibilium, cum efficiatur earum Dominus, tenetur ſuo tempore tantundem reſtituere, quantum interim de eis perdet, aut deteriorabit, pro quo det cautionem & ſi non poterit aliam, ſaltem Iuratoriam.

Cautio ab vtroq. vſufructuar. praſtanda.

Item Vſufructuarius propriè, tenetur ad cautionem, quod re-

bus utentur abitrio, boni viri, nec eſt vt uir bonus re propria vteretur.

Quid dicendum circa expenſas faciẽdas a proprio vſufructuario.

Infertur tertio. Quid dicendum circà refectionem, & expenſas a proprio uſufructuario faciendas.

Et primo, ſi cui gregatim Iumenta ad vſum concedãtur, debet reſtituere integredum numerum, ſubſtituendo alia in locum de mortuorum, ſecus ſi in particulari fuerint conſignata, & culpa abfuerit.

Similiter ſi cui detur uinea ad vſum fructum, tenetur *a* ſubſtituere nouas arbores, ſi aliquæ interim pereant, modò ne a tempeſtate, abſque ſua culpa deiectæ ſint.

a l. 1. ad fi. & l. 2. ff. vſumf. quẽadmo. caueat.

Ratio horum eſt, quia Vſufructuarius eſt tanquam procurator proprietarij, ac proinde illi incumbit rerum vtillitas, & coſeruatio. Vnde & in Iudicio ipſe poterit agere nomine proprietarij in omnibus his, quę ad conſeruationem, & utilitatem rerum ſpectant.

Rurſus Vſufructuarius tenetur ad modicos ſumptus, ſpectantes ad rei refectionem; ſecus ſi magni ſint, vergantque ad perpetuam rei utilitatem. *b* Si quæ uero rationabliter expendat pro manutenenda poſseſſione, poteſt repetere a proprietario.

b l. vſufructu legato & c. Hactenus. de vſuf.

Denique tenetur Vſufructuarius ad ſoluendum annum tributum taxatum.

Vſuf non poteſt abſque proprietarij conſenſu uſumfructum in alium trãsferre ſed tãtum vſum.

Infertur quarto. Quod licet *c* Proprietarius abſque Vſufructuarij licentia, dominium uendere poſſit, Vſufructuarius tamen nullo titulo poteſt ſine conſenſu Proprietarij vſumfructum in aliud transferre; & id attentas ſtatim cadit ab vſufructu, & acquiritur Proprietario. Poteſt tamen Vſufructuarius vſum in aliũ transferre, ideſt vt quis poſſit fructus ſuo adhuc nomine percipere, tunc eni Ius uſusfructus, non transfertur, ſed permanet apud Vſumfructuarium impeditum tamẽ propter translationem iuris ad utilitatem in alium. *d* Sic Beneficarius non poteſt transferre in Laicum Ius ad percipiendas decimas nomine Laici, *e* ſed nomine ſuo, & erit tantum ius ad vtilitatem, non ad iuriſdictionem, i. non proprio nomine, ſed concedentis.

c l. locũ ff. de vſuf.

d c. quamuis, & c. prohibemus de decim.

e c. veſtra, de locat.

Corollarium.

f Hinc colligitur Vſumfructuarium poſſe alienare id, quod nõ poteſt Vſufrutuarius, & quod morte eius, cui talis vtilitas ab vſufructuario conceſſa eſt, nihil deperdit Vſufructuarius quare & hic ſolus & non alius, tenebitur ad expenſas, tributa, cautiones, &cæt. non autem is, cui Ius ad vtilitatem ab Vſufructuario conceditur.

f l. vſusfructus, ff. de vſuf.

Vſufr. quando dicatur. dominus fructuum.

Infertur quinto. Vſufructuarium effici dominum fructuum rei, non niſi quando illos actu percipit.

Ratio eſt, quia poma, verbi gratia iuncta arboribus, cenſentur vna res cum illis, proinde tanquam de rei ſubſtantia ad proprietarium vt ſic pertinent.

g Hinc ſi Vſufructuarius interim moriatur, fructus coniuncti non ſpectabunt ad eius hæredes, ſed ad Proprietarium, licet inte-

g Inſt. de rerũ diu §. is vero.

tim

rim Vſufructuarius ius habeat ad huiuſmodi fructus percipiendos, ità vt ſi quando ſurripiantur, ius habeat repetendi; ſemper tamen quoaduſque non redantur, non dicuntur, eſſe ipſius.

Fructuum verò nomine intelligitur primo quidquid utile prouenit ex re.

Quæ ueniant nomine fructuũ

Secundo quidquid ex re prouenit ad ciuilem, & honeſtam uoluptatem.

Tertio quidquid ad ornamentum, & oſtentationem.

Ortum porrò habuit Vſufructus ex hoc, quia voluerunt alioquin legare certis perſonis tantum, quæ ad earum victum, & cultum eſſent neceſſaria, relicta ſibi interim proprietate bonorum.

Vſuſfr. vnde originẽ habuerit.

a Quantum ad poſſeſſionem Hæc ſumitur dupliciter.

Primo materialiter pro re ipſa, quæ poſſidetur, vt domus, quę acceptio nihil ad præſens.

a l. interdũ ff de verb. ſignif.

Poſſeſſio dũpliciter.

Secundo formaliter a forma, ſeu re, a qua homo denominatur poſſeſſor, & res aliqua poſſeſsa dicitur, & ſic inſeruit noſtro inſtituto.

Poſſeſſionis hoc poſteriori modo acceptæ Ethimologia deducitur, vel à b pedum, uel a c Sedium poſitione quibus præſertim modis rerum immobilium poſſeſſio acquiritur, de qua hic agitur nam quamuis, & vitam & ſcientiam poſſidere dicamur, in his tamen & alia eſt ratio poſſidendi, & alius eſt modus obtinendi poſſeſſionem. Definitur poſſeſſio non minus a Theologis, quam a Iuriſtis, & pro intelligentia.

poſſeſſionis formaliter accepta ethimologia.

b Cou. ru. de teſtam. 1. p. n. 2 et reg. poſſeſ. ſio, in pri q. 2. de regul. iur. in 6.

c Alciat. l. 1. ff. diſp. c. 1

Notandum, primo, quod cum poſſeſsio ſignificare poſsit & ipſam poſsionis acquiſitionem, & id quod ceſsante illa actione, per quam in poſſeſſione quis ponitur, quaſi permanenter durat, & denominat poſsidentem. Iuriſtę autem definendo poſſeſſionem, fere tantum explicant illud primum Theologi & hoc poſterius.

Poſſeſſio, et poſſidere aliquando impropriè. Quid Iuriſta a Theo. differant ĩ definitione poſſeſsionis

Notandum ſecundo. Bona, quæ a nobis poſſidentur, ad tria capita reuocari, uel enim ſunt bona corporis, vt uita ſalus, & cætera, vel animæ ut ſcientiæ gratia, uel fortunę, & hæc adhuc triplicia ſunt, nempè fama, & honor, res corporales, vt ager, & domus, & res incorporales, cuiuſmodi ſunt Iuriſdictiones, quæ etſi d quaſi poſsideri dicantur vt potè incorporales, extenſa tamen ſignificatione, adhuc & ipſas ad poſseſsionem abſque addito reuocamus.

Bona vel corporis vel animi, vel fortunæ.

d l. ſerus. ff de acqui. rer. do. & c. cũ Ecc. Sutrina & ibi glo. in ver. poſſeſſionem.

Notandum tertio. Hæc tria bonorum genera, modo illis conueniente poſsideri, Nam quæ ad corpus, & animam ſpectant, eo ipſo poſſidentur, quod nobis in hærent, & conſenquenter per ſuammet exiſtentiam, quam profectò non habent ſeorſim a nobis.

Ex bonis verò fortunæ, qui a fama bonum extrinſecum, ideo illam non niſi in aliorum mentibus poſſidemus, eàque ſicut & honorem poſſidere dignoſcimus ab effectibus, quod verbigratia

Bona a nobis poſſidentur modo illis conueniente.

 tia

tia fruimur priuilegijs, quod præferimur alijs, quod laudamur quod nobis reuerentia exhibetur.

Idemque proportionaliter dicendum de carentia infamiæ, quę moraliter adiunctam habet bonam famam, Bona fortunæ; quæ tangi poſſunt, ideoque, & corporalia appellantur, ut ueſtis, & aurum. Is dicitur poſſidere *a* qui ita habet apud ſe, ut nomine ſuo illa teneat, cuſtodiat, adminiſtret; quare, & ſi initio aliqua fortaſſe actio corporalis intercesserit in eorum poſſeſſione adeunda, poſtea tamen non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt ſi iuxta moralem exiſtimationem, perſeueret. Deniquè Bona fortunę incorporalia poſſidet, qui ſine impedimento, habet ius adeundi hæreditatem, mittendi ſtillicidium, uel tranſeundi per alienum fundum & cætera. *a l. 3. §. 2. ff. de acq. poſſ.*

Poſſeſſionis diſfinitio. Ex ſupradictis colligi poterit poſſeſſionis definitio, quod ſit habitudo quædam, ſeu moralis facultas, aut phyſica, per quam cenſetur quis ita rem apud ſe tenere, ut ratione eius ad eum iure pertineat rei vſus, & adminiſtratio.

Bart. Hoſtien. Theol. Ad hanc reuocatur facilè Bartoli definitio, quod ſcilicet ſit ius *b* inſiſtendi rei non prohibitæ poſsideri, nec non & *c* Hoſtien quod ſit rei temporalis detentio corporis, & animi, vtriuſque adminiculo, *d* & Theologorum, quod ſit Ius ortum ex voluntaria & iuſta rei detentione per actum externum firmatum, Iuris adminiculo interueniente. *b l. 1. i pri. ff. de acq. poſſeſs. c In Sum. d Salò. tr. de domi. q. 1. art. 1. Ban. præamb. de domin. q. 1.*

Soluitur obiectio Molinę. *e* Molinę tamen diſplicet particula illa, Ius, cum multi per iniuriam poſsideant, cæterum & in his definitionibus ius accipitur nedum pro vero, ſed etiam putatiuo, & qui rem poſsidet per iniuriam, non niſi Iuris ordine ſeruato, à poſseſsione eſt deturbandus, ac proinde habet interim ius permanendi in illa. *e to. 1. de iuſt. tra. 2. diſp. 17. in fin.*

Poſseſsio Ciuilis, Naturalis, Mixta. Diuiditur poſseſsio in naturalem tantum, in ciuilem tantum, in naturalem, & ciuilem ſimul. Poſsidet naturaliter, qui tantum occupat actu corporeo animo ſibi retinendi rem ab altero ciuiliter poſseſsam; Ciuiliter poſsidet, qui poſt adeptam poſseſsionem, nullam circa rem poſseſsam, naturalem actionem exercet, ſed illi tantum animo quaſi habituali inſiſtit. Tandem is poſsidet vtroque modo qui actu apprehendit & contractat rem, & ſecundum Ius ſufficienter illam retinet.

Poſseſsio perfectiſsima quę. Ex his, ciuilis, & naturalis ſimul eſt modus perfectiſsimus quique maximè ſufficit ad iuſtæ poſseſsionis effectus; perfectus eſt ciuilis, omnium imperfectiſſimus naturalis tantum. Ex quibus infertur.

Infertur 1. *f* Primo, quod ſi poſsidens ciuiliter, medio tempore ab alio per naturalem tantum poſseſſionem turbatur, nullum ei infertur præiucidium. *f Gl. et oēs in l. clam. poſſidere, §. qui. ad nundinas. ff. de acq. poſſeſſ.*

2. Secundo, quod præſcriptio non incipit niſi à die, quo quis abſens, ciuilem poſseſsionem amiſit.

3. Tertio, quod quia Vſufructuarius, & Emphiteuta nó poſsident ciuiliter, ideo non pręſcribunt.

Diui-

Diuiditur ſecundo poſſeſſio in eam, quam quis habet *a* per ſe, uel per alterum, vt per Procuratorem, Colonum, &c.

Diuiditur tertio in iuſtam, & iniuſtam, *b* illaque requiritur iuſtum titulum, bonam fidem, & bonum modum.

Ex quibus omnibus colliguntur effectus poſſeſſionis, quorum

Primus eſt poſſe preſcribere rem poſſeſsam.

Secundus, quod in dubio melior eſt conditio poſsidentis.

Tertius, quod poſseſsor in foro exteriori habet vicem rei, non actoris, vnde nec tenetur probare rem eſse ſuam.

a l. 2. § quid ſi ſeruus, & §. Salı. de acqui. poſſ. *b* c. cū qui de præbē. in 6.

Poſſeſsio vel per ſe, vel per alium.
Iuſta vel iniuſta.
Poſſeſsionis effectus.

De Dominii ſubiecto, ideſt quibus Dominium propriè competat.
Cap. IV.

SOlus *c* homo inter ſublunaria eſt propriè Dominij capax.

Probatur primo. Liberum arbitriū ſoli homini ineſt, liberum arbitrium eſt dominij fundamentum, ergo ſolus homo eſt dominij capax, maior patet, quia *d* ſolus homo eſt ad Dei imaginem, quæ præſertim ratione intellectus, & voluntatis refulget in homine minor probatur, nam dominium eſt ius liberè vtendi.

e Secundo ſolus homo eſt capax iniuriæ, ergo ſolus dominij capax.

f Tertio ſolus homo eſt dominus ſuarum actionum, per quas & conferat, & precipiat, & prohibeat, &c.

Obijcitur primo. *g* Cœli & Aſtra dominantur inferioribus.

Reſpondeo huiuſmodi non eſse dominū, ſed naturę ordinem, vt ſcilicet medijs eorum influxibus inferiora conualeſcant.

Obijcitur ſecundo. Herbas fore datas in dominium Iumentorum.

Reſpondeo potius hominum, qui eadem Iumentis in pabulum ſubminiſtrent, vt colligitur ex *h* lib. Geneſ.

Obijcitur tertio. *i* Apes Regem ſequuntur, rapacibus Auibus præſt *l* Herodius, leonem quadrupedia venerantur.

Reſpondeo, hæc metaphoricè concedenda, ratione ſcilicet alicuius naturalis prærogatiuæ, quę in his animalibus prę cęteris inuenitur, Sed vt rem clarius explicemus.

Dicendum primo. *m* Deum eſse rerum omnium eminentiſsimum dominum.

Probatur, & quia ſi cut ſi res eſse debent, non poteſt non eſse

Deus

c S. Th. 1. 2 q. 64. ar. 1. & q. 66. a. 1. & alij apud Sayr. nu. 2.
d Gen. 1.
e S. Th. 2. 2 q. 64. ar. 1.
f S. Th. 1. 2 q. 16. ar. 2. S. Aug. lib. 83. q. 9. 30. Ariſtot. 1. Meteor.
g cap. 1.
h S. Hier. ep. ad Ruſ. & refertur c. in apib. 7. q. 1.
i pſ. 103.
m Sap. 6. Heſter. 13. Iudic. 6.

Cœlorum, & ſyderum in inferiora non eſt dominiū ſed naturæ ordo.
In Brutis dominium metaphoricum.
Deus hīc eminentiſsimum dominium.

Deus earum Creator, & Gubernator, ità, & non eſſe dominus, & *a* quia eius dominium ad omnem vſum poſſibilem ſe extendit, ità vt ſuo nutu poſſit, & Angelos annichilare abſque quod eis iniuriam inferat, ex quibus infertur. Primo. Dominium, quod habēt creaturæ rationales eſſe quādam Diuini dominij participationē. Secundo. Dei dominium vſq; ad intimas rerum naturas protendi creatum verò dominium, in earūdem vſum dumtaxat terminari. Tertio, Verè dici poſſe antonomaſticè de Deo. Tu ſolus Dominus

a Sapiē. 12 Eſai. 45. Rom. 9.

Corrolaria.

Angeli quarum rerum habeant dominium.

Dicen. 2. Angeli ſuārū actionū habent dominiū, nec non, & bonorū, quę illis intrinſeca ſunt. Rō, quia ſunt creaturæ intellectuales, & liberæ. Rerū aūt inferiorū *b* propriè non eſſe dominos, pleriq; rectius arbitrātur, tū quia non egent illis ad vſum proprium, nec ad illa per ſe ordinē habent, tū m, ét, quia non ſunt principia, & cauſæ earundem; potius dicemus ſortitos fuiſſe Angelos circa hęc inferiora, vſum miniſtrialem exequentes mandatum Dei.

b Ledeſ. 2. quarti. q. 18 a. 1. du. 3. & alij apud Sayr. nu 5.

Homo rerum ſublunariū conſtitutus dominus.

Dicendum tertio. *c* Hominem, iure naturali, conſtitutum eſſe rerum ſublunarium dominum.

c S. Th. 2. 2 q 66 ar. 1.

Probatur tùm ex Scriptura dicente. *d* Omnia ſubiecta eſſe eius pedibus, &cæt. tùm ratione; eſt *e* enim homo finis omnis corporeæ, & ſublunaris Creaturæ, & præterea imperfecta ſunt propter perfectoria, homo autem eſt omnium ſublunarium perfectiſſimus.

d pſ. 8. Gē. c 1.
e 2. Phyſ.

f Dicendum quarto. Prima rerum conſtitutione ſpectata, nedum communitas hominū, ſed quelibet priuatus homo, ſublunarium rerum eſt dominus.

f Moli. tō. 1. de iuſti. tr. 2. diſ. 8.

Rerum diuiſio de iure gētium.

Rerum quippe diuiſio, & appropriatio iure gentium eſt introducta, vnde & illud vulgatum Axioma, Iure naturæ omnia ſunt communia.

Quæ adhuc propria fuiſſent in ſtatu naturæ.

Cæterùm ſi primæuus ille naturæ ſtatus perſeueraſſet, adhuc dona, ſiuè corporea, ſiue incorporea, tàm indità à natura, quàm propria induſtria comparata illius cui ineſſent, propria extitiſſent, vt pulchritudo, artes, honor, exiſtimatio, &c. His cōſtitutis

Dubitatur primo. An in quacunque ætate, & ſtatu, homo ſit capax dominij.

Pueri ſunt domini rerū ſuarum.

Dicendum primo. Pueros antè vſum rationis, eſſe dominos earum rerum, quæ ad ipſos ſpectant.

Probatur primo ex Apoſtolo dicente; *g* Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo cum ſit dominus omnium.

g ad Gal. 4

Secundo. Infans ſuccedit in ius defuncti qui, erat dominus hæreditatis.

Tertio. Bona illa aliquem certum dominium habere debent, at non tutores, quia tantum adminiſtrant, reddituri ſuo tempore ad miniſterio rationem.

Quarto. Qui illa auferret, iniuriam faceret infan tibus, & furtum committeret.

Quinto. Rationales ſunt.

h Dicendum 2. Etiam amentes eſſe dominos ſuorum bonorum. Probatur eiſdem rationibus, quibus & præcedens dictum.

h Victoria in rele. de Indiſ. ſect. 1. n. 21. & 22 Bann. Salō. Mol

Quod

Quod verò nec hi, nec Infantes libero vtantur arbitrio, nihil obſtat quippè cum dominium fundatur ſupra potentias rationales, non ſupra earum vſum, alioquin nec dormientes haberent dominium ſuorum bonorum.

Deficiente ergo rationis vſu, dominium quidem remanet ſed impeditum, in quo caſu Reſpublica prouidis Tutores, & Curatores.

Ex quibus colligitur Reges, & Pontifices incidentes in perpetuam amentiam, non eſſe ipſo iure depoſitos, quamuis amentia eiuſmodi ſufficiens cauſa ſit, vt deponantur, quod ampliat a Caietan. etiam in Papa.

a to. 1. op. tr. de pot. Papæ c vl. — *Perpetua amentia eſt eã ſufficiens depoſitionis ex in Papa.*

Dicendum tertio. *b* Nullus Religioſus eſt dominij capax in particulari.

Ratio, quia ſponte à ſe abdicauit poteſtatem, & ius dominij, & hæc proprietatis abdicatio ita eſt annexa ſtatui Regularium, vt poſſit quidem Papa facere de Monacho, non Monachum, non autem de Monacho proprietarium.

b ca. cũ. ad Monaſter. de ſtat. regul. — *Religioſus, vt ſic incapax dominij.*

Dubitatur ſecundo. An præter liberum arbitrium, ſit etiam neceſſaria fides, & charitas ad dominium.

c Reſpondeo negatiuè, & conſequenter per peccatum mortale dominium non amittitur.

c Ber. ſer. 66. in Cãt. & alij apud Say. n. 1. — *Charitas nõ eſt neceſſaria ad dominium.*

Probatur primo ex Scriptura, in qua inueniamus *d* Nabuchodonoſor Regem, nè dum peccatorem, ſed Idolatram, ſimiliter, & *e* Cyrum, *f* Chriſtus quoque docuit reddenda Cæſari quæ ſunt Cæſaris, *g* itemque Pilato proteſtatus eſt datam eſſe deſuper poteſtatem, & *h* ſuper Cathedram Moyſi ſediſſe, &c. *i* Petrus quoque hortatur nos ſubditos eſſe dominis, nedum bonis, ſed diſcolis etiam.

d Iere. 27. Ezech. 29 Dan. 2. e Eſa. 45. f g Io. 18. h Matt. 23. i Can. 1. c. 2. — *Probatur 1. ex Scriptura.*

Secundo ex Concilio Conſtantienſi ſeſſione octaua, hoc tanquam de fide conſtituente, dum damnat articulo quinto, & ſeſſione 15. cum damnat errorem 30. Ioan. Hus. 2

Ex Concil. Conſtan.

Tertio ratione ab abſurdis, quę per oppoſitam ſententiam inueherentur, ſemper enim dubij eſſent homines, an verè ſint rerum ſuarum domini, ob incertitudinem, an ſint in gratia; Item neſciretur cui parendum eſſet, & an leges ab aliquo latæ eſſent validæ, &c. 3

Ratione.

Contrarium docuerunt *l* Primò Hæretici Valdenſes, ſiue Apoſtolici volentes ciuilis dominij fundamentum eſſe charitatem. Probant.

Primo. Beneficium (cuiuſmodi eſt dominium) non confertur inimico, ſed peccator eſt Dei inimicus, ergo &c.

l Ex Bern. ſerm. 66. i Cant. Say ro. n. 10 §. ſic olim.

Reſpondeo iuſtiſſimis ex cauſis voluiſse Deum, vt beneficia tẽporalia etiam ſuis inimicis eſsent communia, de quibus vide S. m Auguſtinum.

Soluitur prĩma valdẽ. ſummatio

Secundo probant. Dominium competit homini ratione diuinæ imaginis, & hæc ab eo tollitur per peccatum mor.

Confirmatur ex Armachano, cum enim rerum dominiũ Deus con-

conceſſit homini, enm prius benedixerat, quod innuit aliquid gratuitum naturæ ſupperadditum.

Soluitur. 2. obiectio. Reſpondeo. Imaginem Dei in homine eſſe ratione intellectus & voluntatis, vt ſupra, quæ potentiæ per peccatum mortale non amittuntur.

Ad confirmationem. Benedictione illa, non donum ſupernaturale, ſed naturale dominium vtendi rebus, fuiſſe conceſsum homini.

Soluitur 3. Tertio probant, Ob crimen læſæ humanæ maieſtatis, amittitur dominium, ergò multò magis ob peccatum commiſsum contra Deum.

Reſpondeo, Ob crimen læſæ maieſtatis amittitur dominium, qui aitâ legibus ſancitum eſt, quod verò idem amittatur ob peccatum, nullibi habetur.

Soluitur fũdamentum Gerſonis, et Conrand. Contrarium ſecundo docuerunt *a* Gerſon, & *b* Conrad. ponentes dominium gratificum, ità vt iuſti titulo charitatis dominium quoddam in res aliena acquirant.

a de potest. eccl. conſ. 13.
b tra. 1. de contract. q. 2.

Fundamentum autem eſt, quia amicis Dei omnia ſunt cummunia.

Soluitur fũdamentum Hoſtien. Reſpondeo debere intelligi de bonis ſpiritualibus gratiæ, & gloriæ.

Contrarium tertio docuit *c* Hoſtienſis volens titulum dominij eſse fidem ſupernaturalem ac proinde dominium translatum eſse ad Eccleſiam, iuxtà illud.

c in c. ſup bis, de voto, & voti Redempt.

Cens, & Regnum, quod non ſer
uierit tibi, peribit Re-
ſpondeo intelli
gi de
ſpiritualibus, quorum omne
ius translatum eſt ad
Eccleſiam.

De

De Dominii Obiecto, ideſt quarum rerum Homo ſit dominus. Caput V.

PRimo dubitatur, An homo habeat dominium Cœli, & Elementorum.

a Reſpondeo quoad Cœlum negatiuè, eodemque modo quoad ſpheram ignis, & ſuperiorem Aeris plagam.

Prima pars probatur ex Scriptura, *b* cum enim in ipſa numerantur, quæ homini ſubiacent, tãtum fit mentio corruptibilium.

Probatur ſecũda pars, inſeruitque probatio etiam primæ; homo enim non habet ius in eorum ſubſtantiam, neque illa poteſt in eorum vſum transferre, ſecus de infima aeris regione, terra, & aqua, &c.

Obijcitur primo. Cœli, & Elementa ſuperiora, ſunt tanquam tecta noſtrarum ædium. Lux item Solis, & Aſtrorum, influxus, & calor, homini inſeruiunt. *Soluitur prima obiectio.*

Reſpondeo inferri potius hominem eſſe horum non dominum ſed vſuarium.

Obijcitur ſecundo *c* ex Chriſoſtomo aſſerente rerum omnium habere nos tantum vſum. *Soluitur 2. ex Chriſoſ.*

Reſpondeo ibi agere pro concione, ac proinde vti metaphora, alioquin ibidem addit, rerum temporalium eos habere dominiũ, qui illas contemnunt.

Dubitatur ſecundo. An vita hominis & corporis integritas, ſit materia humani dominij, & loquimur de bonis corporis, quæ per ſe ad hominis conſtitutionem ſpectant, cuiuſmodi ſunt vita, ſalus membra, &c. non ſunt & alia, quæ per accidens, & non niſi ad ornatum illud concernunt, vt pulchritudo, agilitas, robur, &c.

Dicendum primo, & eſt de fide, *d* D. Opt. eſſe vitæ, & mortis noſtræ Dominum.

Probatur primo ex *e* Scriptura id ſæpius atteſtante. *Deus eſt vitæ et mortis noſtræ dominus.*

Secundo ratione, quia vita noſtra regitur ſolum per liberum Dei arbitrium, illam antecedens, ita vt non minus egreſſus, quàm ingreſſus noſter à Dei nutu dependeat. Hinc ſine cuiuſuis iniuria præcipere potuit Abrahæ, vt filium occideret, & Sauli Amalechitas, & Angelo primogenitos Aegyptiorum.

a Salon. 2. 2. q. 62. ar. de Dominio q. 2. & alij apud Sayr. n. 1.
b Gen. 1. pſ. 8.
c Homil. 2. ad popul. Antioch.
d vide Valent. to. 3. diſp. 5. q. 10. pun. 1. dub 3
e Deut 32. 1. Reg. 2. ſap. 16.

Dicen-

Homo nec vita, nec membrorum ſuorum dominus.

a Dicendum ſecundo. Hominem non eſſe vitæ, & membrorum dominum.

Probatur primo, quia huiuſmodi dominium ſignificat propriè directum ius in rei ſubſtantiam, & conſumptionem, ſine cuiuſuis iniuria, quod homo non habet vitam ſuam, quia nunquam legitimè ſe necare poſſit, aut mutilare, vnde & b Cicero aiebat, neminem in iuſſu Dei ex hac vita poſse migrare.

Secundo, omne dominium innititur aut Iuri Diuino, aut Naturali, aut humano, quorum nullum concedit homini ſuæ vitæ dominium, de Naturali patet, cum Natura potius incitet ad ſui defenſionem, pro qua & omnia expendit, ita vt c cuncta det homo pro anima ſua, de Diuino item patet, nam in præcepto, Non occides, non minus ſui, quàm proximi interfectio prohibetur, & parte: Ius Diuinum nunqam concedit aliquid, quod Iuri Naturali repugnet. De Iure humano pariter liquet, cum per ipſum vim vi repellere liceat, & ſe tueri, imò de Iure Gentium, & Naturæ, permittitur interimere ſuum inuaſorem cum moderamine inculpatę tutelæ, & d demum Ius Ciuile, & Canonicum ſui ipſius homicidas, confiſcatione bonorum, & ſepulturę priuatione plectere conſueuit.

Fundamenta contrariæ opinionis.

Contrarium docuerunt e Ledeſm. f & alij. Probant ex eo, quod g Deus reliquerit hominem in manu conſilij ſui, ac proindè multis modis poſſit homo, & vita, & membris ſui licitè vti, verbigratia, vendendo, vel donando ius ſui corporis, vel membrorum, quoad has, vel illas functiones. Item, quia occidens, mutilans, impediens actiones alterius, iniuriam illi facit, ſecus ſi conſentiret. Præterea, quia poteſt homo vitam pro amicis, patrię, & honorum defenſione exponere, poteſtque abſcindere ſibi membrum, vt in morſu viperę, &c.

Soluuntur.

Reſpondeo ex his, & conſimilibus, tantum inferri hominem eſſe perpetuum poſſeſſorem, & vſumfructuarium vitę ſuę, & membrorum, & ad hoc habere ius perfectę Iuſtitiæ, & hunc vſum corporis proprij h transfert mulier in virum ſuum per matrimoniū. Quòd verò quis mortem oppetat pro patria, &c. non eſt ſeipſum occidere, ſed pręponere opus virtutis, nempè fortitudinis, charitatis, fidelitatis, & amicitię vitæ corporali. Qui autem alium interficit, homicida eſt, & iniuſtus, non quia proximo dominium vitæ, ſed vitę poſſeſſionem auferat, adminiſtrationem, & vſumfructum.

Quale dominium habeat homo.

Dicendum tertio. Hominem habere dominium ſuę libertatis, & moralium actionum, quæ in illa fundari poſſunt, necnon vſum ſuorum membrorum, & potentiarum, itemque bonorum, quæ ad ſui corporis ornamentum pertinent.

Reſp. nō habet dominiū vitæ, & mēbrorum Ciuium.

Dubitatur tertiò. An Reſpublica habeat dominium uitę, & membrorum ſuorum Ciuium.

i Reſpondeo negatiuè. Probatur primo, quia neque pro libito de illorum vita diſponere, quod eſt de ratione dominij, nec innocentes,

a S.Th.2.2 q.59 ar.3. ad 2. Couar. var. 2. reſ. li. 1. c. 2. & alij apud Sayr. nu. 4.
b de Som. Sc p.
c Iob. 2.
d Ariſt. 5. Ethic. ca. vlt.
e 2. quarti q 18. ar. 1. d. 5. cōc. 1.
f Victoria.
g Eccl. 15.
h 1. Cor. 7.
i Sot. 4. Iuſti. q. 2. ar. 3. ca. 2. Arag. Salō. Ban. &c.

cences,

centes, quauis ex cauſa, occidere, aut mutilare.

Secundo. Homo priuatus magis, & immediatius ius habet in vitam, & membra ſua, vnde cum quis occiditur, maior iniuria fit occiſo, quàm Reipublicæ, niſi fortè per accidens ratione boni communis, ſed homo priuatus non habet dominium propriæ vitæ ex ſupradictis, ergo, &c.

a 2. quarti q 18. a. 1. d. 5. conc. 2.

Contrarium docuit Ledeſm. Probat *a* primo, quia reos occidit.

Reſpondeo, non titulo dominij, ſed vice ipſius Dei, ad pacis, iuſtitiæq. cuſtodiam.

Soluitur prima obiect.o.

Probat ſecundo. Reſpublica exponit in bello Ciues periculo mortis.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo ex eo, quia ius habet vtendi actionibus, & corporibus eorum pro boni communis defenſione.

b 5. Ethic. c. 15.

Soluitur 3a obiectio.

Probat tertio. *b* Iniuriam fieri etiam Reipublicæ ex Ciuis occiſione.

Reſpondeo ex eo, quia cuſtos eſt vitæ eius, ſic etiam tutori inferret iniuriam, qui pupillum occideret, cùm tamen tutor non habeat dominium vitæ pupilli.

c Nau ma. c. 18. n. 27. & alij apud Sayr. nu. 15.

Quid interſit inter famam, & honorem.

Dubitatur quarto. An homo famæ, & honoris proprij dominium habeat, ſupponitur autem inter famam, & honorem hoc eſſe diſcrimen, quod illa ſit bona exiſtimatio, quæ ad alterius vitā habetur, honor autem ſit externa reuerentiæ exhibitio, in ſignum alterius excellentiæ, &c.

d S. Th. 2. 2. q. 129. ar. 1.

e videapud Say. exempla s. Ambr. & s. Anſelm n. 12 § 3. Quia homo.

c Dicendum primo. Homo ſimpliciter eſt dominus ſuæ famæ. Probatur.

Homo eſt dominus famæ ſuæ.

d Primo, quia fama, & honor computantur inter bona externa, quorum homo eſt dominus.

Secundo, quia proprijs operibus acquirit ſibi famam, ſicut & diuitias.

f n. 4. ī materia de reſt. famæ q vlt.

e Tertio, quia poteſt ad libitum ea vti, ſiue in publicum, ſiue in priuatum bonum.

Quartò, quia iniuſtè infamatus, poteſt remittere famæ reſtitutionem, abſque conſenſu alterius.

g 4. diſ. 15. q. 16.

Nec valet *f* Hadriani inſtantia, quod poſſit quis remittere membri abſciſſionem, cum tamen membrorum non ſit dominus, Eſt enim diſpar ratio, cum membrum non poſſit in integrum, vt fama reſtitui.

Soluitur inſtantia Hadriani.

h Caie. Armil. &c. apud Sayr. nu. 10.

Contrà hunc dictum noſtrum tenent *g* Maior, & *h* alij violentes hominem non dominum, ſed cuſtodem eſſe propriæ famæ.

i Eccleſ. 4. Proue 22.

Probant primo ex *i* Scriptura cōmendante famæ cuſtodiam.

Reſpondeo comendari, nè charitatis præceptum lædatur, eam ſine cauſa prodigendo.

Soluitur prima ratio.

l de bono viduit. ca. 20. & refertur in c. Non ſunt audiendi 11 q 3. & c. Nolo 12. q. 1.

Adde, quod dominum eſt cuſtodiæ compoſſibile; Item voluit Scriptura inſinuare maiorem rationem habendam eſſe honoris, quàm diuitiarum, &c.

Probat ſecundo ex *l* Auguſtino volente penes Rempublicam

eſſe

eſſe dominium famæ ſuorum Ciuium, *a* & peccare contra Iuſti- *a* 1. ciuit.
tiam non minus qui famam propriam, quàm proximi ſui labefa- c.17. & 20
ctat.

Soluitur 2. ex Aug.

Reſpondeo quoad primum. Auguſtinum intelligere cum fœminis primitiuæ Eccleſiæ. quarum fama ad Chriſtianam Rempublicam ſpectabat, hoc autem eſt per accidens.

Quo ad ſecundum reſpondeo. Auguſtinum tantùm aſſerere vtrumque peccare, & qui ſe, & qui alium infamat, non tamen affirmare vtrunq. eodem peccati genere delinquere, qui enim aliũ infamat, peccat contrà Iuſtitiam, & contrà Charitatem, qui verò ſeipſum, tantùm contrà Charitatem.

Probant tertio. *b* Apud prudentes fama æquatur vitæ, ſed ho- *b* 1. Mach.
mo non eſt dominus vitę, ergo nec famæ. 7. habetur

Soluitur 3.

Reſpondeo, licet vita ſimpliciter præſtet famæ, ex aliqua tamẽ exemplũ
circunſtantia, putà boni publici &c. fama nedum æquatur, ſed Iudæ.
præponderat vitæ, ſic contigit Iudę Machabęo.

Dubitatur quinto. Qui fieri poſſit hominem eſſe propriæ famę dominum, cum eam non poſſidebat, ſed quaſi depoſitam habeat in mentibus aliorum?

Quilibet eſt dominus famæ quæ ſibi debetur ex meritis. Fama non ot... ex meritis occultis.

Dicendum primo. Cum fama aliter, quàm in aliorum mente, & ore, qui benè de homine opinantur, & loquuntur, non poſſideantur, ac proinde non ſit eadem ratio de famę, ac pecuniarum poſſeſſione, ob id quilibet eſt dominus illius famæ, quæ ſuis debetur meritis.

Dicendum ſecundo. Cum quis indignè fama fruitur, ex eo, quod occulte iniquus eſt, aperte autem probus habetur, vere eſt dominus illius famæ.

Fama meritoria penſanda ab aquis exiſtimatorib.

Ratio quia homines non debent iudicare niſi ſecundum exteriora, quare qui eam læderet, ad reſtitutionem teneretur.

Dicendum tertio. *c* Cum fama non debetur meritis, vt ſi quis *c* Arag. 2.
apud ineptiores bene audiat, alij tamen non tenentur bene de 2. q. 62. q.
eo exiſtimare: Exemplum eſt de conciocinatore ſatisfaciente Vul de domin.
go, & non doctioribus. obiecto.

Bona ſpiritualia, vel externa, vel interna.

Bona interna, vel naturalia, vel ſupernaturalia.

Actuum internorum ſumus domini.

Dubitatur ſexto. An res ſpirituales ſint materia huiuſmodi dominij, loquimur autem non de ſubſtantiis ſpiritualibus, cum in nullius creatum dominium cadant, nec de bonis ſpiritualibus externis, cuiuſmodi ſunt Eccleſiaſticæ Iuriſdictiones, tituli ab beneficia, &c. cùm conſtet nos de ijs, ſeruatis ſeruandis, poſſe diſponere, ſed de internis quæ habentem formaliter perficiunt, & ſunt vel naturalia, vel ſcientię, vel ſupernaturalia, vt gratia, & virtus infuſæ.

d Dicendum primo. Actuum interiorum verè domini ſumus. *d* Can. Me
Probatur primo, quia libere eliciuntur, vnde clamat e Scriptu din. Bann.
ra. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, ideſt poteſt Arag. Va-
pro libito operari bonum, & malum: hinc ſi quando ab huiuſmo- lent. apud
di actionibus impediremur, fieret nobis iniuſtitia. ſayr. n. 17
§. 2. ſent.

Secundo, poſſumus eis ad libitum vti, ergo eorumdem habe- *e* Eccl. 15.
mus dominium.

Nec

Nec obſtat, quod hos actus ad alios tranſferre nequeamus, hoc enim implicat ex natura rei.

Virtutes acquiſitæ cadunt ſub humanum dominium.

Dicendum ſecundo. Scientiæ, & artes ex his actibus acquiſitæ verè cadunt in humanum dominium. Ratio, quia eas comparamus propria, & libera induſtria, ad omnem vſum accōmodamus, & ſine alterius iniuria, licet nō ſine peccato deſtruere poſſumus.

Charitatis & gratiæ, aliarūq. virtutū ſupernaturalium, ſumus tantum vſufructuarii.

Dicendum tertio. Charitatis, & gratiæ, non domini, ſed vſufructuarij conſtituimur. Ratio, quia affícienter ſunt à Deo, & ipſius liberi arbitrij cooperatio, quæ requiritur, etiam eſt ex Dei auxilio, & peccans non contrahit malitiam ob gratiæ corruptionem, ſed quia eum Deus, gratia priuat, in penam delicti, nec peccanti Deus eſſet iniuſtus, ſi illum anichilaret.

Hinc infertur, peccantem non teneri ſtatim conſurgere, & gratiam ſibi reparare, ſed tempore conuenienti debet Deo pro iniuria ſatisfacere, vt ipſe ſua miſericordia, in gratiā illum recipiat.

Gratiæ gratis datæ non cadunt ſub noſtrum dominium.

Dicendum quarto. Gratiæ, quæ dicuntur gratis datæ, ut donū prophetiæ, linguarum, miraculorum, &c. minus cadūt in noſtrū dominium. Ratio, quia non ſunt in noſtra libertate, & ad ea ſe habet homo merè paſſiuè, ità vt etiam peccatoribus concedantur, prout de Caypha, Balaam, &c.

Contrà hæc, quæ diximus vniuntur *a* aliqui, ſed certè ſi eorum rationes expendantur, aut nobis fauent, aut ſi refractarij ſint nihil obtinent.

Soluitur 1. obiectio.

Argūt primo ex Scripturis in quibus Deus *b* virtutum dominus appellatur, & *c* gratię largitor. Reſpondeo ex 3. Concluſio.

Soluitur 2.

Arguunt ſecundo. Digniora ſunt bona ſpiritualia, quam corporalia, ſed non omnium horum homo eſt dominus, ergo multò, minus illorum.

a Sot. 4. iu. q. 2. a. 1. & 3. ad. 2. fauet. D. Th. 1. 2. q. 73. ar 9. ad 2.
b pſ. 23.
c pſ. 83.

Reſpondeo Dominij ratione, non ex dignitate rerum, ſed ex poteſtate, quam quis habet ſuper illas deſumi, vt contingit in actibus internis, & habitibus acquiſitis. Bona etiam ſupernauralia, licet abſolute ſint altioris ordinis, comparata tamen cum natura per gratiam eleuata, non ita excedunt, vnde & actus per gratiam eliciti a libero arbitrio, nobis ex Iuſtitia proſunt ad vitam æternam.

An vſus homo in alterius dominium cadere poſsit. Caput VI.

De quo dominio quæſtio ſit.

NOtandum primo. Præſentem difficultatem exagitari, nó de vitæ, & membrorum dominio, nec de politico, ſeù iuriſdictionis, ſed de legali, & ciuili, quod ſolet appellari dominium proprietatis.

Seruitus naturalis, vel legalis.

Notandum ſecundo, quod ſeruitus duplex eſt naturalis, & legalis *a* illa, eſt, qua obtuſi per naturám ſunt aptiores ad parendum, & ſeruiendum Sapientioribus, vnde *b* quidam dixerunt. *a* Plat. 3. de leg. *b* Stobæus ſer. 24.

Prima dignitatis rationem eſſe, vt genitores natis imperent,
Secundam, vt generoſi ignobilibus.
Tertiam, vt Seniores Iunioribus.
Quartam, vt domini ſeruis.
Quintam, vt potentiores imbecillioribus.
Sexta, & omnium maximam ſecundum naturam, vt ignorantes prudentibus.

Cicero. Ariſtot.

Videndi ſunt pro hac re *c* Cicero, & *d* Ariſteteles. Et quoniam in ſtatu innocentiæ, non omnes fuiſſent ſapientia, alijſque animi dotibus tàm naturalibus, quàm ſupernaturalibus æquales, *e* adeo etiam tunc, rudiores eruditoribus obediſsent, & ſimiliter filij parentibus vxores viris, ſed ſine vlla moleſtia. *c* Parad. 5 *d* Ariſto. 7 Poli. c. 14. Au ſuper Gen. *e* Driedo l. 1. de lib. Chriſtiana c. 2. S. Th. 1. p. q 96. ar. 4.

Legalis ſeruitus quę.

Legalis autem ſeruitus eſt iure gentium fuit introducta, *f* cum tamen natura omnes ſimus liberi, deriuatumque eſt nomen ab eò, quod mancipia, ideſt manu capti hoſtes ſeruarentur ad ſeruitutem, quod quidem melius eſt quàm occidi.

Naturalis ſeruitus potius gubernatio quædam.

Notandum tertio circà naturalem ſeruitutem, eam diſpari modo conſignatam hominibus, pro diſpari rationis vſu adinueniri; quidam enim ferinos omninò mores præſuerunt, vt qui inſontes gratis perimunt, hūmaniſq. veſcuntur carnibus, alij hebetes quidem ſunt, ſed tamen dociles plus, minuſuè. Cæterùm in horum omnium ſubleuamen, à natura inſtitutum videtur, vt prudētioribus ſubdantur, ac proindè eorum ſubiectio, non propriè ſeruitus ſed gubernatio quædam appellabitur, præſertim, cùm adhuc ſuarum actionum, rerumq. domini perſeuerent. *f* l. libertas ff. de ſtat hom. Inſt. de iu. per §. ſeruitus & 1 polit. c. 3.

Ad naturalem ſeruitutem nemo cogitur.

Notandum quarto. Ad hanc eandem naturalem ſubiectionem neminem poſſe cogi, ſed fit ex aliqua iuſta cauſa, vel humano contractu, aut conſenſu libero, ſic vxor viro ſubijcitur, & populus

Regi-

Regi. Hinc ſi Reſpublica eligat minus ſapientem, non poterit ſapientior ſibi regimen vſurpare. Ex quo infertur non licere Chriſtianis Principibus barbaros ſibi ſubijcere, vt hi melioribus vtantur legibus, & à ſapientioribus gubernentur, niſi omninò eſſent amentes, & ferinis imbuti moribus, vt ſuprà *a* hos enim debellare & in Sapientum regimen redigere, eſſet actus charitatis. Adhuc tamen ſubiugati non fierent mancipia, quia ex charitate non debemus lucra quærere, ſed potius ſaluti conſulere.

a Victoria in relect. de In. lec. 1. n. 23. Salon. et Aragon.

Notandum quinto. Eorum, qui mercede conducuntur ſeruitutem mediam eſſe inter naturalem, & legalem, cum & de ijs dominium proprietatis non acquiratur, ſed tantum ius ad opus, & famulatum, *b* & videatur natura in ijs ſubiectionem inchoaſſe, producendo eos robuſtiores & agreſtiores. Hinc conſtitutis.

b 1. polit. c. 3. et 4.

Seruitus media eorum, qui mercede conducuntur.

c Dicendum primo. Iure gentium iuſtè introductum eſt, vt vnus homo ſit verè dominus, & alius verè ſeruus, & dimiſſis Scripturæ *d* teſtimonijs probatur ratione. Homo enim dominus ſuæ libertatis, & actionum, ergo poteſt hoc dominium ex iuſta cauſa in alium transferri, accedente præſertim poteſtate, alioquin nemo ab alio ſui ipſius dominio priuari poteſt. Sed contra.

c Author. vide apud Sayr. nu. 6.
d Leuit. 25.

Iure gentium iuſtè ſeruit' eſt introducta.

Obijcitur prima Gloſa in cap. 9 Geneſ. docens ſeruitutem non Iure gentium, ſed Diuino, introductā eſſe, dum Noe filium, á quo fuerat pro nuditate irriſus, maledicens dixit, Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Et confertur ex Ambroſio dicente *e* Non eſset hodie ſeruitus, niſi ebrietas præceſſiſſet.

e refertur in c. 6. dic 35. D.

Reſpondeo. Verba Noe non præceptum, ſed prophetiam continere, de pęnis & ſeruitute poſteritatis ipſius, vel nomine ſeruitutis intelligendum eſse ſtatum inferiorem, in quo & Eſau conſtitutus eſt reſpectu Iacob. *f* Ambroſij verò ſenſus eſt, Chan ex patris ebrietate, patrem irridendo, ſumpſiſse peccandi occaſionem, in cuius pœnam, ſua poſteritas ſeruitutem incurrit à Noe prædictam.

Soluitur & Gl. & Ambroſ. authoritas.

f ot. 4. iuſti. q. 2. ar. 2. in fi.

g Obijcitur ſecundo, quæ ſunt de iure naturæ per ius gentium iuſtè tolli nequeunt, libertas de iure naturę, communis eſt omnibus, ergo, &c.

g §. ſed nō pōt §. ſed naturalia quidē, inſt. de iur. na. gen. et ci.

h Reſpondit Accurſius. Ius naturæ non in totum, ſed in partem per ius gentium tolli poſse.

h in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iu.

Soluitur quomodo ius gentium tollere potuit libertatem qua eſt de iure nat. Accurſ. Bart. S. Thomas.

i Reſpondit Bart. Ius naturæ primæuum tolli non poſse, ſed ſecundarium.

i Ibid. & in l. ex hoc iure. ff. eodem.

l Reſpondent alij aliquid eſse de iure naturæ dupliciter, vel poſitiue, quia ſcilicet natura aliquid poſitiue pręcipit, vel prohibet, & hoc ſemper eſt immutabile, vel negatiue quia ſcilicet natura non inducit contrarium, & ſic nuditas dicitur de iure naturę, & hoc eſt variabile iuxtà varias circunſtantias, videturque à natura relictum humanę diſpoſitioni. Denique res ponderi poteſt etiam ſeruitutem eſse de iure naturę, ſpectata ſcilicet, non primaria, ſed ſecundaria eius intentione, nempe habito reſpectu ad ſuperuenientem hominum malitiam, ad quam retundendam, vitamque propriam tuendam, quod certe dictat ratio naturalis, bellum

l S. Th. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad 3. et alij.

eſt licitum, & conſequenter etiam ſeruitus.

Dominiū in alterius ſeruitutem requirit iuſtū titulum.

Dicendum ſecundo. Vt dominium vnius in alterius ſeruitutē verum, iuſtumque ſit, requiritur iuſtus titulus, *a* hi autem tituli varij aſſignantur.

Primus eſt iure belli iuſtè indicti.

b Primus eſt iure belli iuſtè indicti, *c* hic autem titulus fallit cū bellum eſt inter Chriſtianos: nā tunc qui capti ſunt, ablatis equis & armis cum certa conuentione dimittuntur, quo beneficio non gaudent Apoſtatæ, quia ſtatutum in fauorem Fidei, nō debet eius deſertoribus ſuffragari.

d Cæterùm Chriſtiani ab infidelibus capti, ſi ad infidelitatem, vel corruptos mores compellantur, manent liberi, & licitè poſſunt aufugere. An autem ius gētium ſit reuocatum reſpectu Chriſtianorum à Summis Pontificibus, & Imperatoribus, ità vt nunquam à Paganis, Iudæis, vel Hæreticis in ſeruitutem redigi queāt probabile eſt ad vtranque partem. De hoc tamen non ambigitur penes Eccleſiam eſſe ſtatuere, vt Fideles ab infidelibus in bello iuſto capti, poſſint aufugere ob magnum animæ periculum, iniuſtamque in numerorum Chriſtianorum à Turcis, & Saracenis detentionem.

2 graue delictum quod ſeruitum conſueuit mulctari.

Secundus titulus eſt. Delictum, quod ſeruitutem puniri conſueuit, eiuſmodi ſunt *e* in liberto ingratitudo, & atrox iniuria in patronum tunc enim per ſententiam Iudicis rurſus in ſeruitutem reuocandus eſt.

f Item ob violentum mulieris raptum, cuius (niſi velit ſe redimere) efficitur ſeruus in foro Iudiciali.

g Similiter fęmina ſcienter contrahens cum ſacris initiato, ſi à Prælato admonita, non deſtiterit, pariet filios ſubiectos ſeruituti Eccleſiæ illius initiati, *h* & demum Chriſtiani ferentes arma, ferrum, & cætera ſimilia Saracenis, ſerui fiunt capientium etiam Chriſtianorum.

3 tit. donatio.

Tertius titulus eſt donatio, eiuſque validitas, patet, ſi enim ſeruus licitè venditur, ergo, & licitè donatur.

4. Emptio. & venditio, &c. S. Paulinus Nolanus.

i Quartus eſt emptio, & venditio, aut alius oneroſus contractus, ſic Beatus Pauliuus ſe dedit in ſeruitutem pro redimendo filio Viduę.

Quod autem liceat ſeipſum vendere, patet ex *l* Legum diſpoſitione, & ſuadet ratio, cum enim vita ſit maius bonum libertate, licitum erit hanc prodigere, ne illius iactura fiat, idemque ſemper contingent, ad conſeruandum, vel acquirendum aliquod maius bonum, quàm ſit libertas.

In hac autem ſui venditione, ſunt aliquæ conditiones à lege præſcriptæ, & ſunt ſequentes.

Quæ conditiones requirantur, vt ſui ipſius venditio valida ſit.

m Prima eſt, vt qui ſe vendit, vel vendi permittit, ſit particeps pretij per contractum oneroſum.

n Secunda, vt ſit maior viginti annis.

o Tertia, vt emptor credat eum, qui venditur eſſe ſeruum.

p Quarta, vt qui venditur ſciat ſe eſſe liberum.

q Quinta, vt & venditor ſciat eum, qui permittit ſe vendi eſſe

libe-

a S. Ant. & alij apud Say. n. 10.
b l. ſi captiuus. §. 1 ff. de cap.
c Victoria in relec. de iure belli, nu. 42.
d Ban. 2. 2. to. 1. in q. 40. ar. 1. d. 12. et t. 2. tract. de dominio etc.
e Couar. in reg. peccatum. p 2. § 11. n. 5. de reg. iur. in 6.
f l. ſi manumiſſus. C. de lib. et eor. lib.
g in c. de raptorib. 36 q. 1.
h c. eos, qui, d. 32.
i c. ita, quorundā, de iudæis.
l Exo. 21.
m l. 4. ff. quibus ad lib. procl.
n l. nō dō C. de lib.
o l. ſi miniſter. C. eo.
p l. liberis, ff. ſi quis cauſa, §. ſi quis ſciēs.
q l. 4. ff. quibus ad li.

liberum. His omnibus conditionibus cumulatiuè concurrentibus, ſeruus quis efficitur ementis, ita vt poſtea nec iuſto prætio oblato, manumitti poſſit.

Quoniam verò ex his conditionibus, præſertim tres priores ſunt de iure poſitiuo, hinc ſequitur obſeruandas eſſe vbi tale ius viget, & à quibus, ei ſubduntur, cum alioquin propriæ libertatis dominium, ſit de Iure naturæ, & volenti non fiat iniuria; prodigi autem cenſebuntur, qui ſine rationabili cauſa, ſeipſos vel in perpetuum, vel ad tempus mancipant ſeruituti.

Quando liceat parẽtibus vẽdere filios, & quibus adhibitis conditionibus.

Rurſus nedum naturali, ſed & ciuili Iure conceſſum eſt parentibus filios diuendere, etiam non expectato eorum conſenſu, quibuſdam tamen per leges adhibit conditionibus.

a Prima, vt fiat ad ſubleuandam extremam patris neceſſitatem.

b Secunda, vt venditio ſit quaſi ſub pacto de retrouendendo, quandocunque offeratur iuſtum prætium, aut quid æquiualens, quo caſu redemptus filius, nèdum manet liber, ſed etiam ingenuus ac ſi nunquam fuiſſet ſeruus, imò poteſt filius venditus, cogere patrem ad ſe redimendum, cum hic ad meliorem fortunam venerit.

Qui filij diuendi nequeant.

Cæterùm hæc facultas patri conceſſa, non habet locum in *c* filio ſacris initiato, vel vxorato, vel emancipato.

d Nec per leges ciuiles mater habet idem Ius in filios, quod habet pater, licet ſecundum ius naturæ, nulla inter eos inueniatur diſparitas, ſed & hęc, quæ dicta ſunt, ſeruari debent, vbi ius Cęſareum viget, alioquin ſtandum erit Iuri naturę.

Corrola. ex ſupradictis de empt. et vendit.

Ex his etiam colligitur, quod Aethiopes, & conſimiles homines fraude, & dolo abducti, non poſſunt licitè nec vendi, nec emi, & emptores tenētur eos liberati reſtituere etiam ſi pręcium recuperare nequeant, aut eos emerint bona fide *e* poteſt à ſimili, cum bona fides, & iuſtus titulus, nec ſuffragentur ementi rem furto ſublatam, ſed teneatur reſtituere, cum reſcierint, etiam cum diſpendio pretii.

a colligitur ex c. 25 Exodi. 2. eſdræ. 5. l. 1. & 2. C. de patrib. qui. &c.
b Accurſ. & Alci. in d. l. 2. co. uar. 3. var. c. 14. nu. 4.
c Hoſtien. & com. in. c. inde corum, de ęta. et qua li. Hppo. ſingu. 101
d Gl. in d. l. 2.
e Le d. So. Arag. & c. apud Say. nu. 14.

Illicitũ eſt pretextu fidei aliquẽs in ſeruitutem redigere.

Nec dicas licitum eſſe tales in ſeruitutem redigere, vt ad fidem conuertantur; non enim ſunt facienda mala, vt veniant bona, præterquam quod ſint hi, violenter ad finem adacti, per fugam, (vt plurimum) euadunt fidei deſertores.

In caſu vero, quo huiuſmodi, Aethiopes, & Indi eſſent ab alijs perimendi, licitè poſsent emi, & poſſideri, idque eſset opus Miſericordiæ, & rurſus ſi iniuſtè occideudus ſit Chriſtianus, debemus id illud redimendum, aut gratis pretium elargiri, & mutuare. Quod ſi ſit infidelis, adhuc præcepto charitatis tenemur (ſi ſine proprio diſpendio fieri queat) illi uitam, & libertatem ſeruare.

f Et demum ſi ad euadendum prætium ei omnino ſit neceſſarium, nec habet unde reſtituat, & hoc æquiualeat perpetuæ ſeruituti, poteſt quis licitè ſibi illum emere, & pretium (minus ſit) perpetua ſeruitute poſſideat ad tempus.

f Molin. d iuſt. ie. 2. tr. 2. diſp. 33.

Non eſt ſim pliciter pauper, cui vires ſufficiunt ad laborem.

Ratio horum eſt *a* quia non eſt ſimpliciter pauper, qui vires habet ad laborandum, ac proinde non tenemur ei gratis ſubuenire.

b An verò teneatur emptor liberare hos ſeruos offerentes iuſtum, aut æquiualens prætium.

Reſpondeo affirmatiuè, modò & emens, & vendens Iuri Cæſareo ſit ſubiectus.

Quartus titulus Natiuitatis conditio.

Quartus titulus eſt natiuitatis conditio, qui enim vtcunque ex matre ſerua naſcitur, ſeruus & ipſe eſt, & dicitur vernaculus.

c Ratio, quia partus ſequitur ventrem. *d* Cæterum hac in re vſus attendatur Regionum, alicubi enim patre exiſtente libero, & filij naſcuntur liberi, cum ibidem per matrimonium etiã vxores in libertatem trahantur. *e* Semper autem iuxta ius commune oportebit matrem prægnantem in ſeruitute durare, nam ſi vel per inſtas fuerit libera, etiam ſi poſtea in ſeruitutem reincidat, proles libera naſcetur. Ex dictis.

1. Corrol. Iuſto tit. in ſeruitutẽ redactus, ne fug. etc.

Infertur primo. Neminem iuſto titulo in ſeruitutem redactũ, poſſe à ſuo domino aufugere, faceret enim cõtra iuſtitiam, vnde & tenetur poſt fugam ſe ſuo domino reſtituere; & illatum damnum reſarcire.

2 Iuſtè dãnatus ne ſent. exec. tranſgrediatur.

Infertur ſecũdo. Iuſtè damnatum ad triremes, vel exilium, vel ad perpetuam ſeruitutem, non debere executionem ſententiæ tranſgredi. Ratio quæ ſupra.

3 Multò minus licet fugã ei, qui iuramento in iuſta ſeruitute ſe ſtrinxit permanere.

Infertur tertio. Multò minus licere fugam ei, qui præter iuſtum titulum, quem habet in illum dominus ſuus iuramẽto ſe obſtrinxit permanſurum in ſeruitute, abſque quo diligentius, procul dubio fuiſset cuſtoditus, *f* legendus Aug. hac in re M. Actilij Reguli fedelitatem extollens,

4 Licita eſt fuga, vbi animæ, corporiſque ſalus periclitatur.

5 Et ad compenſandam grauem iniuriam.

Infertur quarto, licitè fugam arripere ſeruum iure belli factũ vbi apud dominum, animæ, ſeu corporis ſalus periclitetur, verbi gratia, cum ad peccatum, vel apoſtaſiam cogitur, cum cibus ad uitam neceſſarius denegatur, cum illi mors, aut mutilatio gratis intentatur, idemque dicendum per compenſationem grauis iniuriæ perperam illatæ.

Quæſtio de ſeruitutẽ iure belli redactis.

An verò extrà hos caſus fuga ſit licita.

g Reſpondeo affirmatiuè. Probatur primo *h* per legem, quæ etſi dicat hoſtes iure belli fieri captiuos, adhuc ſubdit, quod ſi poteſtatem noſtram euadant priſtinum ſtatum recipiunt.

Secundo, ſeruitus iure gentium eſt introducta, & per conſequens in tanto, cuiuſmodi eſt libertas, debemus illud mitiſsime interpretari.

Tertio, quia ipſo iure videtur approbata conſuetudo, vt ſerui ad ſuos, fuga ſe recipientes habeantur pro liberis nullo interim prætio premiſsis dominis ſoluto,

Contrarium, & nõ improbabiliter docuerunt *i* Gloſsa, & *l* alij

Aſſerunt primo, quod ſeruus verè à domino poſsidetur, ergo, aufe-

a Na. mã. c. 23. n. 95. & 96. Molin. &c.
b de his & ſimilib. vide gl. d. 54. in c. generalis, in fi. S. Anto. 3. p. tit. 3. ca. 6 §. 5.
c l. partum C. de rei vend. §. penult.
d Iſidor. 2. Ethi. ca 4. & hr c. liber. 32. q. 2.
e Inſt. de inge. §. ſed ſi quis.
f 1. Ciuit. c. 15.
g Sot. Couarr. &c. apud Say. n. 30.
h l. intereſt ff. de capt. & poſt liminiu. & §. itẽ ea quæ ab hoſtib. Inſt. de rerum diuiſ.
i in ca. ius gentiũ, in v. ſeruitutẽ, diſt. 1.

l S. Ant. p. 3. tit. 3. c. 6. §. 4. Silu. in alij apud Saytum, nu. 29.

auferendo ſeipſum ab illo per fugam, verè tenetur ad reditum vel ad æquiualentis reſtitutionem.

Reſpódeo. Seruum eſſe in bonis domini, quandiu ſub Domini cuſtodia, perſeuerat, & non ultrà.

a Reg. odia, & regul. in pœnis, de regul. iur. in 6.

Ratio, *a* quia ſeruitus & miſera eſt, & odioſa, & uiolenta, proindè reſtringi debet, non ampliari, & conſequenter remota vi, dolo, & reſiſtentia, licebit ſeruo fugam accipere. *Soluitur ratio in contrarium.*

Aſſerunt ſecundo. Quod ſeruitus iure belli ī pœnam delicti ſit introducta. *Soluitur 2.*

Reſpondeo, & eodem iure permiſſam captiuo fugam hinc minus, ualet ſeruus in bello factus, quam alio titulo propter fugam, quæ ei licita eſt. Ex quo ſolitur & alia eorum ratio.

b l. 2. & 3. de ſer. fu.

Aſſerunt *b* tertio. Licitum eſſe domino ſeruum fugientem plectere vinculis, verberibus, & pedis amputatione, ergo ſignum eſt fugam illi fuiſſe illicitam. *Soluitur 3.*

Reſpondeo negando conſequentiam, nam fuga quidem licita eſt captiuo ſine peccato, at non ſine periculo pœnæ incurrendæ.

Aſſerunt quarto. Non licet conſulere huiuſmodi fugam, ergo nec ipſa fuga licito erit. *Soluitur 4.*

Reſpondeo primo, vel id eſſe verum in ſeruo per alium titulum quam iure belli acquiſitum, uel ſi etiam in hoc locū habet, adhuc eſt diſpar ratio inter ſeruum fugientem, & eum, qui fugam conſulit, ille enim ius habet præferendi ſuam libertatem commodo proprij domini, quod ius non habet tertius in conſulendo, cum non agat de proprio commodo.

c Moli. de iuſt. to. 1. tr. 2.

d Angles 4. q. de domin. ar. 2. cōcl. pen. Eman. Sá, v. ſeruitus

Ex his infertur primo. Multo magis licere Chriſtianis captiuis aufugere; cum *c* Turcæ nobiſcū iniuſtiſſimum bellum gerant, niſi fortè aut captiuitas contigerit tempore induciarum, aut fides præſtita ſit de non fugiendo. *Infertur 1.*

d Secundo. ſeruum iure belli habere idem ius fugiēdi cum eſt apud capientem, ac cum alteri uenditus eſt. *2.*

Tertio, hoc idem ius tranſire ad filios captiuorum. *3.*

Quærenti uero quam latè pateat dominium in ſeruos. *Quā latè pateat dominium in ſeruos.*

e c. 1 d̄ cō iug. ſer. S. Th. 4. d. 36 Antoni. 3. p. c. 6. & c.

f S. An. v. b. ſup.

g l. vix iū. cta gl. ff. d iud. l. 1. ff. de off pf. vib. §. qd̄ autem.

Excd. 11.

e Dicendum primo. Non poſſe dominos prohibere ſeruis matrimonium, ſi contractum, ſiue contrahendum.

Ratio, quia ius gentium, quod ſeruitutem inuexit, non poteſt derogare iuri naturæ, quo licitum eſt matrimonium, non tamen ob id ſeruus a debitis ſeruitijs eximitur. 1

f Dicendum ſecundo Nullum ius habere dominos in ijs, quæ ad animum ſerorum ſpectant. 2

Ratio eſt, quia tantum corpus eſt ſeruituti obnoxium, quare nec ad Chriſtianam fidem ſuſcipiendam eos cogere poſſunt.

g Dicendum tertio. Nec ius habere in eorum uitam, & membra, vnde etiam reos mortis ob admiſſum facinus, non ipſi interficient, ſed Iudici plectendos relinquent.

Ratio, quia poteſt quis eſſe ſimul Actor, & Iudex, & aliter facientes, etiam mutilando, peccant mortaliter contra præceptum. Non occides. & tenentur ad danmi compenſationem ipſi, vel hæ-

ædibus, Contrarium tantum apud Barbaros introductum eſt.

a Dicendum quarto. Non poſſe dominos cogere ſeruos ad peccatum in quo caſu,& ab Epiſcopo dum coactioni reluctantur libertate donari poſſunt,& ipſi etiam fugam arripere. *a colligitur ex l. ſi lenones. C. de Epi.*

An quicquid acquiris ſeruus acquirat domino.

Dubitatur ultimo. An quidquid acquirit ſeruus,acquirat Domino.

Quid de Iure communi.

b Dicendum primo De Iure Ciuiſi communi habere Dominos Ius in omnes ſeruorum operas recta ratione, pro eorum uiribus, & ſtatu præſtitas,& ad omnes eorum fructus, vt ad partus ancillarum, & ad reliqua emolumenta, quæ ex eis commodè percipi poſsunt, itaut quicquid uel donatione, uel teſtamento, uel alio titulo acquirunt,dominis ſuis acquirant, & multò magis hoc procedit in ijs,quibus iuſto bello captis mors in perpetuam ſeruitutem commutata eſt. *b Salon. 2. 2. tra. de domin. q. 3. a. 1. d. 2.*

Quid per contrariã conſuetudinẽ

c Dicendum ſecundo. Per contrariam conſuetudinem leges ciuiles eſſe abrogatas quoad ſeruos in bello captos. Hinc poſſunt iſti alicuius rei dominium acquirere. *c Sot. 4. iu. q. 2. art. 2. poſt concluſ. 3.*

Primo ex conuentione cum dominis, non quà ſerui, ſed quà homines, uerbigratia, ſi de alimentis aliquid ſibi ſubtrahant,&c.

Secundo, ſi dominus illis aliquid donet, vel ex ludo, aut alia ratione, anuat eſſe illorũ, nam donatio ſine cauſa reuocari nequit.

Tertio, ſi aliquid ſeruo ab alijs donetur ſub conditione, vt ſeruus illud acquirat, poteſt enim unuſquiſque pro libito diſponere de rebus ſuis,& conſequenter legare centum ſeruo, ut ſe redimat

Quarto, lucratur ſeruus quidquid per Iudicis ſententiam ſibi adiudicatur ad damnum illatum tam à Domino, quàm ab alio.

Quinto, ſi aliquid acquirit aut ludo, aut negatione, ex ijs bonis, quorum eſt dominus.

In ſeruis emptitijs attẽdenda conditio expreſſa in contractu.

Dicendum tertio. Quantum ad ſeruos emptitios attendenda eſt conditio, ſub qua empti ſunt, ſi enim dominus eorum emit omnia Iura,& quidquid in poſterum poſſunt acquirere, nulli dubium quin omnia lucrentur dominis, quocunque titulo, ad ipſos ſeruos perueniant, ſecus ſi hæc conditio expreſsè non habeatur in contractu emptionis, cum enim ſeruitus ſit odioſa, non debet extendi ad ea, quę clarè non exprimuntur.

DE VSV, ET VSVFRVCTV.

Quarum Rerum ſint Vſus, & Vſufructus, & quomodo à Domino inter ſe diſtinguantur. Cap. VII.

DVbitatur primo. An in rebus vſu comſumptibilibus poſſit eſse vſus, & vſusfructus; Dicuntur autem vſu conſumptibilia illa, quorum vſus eſt rei diſtractio, aut, conſumptio, & conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, vt ſunt pecunia, vinum frumentum, &c. *Primũ dubium.*

Dicendum primo. Vſum, & vſumfructũ propriè non eſſe in rebus vſu conſumptibilibus. *Prima concluſio. Vſus, & vſusfructus, nõ ſunt de reb. vſu cõſumptibilibus.*

a Ratio, quia in utroque debet ſalua permanere ſubſtantia rei cum verò ex teſtamento legatur alicui, vt habeat vndè viuat cum cautione reſtituendi tantundem certo tempore, hoc verè mutuum eſt, & non niſi per quandam ſimilitudinem appellabitur uſusfructus.

a §. conſtituitur. *Inſtit.* de vſu fruct.

Dicendum ſecundo. Vſum & uſumfructum conſiſtere in rebus immobilibus, cuiuſmodi ſunt domus, agri, &c. *Secũda concluſio. Vſus, & uſusfru propriè circa immobilia.*

Dicendum tertio. Etiam in rebus mobilibus, quæ tamen uſu non conſumantur, licet aliqua ex parte deteriorentur, ut ſunt ueſtes, libri, vaſa, equi, boues, & nedum ſerui, ſed etiam liberi propter operas, quas locauerunt ad tempus, uel in perpetuum, reperiri uſum. *Tertia concluſio.*

b Partus autem ancillarum pertinent ad dominum, ſiuè proprietarium, ſicut è contrà c fructus animalium, & arborum, regulariter ſpectant ad fructuarium

b c. cũ cõſtet, de pignor.

Dubi-

tione, dicitur conuentionalis, fitque aut teſtamento aut donatione inter viuos, aut venditione, aut alio contractu.

a gl pen. § C. ſi ui, de pign. etc.
b ff. de vſu fr. per to.
c l. antiquitas, C. eo.
d l. an vſuſfructus. ff. eod.
e l. Ambiguitatem. C. eod.

Dubitatur quarto. Quot modis vſusfructus finiatur.

Vſusfructus finitur.

1 Morte naturali Vſufructuarij.

Reſpondeo primo. a Morte naturali fructuarij, b vbi autem plures in ſolidum conſtituti ſunt fructuarij, per mortem vnius nihil acquiritur proprietario, ſed alijs ſocijs, qui ſunt ſuperſtites; Similiter pacto exiſtente, vt poſt mortem alicuius vſusfructus tranſeat ad hæredes, c intelligitur de hæredibus proximis, non remotis, d & ſi relinquatur Communitati, vel Eccleſiæ ſine temporis pertinitione, durabit ſpatio centum annorum, e & demum ſi relinquatur ſub certo tempore, puta quouſque furioſus reſipuerit, & interim in delirio moriatur, durabit toto tempore vitæ vſufructuarii.

Ratio, quia potuit per totam vſufructuarij vitam ille talis perſeuerare delirus.

f Inſtit. de capi. dim.

2 Morte ciuili. Capitis diminutio triplex, maxima, media, & minima.

Secundo finitur morte ciuili fructuarii.

Ratio, quia vſusfructus eſt ius perſonale, perſona autem deſinit eſſe vtraque morte naturali, & ciuilli, quæ mors ciuillis continget f per capitis diminutionem, eſtque triplex, maxima, cum quis amittit patriam & libertatem, aut cum quis ad triremes ob delictum damnatur, vel pœna mortis afficitur, aut maior 25. anni ſe vendi patitur, aut libertus in ſeruitutem redigitur media eſt cùm quis perpetuo exilio patriam amittit, minima cum tantùm quis mutat ſtatum, ità vt cùm antè eſſet ſui iuris, poſteà factus ſit alieni g & hæc eſt compoſſibilis vſufructui.

g l. ſi ſocietatē ff. pro ſoc. Inſtit. de vſuf. §. finitur.
h l. corruptionē, C. eod.
i §. finitur inſti. de vſufr. v. itē finitur.
l Symach. de Cath. inſti. tit. 9. nū. 81. etc.
m Molin. d iuſti to. 1. diſ. 9. tr. 2.
n Symac nu. 19.

3 Rei vſusfructuariæ conſumptione.

h Tertio finitur interitu rei fructuariæ, vt domus per exidium aut incendium.

4 Acquiſitione proprietatis.

i Quarto cum vtile dominium conſolidatur cum directo, id eſt, cum qui prius habebat vſumfructum, poſteà acquirit proprietatem.

Dubitatur quinto. Poſt confiſcationem bonorum cui acquiratur vſusfructus.

Reſpondeo ipſi Fiſco, quouſque delinquens, cuius erat vſusfructus, viuat, eoque mortuo, ipſe vſusfructus, redit à Fiſco ad proprietarium.

l Excipitur tamen, cum pater, qui habebat vſumfructum in bonis eduentitijs filij, labitur in hereſim, quia tunc tranſit ad filium, qui ob delicti paterni atrocitatem, ſtatim, etiam antè condemnatoriam iudicis ſententiam, patria poteſtate liberatur, è contra, m confiſcatis bonis filij familias, ob idem hereſis crimen, perſeuerat eorundem vſusfructus apud patrem, quouſque pater viuat, etiam ſi interim filius moriatur.

Ratio, quia factum vituberabile filij, non præiudicat iuri paterno antè iam acquiſito.

n Cæterum quandocunque confiſcatis bonis alicuius, ſupereſt adimplenda conditio aliqua, tunc ea pendente, vuſsfructus ſpectat ad Fiſcum, verbi gratia, Titii bona confiſcantur, quorum dominium poſt mortem illius, aut poſt erectionem Cappellæ deuoluen-

nendum erat ad Sempronium, certè quouſque Titius vixerit; aut quouſque Cappella non fuerit erecta, Fiſcus remanet uſufructuarius.

a Dubitatur ſexto. An per Religionis ingreſſum, & profeſſionis uotum finiatur vſusfructus, ad quem tranſeat.

Per ingreſſum Relig. non finitur vſusfructus quando hac eſt rediti capax.

Reſpondeo iuxtà cõmunem, pertinere ad Monaſterium, quouſque Monachus ille uixerit, poſtea autem ad proprietarium deuolui.

Ratio eſt à maori, ad minus, etenim ipſo quoque Iure ciuili, bona omnia profitentis Religionem, quæ redditum ſit capax, tranſeunt ad Monaſterium in quo profitetur, ergo & uſusfructus

Dubitatur ſeptimo. An patre profitente Religionem, vſusfructus, quem ipſe habebat in bonis aduentitijs filij tranſeat ad filiũ an ad Religionem.

Totus vſusfructus patris profitẽtis trãſit ad Religionem ſi hac ſit capax.

Reſpondeo quidquid b alij dicant, c probabilius eſt tranſire ad Religionem.

Ratio, quia bona profitentis ad Religionem tranſeunt, inter bona autem connumerantur vſusfructus, è contra, ſi filius profiteatur, uſusfructus remanebit adhuc apud patrem laicum quoad viuat.

Ratio, quia factum laudabile, filij, non præiudicat iuri paterno antea acquiſito.

vſusfructus põt alienari quoad fructus, nõ quo ad iuriſdictionem.

Dubitatur octauo. An Vſufructuarius poſit alienare uſumfructum.

Reſpondeo. d Poſſe quoad fructus, non poſſe quoad iuriſdictionem, quod ſi attentauerit, cadit ab uſufructu, & redibit ad proprietarium.

Dubitatur nono. An in rebus uſu conſumptibilius uſus à dominio diſtingui poſſit, ita ut uſus ſit apud unum, & dominiũ apud alium, & præmito.

Res ſunt in triplici genere.

Primo. Rerum triplex eſſe genus, quædam enim uſu non cõſumuntur, vt domus, vinea &c. Quædam uninco, & primo uſu conſumuntur, vt pecunia panis, &c. Quędam medio modo ſe habent cum non niſi paulatim conſumentur, ut uaſa, veſtis &c. Quæſtio ſolum eſt de rebus ſecundi generis.

vſus duplex proprius. & xtraneus.

Secundo præmitto, quod vſus rerum vnico actu conſumptibilium eſt duplex, alter proprius, ut cum pecunia diſtrahitur ad res coemandas, alter extraneus, ut cum eadem applicatur oſtentationi, & iactantiæ.

vſus vel facti, vel iuris.

Tertio præmitto, quod hic idem vſus rurſus eſt duplex, facti, qui eſt actualis rei conſumptio, & iuris, qui eſt ius utendi re.

Vſus vel abſolutus vel limitatus.

Quarto præmitto, quod adhuc uſus, vel eſt abſolutus, & ab alio in dependens, vel limitatus, & dependes, & de hoc ſecundo eſt quæſtio, quæ agitari poteſt; uel de poſſibili, vel de facto.

Quinto præmitto, dubbium hoc præſertim controuerti ob paupertatem Franciſcanorum adeo arctam, vt nè dum in particulari, ſed

a Vide Authores apud Sayrũ 8.

b Coua de teſtam. c. 2 n 8. vult trãſire ad filiũ. Bart. verò in auth. idem eſt. c. de bon. quæ lib. vult, pro medietate ad filiũ & pro alia medietate pertinere ad Monaſterium.

c Naua. in c. non dicatis. n. 51 de regula. Arius, Pineli. Gomeſ &c.

d l. ad. lo cum ff. de vſufr.

ri, ſed nec etiam in communi, rei alicuius dominium ſe habere profiteantur, ſed tantum vſum, etiam rerum vnico actu conſumptibilium. His conſtitutis.

a Sot. Sal. Ban. Val. Angl. Belac. & alij apud Say nu. 13.

a Dicendum primo. In rebus vſu conſumptibilibus diſtingui vſum à dominio.

Probatur 1. ab exemplis.

Probatur primo exemplis; nam ſi quis alium ad cœnam inuitet, vtique ciborum vſum ei concedit, non dominium cum inuitatus illos nec vendere poſſit, nec donare, *b* & poteſt quis habere vſum olerum horti, & pomorum, non tamen dominium.

b §. minus inſt. de vſufr.

Item ſeruus habet quidem vſum veſtium, & ciborum, cum tamen eorundem proprietas apud eius dominum perſeueret.

c cap. 23. *d* cap. 4.

2 Ex Scriptura

Secundo probatur ex Scriptura. Nam in *c* Deutoronom. datur viatori facultas vineam ingrediendi, & vuas comedendi, non tamen foras aſportandi, & in Act. *d* Apoſtol. diſtribuebatur vnicuique, prout opus erat, cum tamen nemo diceret quidpiam eſſe ſuum.

3 Ex ratione vſus & dominij

Tertio ratione. Dominium eſt ius vtendi re abſolutè, vſus eſt facultas vtendi re limitatè, ergò vſus non eſt dominium, maior patet, minor probatur. Nam cui tantùm conceſſum eſt, verbigratia, vuas comedere in vinea, non poteſt eas aſportare.

4 Ex facultate reuocandi vſum conceſſum quam habet proprietarius

Quarto, poſt conceſſum vſum, poteſt qui illum conceſſit, reuocare, ergo ſignum eſt remanſiſſe adhuc penes concedentem dominium & conſequenter poſse diſtingui ab vſu.

e 4. p. ti. 12 c. 4. §. 10. Turrec. l. 2 Sum. de Ecc. c. 112. Syl. v. domin. qu. 2. &c.

Contrarium docuerunt *e* Sanctus Antoninus, & alij.

f 2. 2. q. 78. ar. 1.

Soluitur ratio 1. in contrarium ab authoritate D. Thom.

Probant primo authoritate Diui *f* Thomæ dicentis, eſse res aliquas, quarum vſus eſt ipſarum conſumptio, in quibus non debet ſeorſim computari vſus a re, ac proindè cum conceditur vſus, concedit & ipſam rem.

Reſpondeo. Mentem Diui Thomæ eſse, nè pro mutuo accipiatur prætium æquale illius, & inſuper prætium pro eiuſdem vſu, quia committeretur vſura.

g l. omnes §. ſtatuimus, ff. de vſufr. & l. 2. cod. tit.

Probant ſecundo. *g* Per Leges ſtatuitur, nè alicui perſonæ legetur vſus perpetuus rerum vſu conſumptibilium, abſque earundem dominio, cum nemo his poſſit vti, eas non conſumando.

Soluitur 2. ab authoritate legum.

Reſpondeo. Leges loqui de vſufructu, non de vſu, qui eſt in rebus conſumptibilibus, vel certè procedunt de iure vtendi abſolute, non dependenter.

Probatur tertio ratione, quia vſus, qui diſtinguitur à dominio eſt ius vtendi re aliena, ſalua rei ſubſtantia, ſed rebus vſu conſumptibilibus nemo vtitur, ſalua eorum ſubſtantia, ergo nemo habebit earum vſum ſeorſim à dominio.

Soluitur 3.

Reſpondeo. Rationem intelligendam eſse de vſu iuris, non facti, & de vſu, qui fit propria authoritate, non autem dependenter, eſt autem per accidens, quod in vſu facti, ſubſtantia rei pereat vnde enim dependeat ex conceſſione alterius, non eſt proprie dicendum dominium.

Probāt quarto, quia cùm in rebus diſtinguitur vſus à dominio, poteſt

poteſt vendi vſus retento dominio, aut è conuerſo, ſed in rebus vſu conſumptibilibus id nequit fieri abſque vſura, *a* ex D. Thoma, ergo in ijs vſus à dominio non diſtinguitur.

Soluitur 4. Reſpondeo rationem procedere de vſu abſoluto, & independenti, qui in rebus vſu conſumptibilibus non diſtinguitur à dominio, ideoque non poteſt prætio extimari à re ipſa, vt docet Diuus Thomas, qui proinde non negat poſſe interdum concedi rem vſu conſumptibilem, ad vſum tantùm, abſque quod transferatur dominium, præſertim cum recipitur dependenter, & reſeruata facultate reuocatoria penes concedentem. *D. Tho. quomodo intelligendus.*

Soluitur 5. Probant quinto. In rebus vſu conſumptibilibus dominium ſine vſu eſt inutile.

Reſpondeo, verum hoc eſſe in ordine ad commodum temporale, non autem ſpirituale, & maximam eſſe iuriſdictionem, nemo neget poſſe alium ſua frui liberalitate, cumque non niſi ad determinatos vſus rem conceſſam pro ſuo libito inſumere. *Commodum, vel temporale, vel ſpirituale.*

Dicendum ſecundo. Quod ſpectet ad quæſtionem de facto, quę agitatur proter Fratres S. Franciſci, quod dantes illis res vſu conſumptibiles regulariter non habent intentionem tradendi tãtum vſum, & reſeruandi ſibi earum dominium, ſed ſimpliciter vtrúq;

Dicendum tertio, quod Franciſcani, licet ex parte dantium habeant illarum rerum dominiũ, non tamen ex parte ſua, non enim hac intentione acceptant vt velint acquirere rerum dominium antè actualem earum vſum, & conſumptionem, ſed hac voluntatè acceptant, vt poſſint vti, dummodò hæc poteſtas interim non reuocetur, vel à concedentibus, ſi verum eſt eis non transferre dominium, vel à Papa, & proinde, ſi quis alius eas auferret, furtum committeret.

Nec obſtat, quod Ioannes Vigeſimus ſecundus aliquibus occaſionibus motus, abdicauit à ſe, & ab Apoſtolica ſede dominium harum rerum vſu conſumptibilium, nam & alij *a* Pontifices ante cum hoc ſibi dominium reſeruarunt, & poſt ipſum Alexãder VI. & alij denuò adſciuerunt, vt habetur in Priuilegijs *b* Fratrum Minorum. *Soluitur inſtantia a conceſſione Io. 22. Alex. 6.* *a* Greg. 9. Inn. 3. Alexan. 4 Nicolaus 3. Clemẽs 5. *b* in verbo paupertas

Dicendum quarto. Minores de facultate Summi Pontificis, & donantium, ſecundum aliquam rationem habere maius ius Vſuario, & Vſufructuario, cum poſſint percipere fructus rerum cõceſſarum, donare, conſumere, alienare, &c. ad quæ non ſe extendit ius Vſuarij, & Vſufructuarij, cum hi debeant ſemper vti, & frui, ſalua rerum ſubſtantia, è contrà, ſecundum aliam rationem, habent minus ius, quàm iſti habeant, cum hoc ſemper habeant dependenter à voluntate Papæ, & concedentium, modò, quo Conuiua, ſine vllo dominio, veſcitur cibis, qui ſibi apponuntur; vnde & ipſi Franciſcani dicuntur hoc ſenſu Conuiuæ Summi Pontificis, & cum Prælatis cenſetur meri diſpenſatores, vt ſunt famuli reſpectu dominorum, qui liberam habent expendendi facultatem quouſque domini illam non reuocent. *Quomodo Minoritæ habeãt maius, & minus ius Vſuario, & vſufructuario in res ſibi conceſſas.*

Patet igitur, quomodo & de poſſibili, & de facto vſum rerum

hu iuſ-

huiuſmodi, ab earundem dominio diſtinguatur.

Dubitatur decimo. Quomodo Vſus & Vſusfructus in rebus immobilibus, & inter ſe diſtinguantur, & quæſtio eſt de iure vtēdi abſoluto, non de facto vtendi.

Reſpondeo differre tripliciter. Primo, quia Vſuarius parum iuris habet in vſum rei, illudque ampliatum, aut limitatum iuxtà domini conceſſionem, aut legem, aut conſuetudinem. Vſufructuarius verò habet plenum illius, cùm propriè ad eum ſpectet poſſeſſio, & adminiſtratio, & vtile dominium fructuum perceptorum.

a l. inſt. de vſu. & habitat. l. arboribus & l. cui vſusfructus ff de vſuf.

Secundò Vſuarius nequit ius ſuum transferre in alium, cum hoc ſit merè perſonale. *a* Vſufructuarius verò poteſt ex ſe ipſo concedere nedum adminiſtrationem, ſed vſum alteri, ita vt fructus ab alio ſuo nomine percipiantur.

Plus iuris habet in rē uſufructuarius, quam uſuarius.

Dixi vſum, nam ius transferre nequit abſque conſenſu proprietarij, vt hic poteſt conſumere, & deteriorare, ille tamen fruetur ſeruando integram rei ſubſtantiam.

Vſufructuarius etiā nomine ſuo pōt in alterum trāſferre quicquid utilitatis ſe percipit

b l. hactenus, ff. de vſufr. & l. cū ad quē c. eod.

Tertio. Vſuarius nihil tenetur expendere in adminiſtratione, & conſeruatione rei, qua vtitur, cum illam non poſſideat, Vſufructuarius *b* verò tenetur ad expenſas neceſſarias pro fructibus percipiendis.

Ex quibus omnibus colligitur, Vſum & Vſufructum
non differre eſſentialiter, ſed tantùm iu-
xtà maiorem, & minorem v-
ſum, & vtilita-
tem,
quam connotant cir-
cà rem.

DE

DE RERVM DIVISIONE

An licite, & quo iure facta ſit diuiſio & appropriatio. Cap. VIII.

Quæſt. 1

Prima concluſio In ſtatu innocētia expediebat rerum communitas.

SVppoſito genus a humanum à ſupremo illo Opifice rerum inferiorum, ad vitæ ſuſtentationem requiſitarum, dominium habuiſſe, vt etiam ſuprà dictum eſt. (a Geneſ. 1. Damaſ. 2. fid. ortho. c. 30.)

Quæritur primo. An licita ſit iſtarum rerum diuiſio, & appropriatio.

Dicendum primo. In ſtatu Innocētiæ erat expediens communis rerum poſſeſſio.

Secunda concluſio.

Vxorum communitas ſemper pernicioſa.

Probatur primo, quia tunc homines duplicem ſequebantur rationem, Diuinæque legi obaudiebant,ità vt vicaria ſe beneuolentia complectentes, communia bonis proprijs anteferrent.

Secundo, quia nec veſtibus indigebant ob Iuſtitiam originalem omnium oculos honeſtate replentem, nec domibus, cùm nulla tunc aeris inclementia, terraque ſine labore aut certè modico, qui non angeret, ſed oblectaret, quæcunque homini forent neceſſaria, protuliſſet,

Dicendum ſecundo. Vxorum communitas, etiam in ſtatu Innocentiæ fuiſſet pernicioſa.

b Probatur ex abſurdis, quæ indè ſequerentur, nam & filiorum generationem impediret, vt docet experientia in Meretricibus, quæ ob promiſcuam coitum, rarò concipiunt, & eorundem ſalutem educationi obeſſet. Item parentum in filios charitas, filiorum in parentes pietas, mutuaque inter eos beneuolentia tolleretur, diſcordiæ vndique inſurgerent ob vxorum zelotypiam, ob nato- (b vide Ariſtot. 2. Polit c. 1. & ſeq.)

rum

rum incertitudinem. Demum omnes eiuſmodi concubitus fuiſſe fornicarij, ac proinde rectę rationi repugnantes, & peccaminoſi vt habetur in *a* Actibus Apoſtolorum, & in Apocalypſi, cùm Nicolaytæ *b* reprehenduntur. Quocirca rectiſſime à Deo ſancitum eſt *c* vt ſint tantùm duo in carne una.

Contrarium docuerunt poſt Plat. multi *d* hæretici, ſed falſis innixi fundamentis, & ex ſe labantibus.

Dicendum tertio. *e* Rerum diuiſionem poſt peccatum licitã eſſe. Probatur primo ex Scriptura. Nam & Abel obtulit ſacrificiũ de primogenitis ſui gregis, & Caym de fructibus terræ, quã ipſe vt propriam excolebat. Idemque patet in Patriarchis, &c. *f* Quin & de Christo, & Apoſtolis deſinit Ioan. 12. habuiſſe rerum proprietatem, quàm à ſe poſtmodum abdicarunt. Rurſus Scriptura præcipit eleemoſinam, laudat mutuum, extollit hoſpitalitatem, prohibet furtum, quæ omnium rerum diuiſionem, & iuſta, ſeparataque dominia præſupponunt. *g* Item vt bonorum ſuorum abnegationem tantùm, vt ſummæ perfectionis iter commendat, ità diuites non condemnat, niſi quatenus ex diuitijs occaſionẽ peccandi ſumunt. *h* Demùm ipſis quoq; Religioſis, exceptis Franciſcanis de obſeruantia, licitũ eſt in communi habere rerum proprietatẽ.

Obijcitur primo. Rerum diuiſio eſt contra naturę inſtitutionẽ, quæ vult omnia eſſe communia, ergo eſt illicita.

i Reſpondit Sco. præceptum de poſſidendis rebus in communi datum quidem fuiſſe ante lapſum, ſed poſt lapſum reuocatum fuit. Sed contra, nam ius naturale eſt immutabile, & ſi reuocatũ fuit, vtique, non diuina authoritate, cum hoc nec Scriptura doceat, nec per reuelationem habeatur, non humana, quia per inferiorem reuocari nequit, quod ſuperioris imperio ſancitum eſt.

Reſpondeo igitur ſecundo, *l* vt etiam ſupra dictum eſt. aliquid eſſe de iure naturæ, uel poſitiue, cum quid ab ipſa natura faciendum, vel non faciendum præcipitur, verbigratia, honorandos parentes, vitandum furtum, uel negatiue, ſeù permiſſiue, cum quid relinquitur hominum electioni, & prudentiæ pro loco, & tempore faciendum, vel omittendum, & in hoc ſenſu, vt matrimonium dicitur de Iure naturæ, ſic & rerum communitas, quæ potuit eſſe non eligibilis ex circumſtantijs poſt peccatum emergentibus, & obiecto appoſitis.

Erant autem res omnes communes Iure naturę, non quod ipſa tantùm hominum communitas illarum haberet dominium, ſinguli verò non niſi ex communitatis conceſſione; vt Religioſorum Inſtituta præſcribunt, nec eo modo, quod ſinguli eſſent quaſi domini partiales, ut ante hæreditatis diuiſionem contingit, cum multi à teſtatore hæredes ſunt inſtituti *m* ſed quatenus vnuſquiſque per anticipatam vſurpationem ad rerum dominia Ius habebat, quod adhuc in extrema neceſſitate perſeuerat, nec alio ſenſu accipiendi ſunt *n* Patres, cùm per exagerationem docent, homines eſſe diſpenſatores rerum, non dominos, & omnia eſſe communia.

a Act. c. 15.
b cap. 2.
c Gen. 2.
d Nicolaitæ Apoſtolici, & aliqui ex Pelagia. vide Authores apud Say. nu. 3.
e Aug. 2. de grat. c. 16. & ep. 161. & de hæreſ. c. 40.
f In extrauag. ad cõditorem, & Cum inter ea, & Quia quorundã, de ver. ſigni.
g Aug. 2. de conſenſu Euã. c. 30.
h Trid. ſeſ. 25. c. 3. & Gratianus 12. q. 1. 2. & 3.
i d. 15. q. 2 Gab. ibid.
l Aug. tr. 6. in Ioan.
m Apud Sot. 4 Iuſ. q. 3. art. 1. ad 1.
n Aug. tr. 6 in Io. Ambr. c. quo iure. d 8.

Tertia concluſio.
Rerum diuiſio licita poſt peccatum.
Ioan. 12.
1 Obiectio.
Reijcitur ſolutio Scoti.
Aliter reſpõdetur.
Aliquid de iure naturæ vel poſitiue vel negatiue.
Quo pacto erant res cõmunes de iure naturæ.

Soluitur 1. radio ex Clemen. Papa.

Obijcitur ſecundo *a* ex Clem. Papa aſſerente per iniquitatem introductam eſſe rerum diuiſionem.

a epi. 4 & habetur 12 q. 1. c. dilect. mis.

Reſpondeo, nomine iniquitatis non intelligendam iniquam conſuetudinem iuris gentium, contrariam legi naturæ, ſed occaſionem ex peccato originali emergentem.

Soluitur 2. ex Chriſoſt.

Obijcitur tertio ex *b* Chriſoſtomo aſſerente, per meum, & tuum multa incommoda ſubſequuta.

b in ca. 6. Lucæ.

Reſpondeo. Maiora contigiſſent ſi poſt lapſum res indiuiſæ perſeueraſſent.

Soluitur 4. ex Socr. & Plat.

Obijcitur quarto ex Socrate, & *c* Platone per rerum diuiſionẽ non omnia euitari abſurda.

c 5. de Repub.

Soluitur 5. ex Euang.

d Reſpondeo, ſatis, ſi maiori ex parte.

d Sot. 4. Iuſtit. q. 3. a. 1.

Obijcitur quinto, ſaltem Chriſtianis eſſe illicitam, quippè cum eis Chriſtus præcipiat, rebus omnibus abrenuntiare.

Reſpondeo, eiuſmodi renuntiationem intelligendam quoad paruum affectum, ità vt potius parati ſint eas relinquere, quàm Deum offendere, vel ſecundo debere intelligi de profitentibus Euangelicam perfectionem.

Quarta conclusio. Rerum diuiſio poſt peccatum nedũ licita, ſed conueniens.

Dicendum quarto. Hæc eadem rerum diuiſio poſt peccatum fuit nè dum licita, ſed conueniens.

Probatur, quia rerum dominio perſeuerante indiſtincto, magna illa cultura, qua tellus ad ſpinas iam, & tribulos, poſt maledictionem procliuis, indigebat, ab hominibus ſocordiæ deditis, & quod commune eſt, iuxtà *e* Philoſophum negligentibus non fuiſſet adhibita, proindeque maxima rerum penuria, ingens confuſio innumereq; contentiones fuiſſent extortæ, vt conijcimus ex *f* Paſtoribus Loth, & Abraham, dum pro communi, & indiuiſo greges paſcebant.

e Ariſt. 2. Polit. c. 3. S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 2.
f Gen. 13.

Intelligitur autem reſpectiuè totius generis humani.

Intelligenda porrò eſt Concluſio reſpectu totius humani generis, nam alioquin etiā poſt peccatum, magis expediens eſt nonnullis Communitatibus rerum poſſeſſio in communi, ob ſtatus, quem profitentur perfectionem, vel ob aliam circunſtantiam.

Quæſt. 2. Dominiorum diuiſio eſt de iure gentiũ.

Quæritur ſecundo. Quo iure facta ſit rerum diuiſio.

g Reſpondeo, Iure gentium, conformiter tamen naturali rationi, id poſt peccatum ſuadenti.

g Caiet. 2. 2 q 66 2. 2 & alij apud Say. nu. 15.

Hoc autem intelligitur primo de prima rerum diuiſione, quæ appellari conſueuit diuiſio in communi, poſtquam introductę ſunt & aliæ particulares appropriationes Iure *h* ciuili Principũ, & Rempublicarum.

h l. Quod Principi placuit ff. de conſti. princ.

Secundo intelligitur de bonis externis, vt ſunt vineæ, domus, &c. Nam fama, vxores, filij, propriæque actiones, etiam de Iure naturæ, ſeorſim à ſingulis poſſidentur.

1. Soluitur ... dominiorum diuiſio eſt à iure naturæ, executiuè à iure gen. Soluitur 2.

Obijcitur primo, videri eiuſmodi diuiſionem dominiorum de Iure nat. quæ eam vt neceſſariam indicat ob pacem, & vtilitatem.

i Conr. tr. 2. de con. tr. q. 9.

Reſpondeo id verum eſſe poſt peccatum, *i* & vt ſic optimè concedi eſſe indicatiuè, ſeu directiuè à Iure naturæ, & à Iure gentium executiuè.

Obijcitur ſecundo. De Iure naturæ eſt, quod ea, quæ nullius

ſunt,

ſunt, ſint primo occupantis, at prima rerum diuiſio facta eſt per occupationem, ergo. Reſpondeo de Iure naturæ eſſe primo occupantis tantùm quoad vſum, non quoad dominium, ſic enim ſunt exigentium conſtitutiones.

Obijcitur tertio. Deus inſtituit Saulem Regem, Item Iudęis dedit terram Chananæorum, ergò eſt de Iure diuino poſitiuo. *Soluitur 5.*

Reſpondeo, nos non loqui de particularibus quibuſdam dominijs, ſed de primæua illa, & communi rerum diuiſione.

Quæſt. 3. Quæritur tertio. Quo Ordine rerum diuiſio fuerit introducta.

a Sot. 1. c 1. Medi. Angles, Nau. & alij apud Sayr. nu. 18.

Adam, vt totius orbis caput, erat et dominus. Dicendum primò. *a* Probabiliſſimum videri, quod Adam, vt omnium fuerit protoparens, ità & rerum omnium dominium primo à Deo acceperit, illudque ad rixas vitandas inter filios diſtribuerit: Idemque præſtiterit Noę inter Sem, Cham, & Iaphet, quorum conſenſu, etiam iuramento, diſtributio firmata ſit.

Ante diluuium facta eſt verò diuiſio omnibus conſenſu tacito ſaltem, & per non repugnantiam. Dicendum ſecundo. Rerum diuiſionem antè diluuium fuiſſe factam communi omnium conſenſu, etſi non actuali, ſaltem tacito, & per non repugnantiam, quod etſi in rebus immobilibus facilius locum habuit, adhuc etiam nihil obſtat, quò minus, & in mobilibus fieri potuerit, adeò vt poſt appropriationem, nemo, ſine iniuria, rebus occupatis priuari potuerit. Poſt diluuium autem probabile eſt, fuiſse factam diuiſionem, conuentione poſitiua, *b* quod & Scriptura videtur ſubindicare.

b Geneſ. 9.

c Inſti. de iur. nat. §. ſed quod Principi.

Poſt diluuium & cõuentione poſitiua. *c* Dicendum tertio. Potuit populus antequam ſuprà ſe Principem conſtitueret, bona inter aliquos diſtribuere, quæ deindè authoritas conſtituendi, in ipſos Principes eſt translata.

De Varijs modis acquirendi Dominium rerum, quæ anteà nullius erant.
Cap. IX.

Res quarũ dominiũ acquiritur duplicitèr ſe habent.

NOtandum primo. Rerum temporaliũ, quaſdam eſſe, quæ eo tempore, quo dominium earum acquiritur, nullius erant, & in ijs dominij acquiſitio, propriè locum non habet, quaſdam verò, quæ immediatè à dominio vnius, ad dominium alterius transferuntur, & in ijs, vt vere dominium acquiritur, & mutatur, ità niſi dominij translatio iuſte fiat, vero dominio infertur iniuria, cum vinculo reſtitutionis.

Res quæ dominio carẽt & ſub alterius dominio venẽt tripliciter ſe habent.

Notandum ſecundo. Res primi ordinis diſtingui tripliciter. Quædam enim nunquam fuerunt ſub alicuius dominio, vt piſces, aues, mineralia, & forſan aliquæ Inſulæ, & Regiones, quędam habuerunt aliquando dominium, ſed poſt eo carent, vel eius morte, vel temporis diuturnitate, vt *a* theſauri. &c. quædam habentur pro derelictis, vel domini voluntate, vel alio modo, vt quæ per naufragium iam longo tempore ſunt mari obruta, &c.

Regula quæ nullius ſunt fieri primo occupantis, an ſit de iure gentium vel naturæ.

Notandum tertio. Ad horum dominium acquirendum duo requiri, iuſtum titulum, qui præſertim conſiſtit in iuſta inuentione, & occupatione, ſeù poſſeſſione, vnde apud Iuriſtas regula inualuit, *b* res huiuſmodi fieri primo occupantis, quam regulam volunt aliqui eſſe de iure naturæ, cum ante ius humanum nullus modus acquirendi dominium magis naturalis fuerit, quàm per occupationem rei, quæ nullius erat, melius tamen dicitur introductum eſſe iure gentium, nam etſi ad dominium acquirendum non plus requirat ius naturale, quam occupationem rei inuentæ, non tamẽ præcipit, vt id ſit ſufficiens, neque prohibet quin homines poſſint vel contrarium ſtatuere, vel modũ alium introducere, vnde & iure gentium, res quædam ità ſunt communes, vt nequeant ab alio occupari, & illi fieri propriæ, & in alijs poſitus eſt modus per diuerſas circunſtantias iure ciuili, vel humano neceſſarias, quæ cum iuſtæ ſint, vim habent obligandi etiam in conſcientia.

a l. vnica. C. de theſauris l. falſus. ff. de furt.

b § feræ. § itẽ lapilli. Inſt. de rerum diui.

Prima concluſio.

Circà has res, quæ ante nullius fuerunt. Dicendum primo, non ſolùm iure gentium, ſed etiam ciuili eſſe primò occupantis modò nulla iniuria intercedat, maxime per particularium ſtatutorum, quæ

quæ iuſta ſint, contra conuentionem. Harum verò rerum nomine, præter *a* ſupramemoratas, intelligimus etiam id, quod *b* Fluuis inſenſibiliter addit alio prædio.

a iu. 1. na. *b* l. 1. & 1. §. 2. ff. de ac. rer. dom. *c* Ange. & Sylv. inui ta. Molin. d. iuſt. tr. 1. tr. 2. d. ſ. 41.

Quod ſi hic quæras primo, cuius ſit fera ab vno vulnerata, ab alio capta.

Vulneratā per eam lethaliter in venatione, eius dominium acquirit.

c Reſpondeo, quod ſi vulnus erat læthale, & percutiens eam inſequebatur, verò dominiũ, aut ius dominio æquiualens, acquiſiuit, dedit enim cauſam ſufficientem, ſine qua tunc non caperetur, & ità obtinuit conſũ exando, at ſi vulnus quidem erat læthale, venator autem eam non proſequebatur, tunc erit capientis, quia cenſetur eam relinquere, quod ſi non derelinquat, ratio poſtulat, vt diuidatur pro ratâ percuſſionis, & impenſi laboris ad eam inueniendam.

Quando ſit diuidenda pro ratâ.

Si quæras ſecundo. Cuius ſit fera inuenta in venatorio inſtrumento, quod alter tetendit?

d Reſpondeo, ſi hic qui eſt dominus, v. g. illius laquei, ſit præſens, videatque feram detentam, quam facile capere poteſt, certè iam eius dñs effectus eſt, nec poteſt ab alio præueniri, *d* cum licet eam adhuc manibus non apprehenderit, ità tñ irretiuit, & venatorio inſtrumento concluſit, vt certiſſimè ad eius manus ſit peruẽtura. Et cõfirmatur, quia ſi quis venetur in prædio alterius facit illi iniuriã, & tenetur ad damna, ergò & ſi venetur in alterius laqueo. Et quod diximus, procedit etiam ſi laquei dominus, abſens ſit; modo fera comprehenſa non poſſit euadere, ſecus ſi & dñs laquei ſit abſens, & fera poſſit aufugere, tunc enim extrahens acquirit eius dñium Ratio, quia ille alter eam ſatis non occupauerat, ſemper tamen aliquid ei dandum eſt, habita laquei, & induſtriẹ rõne.

d l. ſi laqueum ff. de acqui. rer. dom.

Corol.

Ex his infertur, concluſionem noſtram, nempe rem, quæ ſub nullius imperio erat, fieri primo occupantis, veram eſſe ſimpliciter, ob prædictos tamen, & alios caſus, intelligendam eſſe, quando neque dominium, neque ſpeciale ius ad rei occupationem antecedit, in quo etiam attendenda eſt regula reſarcitionis damni, quod ſit alteri pro ratione æſtimationis.

Dicendum ſecundo. Theſaurus habito reſpectu ad ſolum ius *e* naturale vbicunque fuerit inuentus, cum in nullius ſit bonis, ſit inuenientis, *f* ſi verò ius ciuile attẽdamus, inueniaturque ſine arte prohibita in proprio fundo, totus eſt inuentoris, ſi in agro alieno & caſu inueniatur, dimidiũ erit inuenientis, dimidium dñi loci, ſiue hic ſit perſona priuata, ſiue publica, vt Rex, vel Communitas Et hoc ad pacem inter vtrumque ſeruãdam, cum vnuſquiſq; multa poſſet pro ſe allegare. *g* Data verò opera, & inconſulto domino agri reperto, totus domino loci, deductis expenſis, reſtitui debet, qui enim ſic reperit, ſe habet inſtar eius, qui ſeminat in agro alieno, inuito domino, nam tunc fructus domino cedunt, deductis expenſis; *h* & hẹ leges cum iuſtę ſint, obligant etiam in conſcientia, & etiam ante latam ſententiam.

Secunda Cõclusio. Theſaurus repertus quãdo ſit totum, quando pro medietate cedat inuentori.

e l. nũquã §. theſaurus. ff. de acq. rerũ dom. *f* S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 5. ad 2. *g* Caiet. 2. 2. q. 66. ar. 5. *h* saló Lopez, &c.

Quid ſit theſaurus proprie dictus.

Concluſio autem intelligitur de theſauro proprie dicto, qui à D. Paulo Iuriſconſulto definitur vetus quędam pecuniæ de-

poſitio, cuius non extet memoria, ità vt iam dominium non habeat, *a* non autem de pecunia, quæ ob metus, vel lucri, vel honoris, vel alterius rei cauſam depoſita ſit, & conijci poſſit quis eam abſconderit, tunc enim inuentor tenetur reſtituere dominó, aut ſucceſſoribus.

Inueniẽs theſaurum in proprio depoſitum, tenetur ad reſtitutionem.

a l. Nũquã ff. de acq. dom.

Ratio, tùm quia non habetur pro derelicto, tùm etiam, quia Iure hæreditario tranſit ad ſucceſſores, hinc auferens res è monumentis Chriſtianorum, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, *b* ſecus de rebus exiſtentibus in ſepulchris Saracenorum & maximè ſi conſtaret eas ſuperſtitionis cauſa ibi fuiſſe reconditas, ſed hic.

b Bann. 2. 2. q. 66. ar. 5.

Quærẽs theſaurum cum licentia, ſed ignorātia domini agri, nihil acquirit ſibi, ſed domino.

Dubitatur primo. An inueniens theſaurum in agro alieno ex domini voluntate ſibi illum acquirat.

Reſpondeo, ſi dominus agri det facultatem inquirendi, & licentiam petens, ſciat ibi latere, inuentus totus erit domini agri.

Ratio, quia facultas illa non fuit ſufficienter voluntaria ob ignorantiam concedentis, & ob id, nec ſufficiens ad transferendum dominium, ſi verò ſciens ibi eſſe theſaurum, det licentiam illum quærendi, ita vt ſit inuentoris, cum iam concedit ius ſuum, erit inuentoris. *c* Item ſi quis credens per aliquas coniecturas in agro eſſe theſaurum, quas domino agri exponat, & dominus nec credat, nec curet, imò irridens det ei facultatem inquirendi, totus efficitur inuentoris, hic enim tunc fur, nec inuaſor alieni, per leges, reputatur, licèt contrarium aſſerat Bart. *d* ſed omnino abſque probabili fundamento.

c Syl. Arag. Lop. Molin. Gom. &c.

d l. ſi acq. domi.

Quid de theſauro inuento in loco ſacro, tùm caſu, tùm ſcienter.

Dubitatur ſecundo. Quid dicendum de theſauro, qui inuenitur in loco ſacro.

e Reſpondeo, ſi ſcientèr, & conſultò inueniatur, etiam ſi adſit conſenſus domini, ignorantis ibi latere, totum cedere Eccleſiæ, ſeù Prelato illius loci, ſin autem caſu, medietas erit inuentoris, & altera Eccleſiæ, & in hoc æquiparantur loca ſacra cum non ſacris, particularium perſonarum.

e Ange. v. inuentum Syl. eod. q. 3. ver. 4. & alij apud Sayr. proximè ante num. 15.

Dubitatur tertio. Cui cædat theſarus inuentus in agro, vel domo pignoraticia.

f l. ſi qui. ff de acq. rerum do.

Theſaurus inuentus in loco pignoratitio, locatitio, aut dotali, ſiue cadat.

f Reſondeo, ſi quis in loco, cuius nec vtile, nec directum dominium habeat, theſaurum caſu inueniat, acquirere eum ſibi pro medietate, & pro altera medietate domino agri, ſi verò ſcienter, totum eſſe domini agri.

g Idem dicendum de locatore agri, vel domus, ſiuè ad modicũ ſiuè ad longum tempus, nullus enim horum eſt dominus. *h* Si verò maritus inueniat theſaurum in dotali fundo vxoris, quamuis conſtante matrimonio pertineat ad maritum quoad vſum, eo tamen diſſoluto, aut facto diuortio, pertinet integrè ad vxorem.

g l. 2. ff. ſi agr. vect. vel emphit. pet.

h l. diuortio §. ſi fundum. ff ſol. mat.

Ratio, quia theſaurus non computatur inter fructus agri, qui tantùm tanquã ad vſufructuarium, conſiſtente matrimonio, ſpectant ad maritum. Si verò alius a marito caſu inuenerit, acquiret eum ſibi pro medietate, altera autem medietas cædet marito, quoad vſu mfructum, quouſque conſiſtat matrimonium, quo ſo

luto

luto tenetur reſtituere iuxta communem.

a Dubitatur quarto. Cuius ſit theſaurus inuentus in loco, cuius vnus, verbi gratia; habeat dominium vtile, alter verò directum.

Reſpondeo, ſi inuentor ſit extraneus, & caſu inueniat, dimidiũ ſibi acquirit, reliquum verò diuidendum erit inter proprietariũ & emphiteutam, vt etiam inter eos dominij prædium eſt diuiſũ; ſi verò idem extraneus inueniat de induſtria, totus acquiritur dominis. Rurſus ſi inueniat vnus ex dominis; diuidendus erit inter eos modo, ſcilicet, vt docet *b* Molin. vt inuentor titulo inuentionis acquirat ſibi medietatem, & rurſus habeat ſuam ratam alterius medietatis tanquam ſocius in dominio agri, & tunc differentia inter inuentorem extraneum de induſtria quærentem, & proprietarium, vel emphiteutam, ſeù feudatarium conſiſtit, quod illi licitè poſſunt ſibi vendicare medietatem iure inuentionis, ille verò non, & hoc probatur à ſimili, *c* nam ſi ſeruus, qui à duobus poſſidetur theſaurum, in fundo alieno inueniat, cædet pro medietate domino fundi, & aliam medietatem partientur inter ſe domini ſerui inuentoris.

Theſaurus inuentus in loco plurium dominorũ, cui acquiratur.

a videndi ſunt verſ. § theſauros, Inſti. de rer. de Nau. mã. ca. 17. nu. 173. & al j apud Say. nu 16. | *b* de iuſtitia to. 1. tr. 2. diſp. 56. *c* l. ſi is q. ff. de acq. rer. dom.

Dubitatur quinto. Cui ſit applicandus theſaurus inuentus modo illicito, verbi gratia, per artem magicam.

d Reſpondeo, ipſi inuentori, donec per ſententiam, in pœnam modi illiciti, non tamen iniuſti, illo priuetur.

Dubitatur ſexto. An Princeps contrà Ius ciuile in ſecunda Concluſione expoſitum, ſtatuere poſſit, vt vbicunquè inueniatur theſaurus, aut in totum, aut in partem ſibi debeatur.

Reſpondeo, quamuis *e* aliqui doceant hoc eſſe contrà naturalem æquitatem, ſecundum, quam, ea, quę in nullius bonis sũt, primo occupanti conceduntur, ac proindè nec obligare in conſcientia, eiuſmodi ſtatutum, *f* communis tamen, & vera ſententia eſt, poſſe à Principe iuſtam legem conſtitui, vt theſaurus etiã in loco proprio, inuentus, ſit totus, vel pro maiori parte ipſius Principis; quinimò iam vſus inoleuit ferè apud omnes gentes, vt cædat Principi, vnde & uim legis habet, nec eſt aliquo modo damnandus. Ratio, quia licet de Iure gentium ea, quæ nullius ſunt, fiant primo occupantis, poteſt tamen Reſpublica talia bona ſibi applicare, poſt quorum applicationem iam amplius non erunt communia, & eadem ratio eſt de Principe, qui pro boni communi, poteſt ſibi theſauros omnes applicare. Et ſicut iuſta eſt lex in vtroque foro, vt qui caſu theſaurum inuenit in agro alieno, medietatem det domino, ità & iſta, ut totus applicetur Fiſco, ad communia onera ſuſtinenda, & confertur à fortiori, nam poteſt iuſtè de redditibus vniuſcuiuſque Ciuis Reſpublica, aut Princeps, adiudicare ſibi portionem ad eundem finem. Quo circà in hac materia nè dum ſeruandum eſt Ius commune, ſed inſpici debet conſuetudo, aut ſtatuta vniuſcuiuſque Prouinciæ, quibus Ius cõmune, aut in totum, aut in partem iuſtè potuit abrogari.

Theſaurũ per artẽ magicam inueniẽs, nõ tenetur reſtituere, niſi poſt ſententiam.

Põt iuſtè cõdi lex, vt theſaurus vbique inuẽtus applicetur Fiſco.

d Na. ma. ca. 17. nu. 175. verſ. 6. & alij apud Say. nu. 17. *e* Syl. ver. inuẽtum Lopez. p. 2. inſtruc. conſc. c. 2 Philiar. de off. ſac. p. 2. lib. 6. c. 73. *f* Couar. in reg. peccat. p. 3 §. 2. n. 4. de reg. iur. in 6. S. Ant. Salon. Ban. &c.

Dubitatur ſeptimo. An qui emit agrum, in quo eſt theſaurus, acquirat ſibi theſauri dominium.

Inuentis theſaurum in agro empto, nulli tenetur reſtituere.

a Reſpondeo affirmatiue. Ratio, quia theſaurus non eſt pars agri, nec fructus eius, & ob id dominus agri non eſt dominus theſauri latentis, qui antequam inueniatur caret domino, ac proinde iure gentium fit primo occupantis, & eius, quod dominus agri habebat ante venditionem, ne ſcilicet quis poſſet theſaurum inquirere ſine eius uoluntate, iam ipſe tranſtulit in emptorem per agri uenditionem, & ampliatur hoc dictum, etiam ſi emptor ſciat in agro latere theſaurum, cum eiuſmodi ſcientia ei non debeat obeſſe; ſecus autem eſſet, ſi quis prius theſaurum inueniat, & poſteà abſcondat, & emat agrum, quia iam iure ciuili, medietas theſauri inuenti erat acquiſita domino agri.

a l. ſi a tuto ſe. ff. de rei vend.

b Mat. 13.

Nec obſtat parabola *b* Saluatoris, qua hoc idē videtur permiſſum; nam illa procedit de iure gentium, non ciuili, hic autem nota primo non procedere de theſauro ſiue in agro, ſiue in pariete reperto, quando conijci poteſt à quo ibi fuerit abſconditus, tunc enim (ut dictum eſt ſuprà) ſpectabit ad illum, uel ad legitimos ſucceſſores.

Quando aliquid iud candum ſit haberi pro derel. &c.

Notandum ſecundo, aliquid haberi pro derelicto deduci poſſe, quia dominus eo animo illud proijcit, aut relinquit uel iduerbis, aut geſtis ſubindicat, vel cum potens rem facile recuperare, tacet, aut negligit, &c.

c l. falſus. § ſi iactam. l. naufragia. ff. de fur.

c Bona uerò proiecta in mare tempore naufragij, non habētur pro derelictis, niſi poſt adhibitam omnēm diligentiam, alioquin inuentores tenetur ad reſtitutionem, etiam ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ.

Similiter proijcicientes bona, vt illa incendio ſubtrahant, adhuc reputantur habere dominium eorundem, inuentoribus autem debetur merces pro qualitate laboris, & diligentiæ adhibitæ, quod ſimiliter in bonis naufragantium intelligitur.

Quo-

Quomodo transferatur dominium ab vno in alium Cap. X.

Quid ſit dominii tranſlatio.

SVpponitur [a] primo, quod dominii tranſlatio eſt trãſmiſsio rei ab eo, qui prius eam legitimè poſsidebat, in alterum, qui illius incipit eſſe legitimus dominus: Dicetur autem legitimus, ſi fiat modo legitimo. alioquin priori domino fiet iniuria, & vinculum reſtitutionis remanebit.

Supponitur ſecundo. Hanc dominii tranſlationem tripliciter potiſsimum contingere.

Primò. Diuina voluntate, cùm enim Deus ſit dominus omniũ poteſt pro libito transferre rerum dominia; [b] Hæc tamen Dei voluntas, debet per expreſſam ipſius reuelationem conſtare.

Secundo libera voluntate legitimi tranſferentis.

Tertio lege, aut Iudicis ſententia, quæ legi ęquiualet, idque etiam inuitis dominis. Hic igitur tantum de ſecundo modo. Et His præiactis.

Quæſt. 1. Quis poſſit iure naturali uti re ſua pro libito in omnem uſũ lege nõ prohibitum.

Dubitatur primo. An poſsit quis iure naturali, rei ſuę dominium, pro libito in alium transferre.

[c] Reſpondeo affirmatiuè, quia de eſſentia dominii eſt, poſſe vti re ſua in omnem vſum lege non prohibitum, [d] & hoc adeò verum eſt, vt res ſub alicuius dominio exiſtens, ſecluſa ſuperioris authoritate in alterius dominium non transferatur, niſi ex prioris Domini voluntate tacita, vel expreſſa; quæ tamen voluntas neceſſe eſt vt ſit perfectè libera, neque per vim, neque per dolum, aut iniuriam vitietur, alioquin non eſt plene voluntaria, imò vt inefficax, & fundata in iniuſtitia, redderet coactorem incapacem requiſiti effectus.

Contra concluſionem obiicitur primo. In extrema neceſsitate omnia ſunt communia, abſque quod requiratur voluntas eius, qui rei nobis neceſſariæ habet dominium.

Soluitur 1. obiectio.

Reſpondeo. Primo etiam tunc intercedere illius domini volũtatem, vel illam quæ actu eſt, vel illã quæ eſſe deberet, aut ex legali iuſtitia, vt docet [e] Caiet. aut ex iuſtitia commutatiua vt [f] alii.

Reſpõdeo ſecundò. Nos loqui extrà caſum neceſsitatis, in quo & ſi abſit domini voluntas certè non abeſt obligatio charitatis,

&

[a] Sot. 4. Iuſtit. q. 5. ar. 9.

[b] Bann. in Præam. de dom. q. 5.

[c] Ledeſ. 2. 4. q. 8. ar. 1 dub. 5. cõcluſ. 9.

[d] Inſti. de rer. diuiſ. § per traditionẽ. ff. de ac. rer. dom. & l. qua ratione, §. literæ.

[e] 2. 2. quæ. 118. art. 3.

[f] Sarm. de Reddit. p. 3. c. 4.

& hinc fit, quod rei dominium tunc non traſfertur, ſed vſus tantum, ita vt ſi res vſu conſumetur, quia id iuſtè contingit, pereat priori domino, ſi verò perſeueret poſt tranſactam neceſſitatem, priori domino debeatur.

Obijcitur ſecundo. Creditor poteſt furto, & conſequenter inuito domino vendicare ſibi dominium eius, quod nequit aliàs recuperare. *Soluitur a obiectio.*

Reſpondeo ſufficere voluntatem, quæ ex iuſtitia deberet eſſe domini, cuius efficaciam ſupplet lex naturæ, quę præcipit, vt vnicuique reddatur quod ſuum eſt, & ſurripiens habeat ius ad rem illam, quod moraliter æquiualet dominio. *In re alias debita, & furto ſublata quę uoluntas domini reperiatur.*

Dubitatur ſecundo. An ſola voluntas ſtatuentis interius aliquid donare, ſit ſufficiens ad transferendum dominium, ita ut obliget in conſcientia. Supponitur autem promiſſionem, ſine contractum, vel eſſe mutuum, ſeu reciprocum in quo ex parte vtriuſque naſcetur obligatio, *a* & exprimi ſolet per hęc verba, do, vt des, facio, vt facias, & in his certum eſt non ſufficere internum actum voluntatis ad transferendum dominium, ſed requiri vlterius verba, & ſigna exteriora, quibus contrahentes certi fiant de mutuo voluntatis conſenſu. Eſt & alius contractus qui dicitur ſimplex, in quo ſimpliciter quis ſtatuit aliquid conferre, vt in donatione, de quo eſt dubium in cóſcientia, cum alioquin certum ſit neminē à Iudice poſſe cogi ad actus interioris impletionem, niſi externis ſignis, aut verbis ſit explicatus, cum nec Eccleſia, nec lex Ciuilis iudicare poſſit de actibus purè internis. *Quæſt. 2. Contractus uel mutuus ſeu reciprocus uel ſimplex.* *a l. labeo. 2 ff d ver. ſignif.* *Nec eccleſia nec lex ciuilis iudicat de actibus purè internis.*

Ad propoſitam ergo difficultatem. Reſpondeo *b* negatiuè, nempè ſolam voluntatem internam, nec transferre dominium, nec in conſcientia obligare. *b S. th 2. 2 q 88. ar. 1. & alii, apud Sayr. nus*

Ratio, quia homines non ordinantur ad inuicem, niſi per ſigna externa, quibus internus animorum conceptus inuicem communicatur, & vt nemo (ſecluſa ſuperiori authoritate) priuatur dominio rei ſuę, niſi volens, & conſentiens, ita & nemo, niſi uolens & conſentiens fiet dominus rei alterius, quarè neceſſaria erit actio exterior, qua eiuſmodi acceptio exprimatur. Hinc infertur.

Primo. Prælatum per ſolum actum internum non poſſe reuocare facultates in foro exteriori conceſſas. *Infertur. 1.* *c 4 Iuſt. q. 5. a. 1 poſt conclu. 2. Ledeſm. 2. quarti. q. 18. art. 1. dub. 13.*

Secundo. Inſtitutum hęredem, hæreditatis dominium non adipiſci, niſi poſtquam illam acceptauerit. 2

Contra noſtram concluſionem docuerunt *c* Sot. & alii.

Probant primo. Promiſſio interior facta Deo obligat in conſcientia, vt patet in voto, ergo ſolo actu interiori poteſt transferri dominium.

Reſpondeo, diſparem eſſe rationem inter Deum, & hominem Deus enim eſt inſpector cordis, non homo, cui non niſi externis actibus voluntas innoteſcit. *Soluitur 1 rō ī contrarium*

Probant ſecundo. Vnuſquiſque eſt ſua voluntate dominus rei, ergo & ſua voluntate poterit à ſe rei dominium abdicare. 2

Re-

Reſpondeo concedendo, ſed hæc uoluntas debet humano more innoteſcere ei, in quem dominium eſt transferendum. Probant 3. Verba externa obligant, quia ſunt ſigna interni conceptus, ergo a fortiori ipſe internus actus uim habebit obligatoriam.

Soluitur 3.

Reſpondeo, ſicut uoces ſunt ſigna conceptuum, ita etiam ſunt ſigna inſtrumentaria ſine quibus, unus alteri non obligatur.

Probant quarto Promiſſio interna iuramento firmata obligat, ergo & ſine illo conſequentia probatur quia iuramentum non inducit nouam obligationem, ſed priorem confirmat.

Soluitur 4.

Reſpondeo, promiſſionem iuratam non habere uim qua promiſſio, ſed qua iurata, ob reuerentiã diuini nis in teſtem adducti.

Quæſt. 3. Traditio non requiritur in dominij translatione.

Dubitatur tertio. An præter voluntatis conſenſum exterius expreſſum, ſit neceſſaria traditio, aut aliquid uice eius ad transferendum dominium.

a Reſpondeo affirmatiuè, exceptis nonnullis caſibus, quorum

1 *In cauſis pijs.* *b* Primus eſt in cauſis pijs reſpectu Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & conſilium locorum.

2 *In hæreditate.* *c* Secundus in hærede, qui ſiue ex teſtato, ſiue ab inteſtato ſuccedit in bonis defuncti ſufficit enim adire hæreditatem, quod fit hæreditatem acceptando, & hoc propter omnis, quod ſimul cum hæreditate illi incumbit ſoluendi omnia defuncti debita.

3 *In legatis.* *d* Tertius, quando aliquid certum alicui legatur, uerbigratia, talis uinea, & hoc procedit etiam ſi legatarius ignoret legatum ſibi eſſe relictum, & hæreditatem iam eſſe aditam, & in hoc caſu conſenſum legatarij ſupplet poteſtas publica, ne res uacent, & careant dominio.

Oportet autem, vt res legata ſit certa, alioquin ſi certa fuerit etiam ſi quantitas, eſſet determinata, verbigratia, tot menſuræ olei, aut tanta pecunia, &c. et tunc enim hæres acquirit totius hæreditatis dominium, cum onere tamen ſoluendi oleum, uel pecuniam legatario, cui conceditur actio hypothecaria, ita ut nedum procedere poſſit contrà hæredem, ſed maneant etiam illi obligata bona defuncti, ut ex eis ſibi ſoluatur legatum.

4 *In beneficio Eccleſiaſtico.* Quartus caſus eſt in beneficio Eccleſiaſtico, *f* cuius dominium acquiritur eo ipſo, quod acceptatur, uel rata habetur collatio legitima, ſed ad poſſeſſionem beneficij neceſſaria eſt traditio, & quaſi apprehenſio illius per aliquem actum conſuetum fieri, & c.

Voluntas, traditio ſufficiũt ad dominij trãſlationẽ, niſi ius poſitiuũ obſiſt.

Dubitatur quarto? An voluntas, & traditio ſufficiant ad tranſlationem dominij.

g Reſpondeo affirmatiuè, niſi ius aliquod poſitiuum obſtiterit.

Prima pars patet, cum enim homo ſit liber, poteſt pro ſuo arbitratu res ſuas diſpenſare, & dominium earum in alium trãsferre. hæc autem voluntas debet eſſe iuſta, & libera, non coacta, non ignorantiæ obnoxia, non per dolum, aut iniuriam extorta. Ex quibus colligitur.

Inferitur 1.

Primo, quod neque puer, neque delirus rei ſuę dominium in alios tanferre poſſunt. cum quid agant ignorent.

h Secundo, quod qui ut mortem euaderet, iurauit aliquid ſe

a Doct. in l. traditoribus. C. de pact. nũquam, §. ſi acq. rerum dom. §. per tradit. & per alia iura; & Doctor. apud Syr. nũ. 9. *b* l. vt inter diuinũ C. de ſac. Eccl. *c* l. cũ hæres. ff. de acq. poſſ. *d* l. A. Titio, ff. de fur. *e* l. 1. C. cõm. de le. *f* ca. ſi tibi abſenti, de preb. in 6. *g* Sot. 4. iuſ. q. 5. art. 1. cõc. 2. *h* c. ad audientiam, de his, quæ metus cã. ſunt.

Pôt Reſpublica prohibere in certis caſib. dominij trãſlationem.

latroni datum,debet quidem ob iuramentum ſeruare pro in ſum,ſed latro tenetur ad reſtitutionem.

a Tertio. Similiter mutuatarius,qui iurauit ſoluere vſuras,tenetur adimplere,ſed mutuator dominium non acquirit.

a c. Debitores de iureiur.

Secunda pars concluſionis probatur. Primo, quia ſicut ab initio poteſtas publica vim habuit appropriandi ſingulis res temporales,ſic poteſt ſemper præſcribere circunſtantias,ſine quibus cõtractus validi non cenſentur; quod frequenter expedit nè dum bono publico,ſed priuato.

Secundo,quia Reſpublica habet ſupremum dominium bonorum cuiuſcunque Ciuis,eaque ad bonum commune ordinare poteſt;& ciues etiam cum proprio incommodo, & in conſcientia, iuſtis illius depoſitionibus tenentur obedire,nam ſicut vniuſquiſque eo ipſo,quod dominus eſt, liberè de rebus ſuis poteſt diſponere,ità recta ratio dictat, vt quatenus Reipublicæ membrum, vtatur ſuis rebus conformiter ad Reipublicæ ſanctiones; & ex his infertur.

Infertur.

1 Primo. Rectè ſtatutum eſſe,nec b pupillus antè certum tempus quidquam alienet.

2 Secundo, ne primogenitus ſuam primogenituram transferat in alium.

3 Tertio. Nè bona immobilia Eccleſiaſtica alienentur.

4 Quarto. Ne c Iudici quidquam detur ad ferendam iniuſtam ſententiam.

5 d Quinto. Ne quid Aſſaſſini, Symoniaci,& Vſurarij ſuis malis artibus ſibi acquirant,etiam ſi ſolutio fiat ſponte.

b l. 1. ff. de minorib. c arg. c. exigit, de cenſ. in 6. d ibidem. el. qua 1õne, §. literæ.

Soluitur obiectio in cõtrarium.

1 Nec in contrarium valet ratio,quia ſcilicet iure humano abrogari nequeat ,ius naturæ,e quo vniuſquiſque ità eſt rerum ſuarũ dominus,vt de illis liberè poſſit diſponere,neque enim minus naturale eſt dirigi à iuſta ſuperiorum diſpoſitione ,quàm à propria voluntate, imò illud magis,cum vergat ad bonum publicum,hoc ad priuatum,& rurſus natura,quæ ad res proprias dedit vſum,

2 indidit etiam,ut ſemper foret cum debita ſubordinatione ad publicam poteſtatem.

An verò impediri poſſit dominij translatio ex ſolo iure naturæ,ità vt quis donare ,aut vendere nequeat, quę ſibi ſunt neceſſaria in extrema neceſſitate. f Quidam negant, moti ex eo, quod ius naturale ex principijs naturę emanans nequeat ab homine ſeparari. Cæterùm cùm homo ſit etiam ſuapte natura liber, non eſt cur non poſſit ſe eiuſmodi priuare dominio, & in alium transferre, præſertim ſi cauſa adſit rationabilis.

Homo natura liber ea propter ad libitum potẽs ſe ĩs vitã neceſſariarum priuare dominio.

f Caſt. lib. 2. de leg. pænal. ca. 3. corol. 3.

An, & quomodo dominium unius contra prioris Domini uoluntatem, vel ſine illa, in alium transferri poſsit.

Cap. XI.

a Med. c. de reb. reſtit.

Dicendum a primo. Poſse publicam poteſtatem ex iuſta cauſa aliquem etiam inuitum, rerum ſuarum priuare dominio, & illud in alterum transferre.

Publica poteſtas ex cã põt transferre dominium inuiti domini re inſtante in alium.

Probatur primo, de facto, ſic enim cõtingit in preſcriptione, in bello iuſte indicto in teſtamento non legitimè condito, idque rationabiliter, ne ſcilicet aut rerum dominia uacent, aut ſint incerta, aut fraudi expoſita, aut ne lites ir aut delicta remaneant impunica, &c. *Probatur 1.*

Secundo, poteſt Reſpublica ex cauſa impedire, ne quis rei ſuæ dominium in alium transferat pro libito, ergo & illum dominio priuare etiam inuitum. 2

Tertio. Habet Reſpublica altium dominium in bona ſuorum ciuium, ergo poteſt illa ordinare in publicum bonum. 3

Quarto, potuit ab initio appropriare bona ſingulis pro libito, ergo, & nunc ex cauſa poterit eadem in alios transferre, cum poſt eiuſmodi diſtributionem Reipublicę autoritas non ſit immutata, ſed cenſeantur ex conditione bona omnia remanere ſubordinata publicæ authoritati, ad comune bonum. 4

b Doct. & gl. in c. fraternitatis 12. q. 2.

Dicendum ſecundo. b Etiam iudicis ſententia, & Principis imperiori transferi dominium rei inuito poſſeſsore.

c i c. ſecũdum legẽ, de hæret. in 6. Azo. to. 1. mor. inſtit. lib. 4. c. 7. q. 2. &c.

Iudicis ſententia, & Principis imperio etiam ab inuito, ut poſsit ĩ alium transferri rei dominium.

Ratio, quia hoc etiam modo poteſtas publica operatur, ſed cũ diſcrimine, cum enim Iudex ius dicit, tenetur in transferendis dominijs, parere Legibus, at Principes, ſecundum quod hic, & nunc expedit Reipublicę ea tranferre.

Dicendum tertio. c Poſse Rempublicam in pænam delicti, Ciuem inuitum ſuis priuare bonis.

Probatur, nam eandem ob cauſam poteſt etiam priuare fama, & uita. Hoc autem bifariam efficit, aut per legitimam

Iudi-

Iudicis ſententiam aut per ſtatutum ipſo facto, pro crimem admiſſum, abſquè quod ſententia Iudicis expectetur, priuando delinquentem ſuis bonis, eaſque Fiſco applicando, vt in crimine læſæ utriuſque maieſtatis.

Dicendum quarto. Extra caſus publici boni, aut pœnę per delictum aliquod incurſæ, non, poſse Rempublica ciuem ſuis bonis expoliare.

Sine cauſa neque Reſpublica priuare ciuem dominio bonorum ſuorum.

Ratio eſt, quia publica poteſtas, non habet omnimodam iuriſdictionem in bona ſubditorum, ſed cum ſubordine ad communem vtilitatem; & rurſus daretur aliter locus tyrannidi, & pax publica turbaretur.

a Quando uerò cuipiam ádiudicatur ſecundum legem rei dominium in foro exteriori datur etiam & in interiori, Cæterum quando intercedere debet ſententia Iudicis, vtique ſi pœnalis ſit, non obligabit niſi poſtquam lata fuerit ipſa ſententia, ſi autem ciuilis, hæc etiam debet eſſe iuſta, ut obliget in conſcientia idest, ne dum ut ſit tantum allegata, & approbata, ſed etiam ne ut in ſemetipſis, ſimpliciter falſa ſint, quamuis uera præſumantur.

Dominium legitimum in foro exteriori viuest etiam in interiori.

a Bann. in præábulo de domini nio. q. 5.

Rurſus regula iſta intelligenda de legibus præceptiuis, non autem permiſſiuis, nam verbigratia lex negat uenditori decepto infra medietatem iuſti pretij actionem in iudicio, non tamen præcipit, rem illam cedere emptori, ac proinde nec eum liberat a reſtitutione, *b* itaque per has leges permiſſiuas, ſecuritas tantum eſt penes forum contentioſum, non conſcientiæ.

b S. Augu. ep. 54. ad Maced.

DE

De Præſcriptione, & eius conditionibus, vt legitimè fiat. Caput. VII.

Præſcriptionis etimologia.

PRæſcriptio *a* qua præſertim inuitis dominis ab vno in alium dominia transferuntur (ſi ethimologiæ vim ſpectes) nihil eſt aliud, quam exceptio, hæc autem eſt oppoſitio, quę fit contrà litigium intentantem, & poteſt eſſe aut dilatoria, vt ſi quis alleget Iudicem non eſſe legitimum, aut peremptoria, vt ſi conuentus ab aduerſario, vt ſoluat centum, probet ſe iam ſoluiſſe, nam ſi diceret ſe nil debere, non foret exceptio, ſed defenſio.

a l. poſſeſſio. de regul. iur. in 6. & in decreto 32. q. 3. & S. Thom. in quodl. 12. cu. 24. & 25.

Quid ſit præſcriptio, & quo ab vſucapione differat, quæſt. 1.

Definitur autem præſcriptio, Acquiſitio dominij, & iuris per poſſeſſionem legitimo tempore ex legis præſcripto continuata, eſtque idem ac vſucapio, niſi quod hæc ſit tantùm rerum mobilium, breuiorique tempore compleatur, ſed de his in ſequentium difficultatum ſolutionibus plenius agendum erit.

Quinque cõditiones ad præſcriptionem neceſſariæ.

Quæritur primo. Quę requirantur ad legitimam præſcriptionem.

Reſpondeo primo, vt res ſit talis naturę, quæ non prohibeatur à Iure præſcribi.

b Secundo, vt actu poſſideatur.

Tertio, vt adſit legitimus titulus.

c Quarto, nè deſit bona fides toto tempore præſcriptionis.

Quinto, vt poſſideatur per integrum ſpatium à lege præſcriptum.

d Et his conditionibus cumulatiuè concurrentibus, poteſt quis per præſcriptionem fieri dominus rei alienæ, etiam tuta conſcientia.

b l. ſine poſſeſſione, de uſu cap. & regula eandem, de reg. iur. in 6.

c Reg. poſſeſſor, de reg. iur. in 6.

d Scot. 4. d. 15. q. 3.

Queſt. 2.

Quæritur ſecundo, Quænam ſint illa, quæ prohibeantur à iure præſcribi.

Homo liber præſcribi nequeunt.

Reſpondeo primo. *f* Homo liber nunquam præſcribitur ad ſeruitutem, cùm enim ſeruitus ſit oneroſa, de nullo præſumitur quod tàm miſerabilem velit ſubire conditionem, niſi manifeſtè ſe explicet.

Secun-

e De his s. Anton. p. 2. tit. 1. c. 15 §. 7. Lopez. Molin. & alii apud Sayr. num. 9. *f* l. vlt. C. d. longi temp. præſcr. quę pro libertate, l. Vſucapionem, ff. de Vſucap §. ſed aliquando.

2 *Exemptio à Prælati obedientia*

a Secundo. Exemptio ſubditi à Prelati obedientia non poteſt præſcribi, Item nec ut ſubditi non uiſitentur aut, ut dum uiſitantur procurationem Prælato debitam non perſoluant, cum nemo, iuxta Apoſtolum, ſuis ſtipendijs militet.

3 *Eneruatio Eccleſiaſticæ diſciplinæ*

Tertio. Non datur præſcriptio contrà neruum Eccleſiaticæ diſciplinæ, *b* uerbigratia, vt quis celebrare poſſit alta uoce, patentibus ianuis, & pulſatis campanis tempore interdicti, & cætera.

4 *Loca pia & eorum iura à laicis.*

c Quarto. Loca pia, & eorum Iura à Laicis præſcribi nequeunt, cum nec poſſidere concedatur.

5 *Res ad publicum uſum inſtituta.*

d Quinto. Res ad publicum vſum inſtitutæ; vt Viæ, Plateæ, & Pontes.

Ratio, quia negligentia, in cuius odium præſcriptio introducta eſt, in his locum habere nequit.

6 *Tributa, & alia, quæ in recognitionem dominij inſtituta ſunt*

e Sexto. Tributa, Cenſus, publicæ functiones, & eiuſmodi, quæ ſoluuntur Principi in recognitionem ſupremæ illius poteſtatis, & ſubditorum ſubiectionis; tenemur enim ne dum iure naturæ, ſed etiam Diuino, Principem recognoſcere verbis, & factis, & reddere Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, undè infertur non poſſe præſcribi, ut ab inferioribus Iudicibus ad Principem non appelletur, cum ei hoc competat in ſignum ſupremæ Iuriſdictionis, *f* ſecus, eſſet circa authoritatem legitimandi, conſtituendi tabelliones, & ſimilia, quæ priuilegium potius ſapiunt, quam ſupremum dominium.

7 *Res per furtum, aut ui acquiſita.*

g Septimo. Res per furtum, aut uim acquiſita ne dum à fure & inuaſore ſed ne à quouis alio, etiam bona fide illam emente, iuſtoque titulo poſſidente, præſcribi poteſt, *h* niſi forte præſcriptione lōgiſſimi temporis, ideſt ultrà ſpatium triginta annorum, & hoc in odium furti, & uiolentiæ, *i* durante tamen bona fide, unuſquiſque fructus rei taliter uitiatæ ſibi acquirit.

8 *Fines Parochiarum, Prouinciarum, Epiſcopatuū.*

l Octauo. Limites, & fines Parochiarum Prouinciarum, Epiſcopatum & quæ cohærent huiuſmodi finibus, præſcribi non poſſunt, dummodò ante conſtiterit fuiſſe determinatos, & certos, alioquin curet præſcritio, *m* limites uero particularium perſonarum bona concernentes, præſcribi poſſunt, ſicuti quæ ſunt infra limites, & limitibus non cohærentia, generaliter reſpectu omnium nihil uetat quin præſcribantur.

9 *Res ſacræ*

n Nono. Res ſacræ, quæ iura nequeunt alienari, nam ſi tributa, & res Fiſci præſcribi nequeunt ergò a fortiori multò minus quæ Deo ſunt conſecrata.

Hic uero notandum, quòd lex aliquando rei alienationē prohibet, quia eius nequit haberi poſſeſſio, ſine qua non datur præſcriptio,

a ca. cum ex officijs de præſcr. & c. cum inſtantia, de cenſib.
b c. cū inter. de conſuet. & fa & c. alma mater, de ſent. excō. in 6.
c c. Cauſa quæ, de præſcript.
d l. vſucaponē, ff. de vſuca. l. præſcripta. C. de ope publ.
e l. competit, C. de præſcrip. 30. vel 40. annor.
f c. cum ſit quibuſdā, §. præterea, de verb. ſig.
g Inſti. de vſuc. §. quod autem, & §. furtiuæ.
h l. omnes & l. ſicut in rem. C. de præſ. 30. vel 40. annorum.
i l. bonæ fidei ēptor. ff de acq. rerum dominio, & l. ſi aliena, §. Scæuola, ff. de uſucap.
l Cap. ſuper eo, de Parochijs. cap. quodcunque, iuncta gloſſ. v. Prouinciam, & cap. licet in regulis, 16. q. 3.
m Cap. Volumus 16. quæſt. 4.
n Inſt. de rer. diuiſ. §. ſacræ.

ptio, ſic cõtingit in rebus ſacris, ſpiritualibus, & religioſius reſpectu ſæcularium, aliquando autem prohibet alienationem rei ſimpliciter, vt *a* fundi dotalis, rei vinculo primogenituræ alligatæ, aut ſub fidei commiſſo relictæ, aut per pactum, ſeu aliter prohibitæ alienari, & in his omnibus eſt regula generalis, præſcriptionem validam eſſe, ſi inchoata fuerit antequam vincula eiuſmodi, & prohibitiones ſuperuenerint.

a l. ſi fundum. ff. de fund. dot. l. ſi creditor. § vlt. ff. de diſtr. pign.

10 *Qui proprio nomine non poteſt poſsidere, nec & proprio nomine præſcribit.*

b Decimo. Non præſcribit, qui rem nec poſſidet, nec poſſidere poteſt proprio nomine, & ita ſeruus præſcribit tantum pro domino, tutor pro pupillo, vſufructuarius pro proprietario; mente captus autem poterit præſcribere, modo in principio, & fine præſcriptionis, vſum rationis habuerit.

b c. ſi diligenti, de præſcr.

11 *Non currit præſcriptio cõtra non potentem rem ſuam repetere.*

Vndecimo. Non currit præſcriptio contra eum, qui cum impotens ſit, aut impeditus, non poteſt rem ſuam repetere in iudicio vt minor vigintiquinque annis, filius ſub patria poteſtate, vxor, delirus, & cæt. Hinc Religioſus profeſſus ob votum paupertatis nunquam præſcribet, ſed benè Monaſterium in communi.

Quæſt. 3. *Poſſeſſio ciuilis & à fortiori ciuilis & naturalis ſimul, non interrupta, requiritur ad præſcriptionem.*

c Quæritur tertio. Quænam, & qualis poſseſſio ad præſcriptionem requiratur.

d Reſpondeo, ſatis eſſe ciuilem, & multò magis ciuilem ſimul, & naturalem, continuatam tamen, & nunquam interruptam, per totum ſpatium ad præſcriptionem neceſsarium.

c Vide in c. 3. de triplici poſſeſſione. *d* Couarr. re. poſseſſor, p. 2. n. 7. de reg. iur. in 6.

Quæſt. 4. *Sufficit titulus præſumptus, ſed cum bona fide.*

Quæritur quarto. Quis titulus ſit neceſsarius ad præſcribendum.

Ad præſcriptionem magis neceſſaria bona fides, quam iuſtus titulus.

Reſpondeo. Non requiri verum titulum, quia cũ quis per hunc iam habeat rei dominium, non eſt cur egeat amplius præſcriptione ad illud acquirendum, quare ſatis erit titulus præſumptus, qui licet verus non ſit, probabiliter tamen verus cenſetur, verbigratia, dum quis accipit, vel emit rem à non vero domino, habet titulum donationis, aut emptionis præſumptum, qui licet non ſufficiat ad transferendum dominium; ſufficit tamen ad certo tempore præſcribendum. Ceterum præter hunc titulum iuſtum, requiritur multò magis bona *e* fides, ſine qua nũquam præſcribitur, cum contrà, ſine iuſto titulo in præſcriptione triginta, aut quadraginta annorum, ſufficiat bona fides, aut etiam ſufficit in centenaria, aut immemorabili contra Eccleſiam.

Quid bona fides.

e Salon. tr. de domi. q. 5. ar. 7. &c.

Quæritur quinto. Quid ſit bona fides, & an neceſsaria ſit ad præſcribenbum.

f Reſpondeo. Bona fides eſt tranquilla conſcientia, toto tempore, per leges conſtituto ad præſcribendum continuata, & nunquam interrupta, qua quis exiſtimat ſe eſse verum dominum, licet re vera non ſit.

f colligitur ex c. ſi virgo, 34. q. 2.

Quàm neceſſaria.

g Eſt autem adeò neceſsaria, vt malæ fidei poſseſsor, nullo vnquam tempore poſſit præſcribere, & *h* leges ciuiles contrarium ſancientes, iam per ius Canonicum iuſtè ſunt abrogatæ, potuit enim Pontifex id facere ob periculum animarum, quarum ſaluti incumbit ei proſpicere, cum omnes fideles ſecundum hanc rationem ei ſubijciantur.

g Reg. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. c. ſi & c. vigilanti, de præſc. *h* Io. Med. C. de reb. reſt. q. 17.

a Hinc ſequitur, abrogatas etiam eſſe leges admittentes præſcriptionem cum mala fide in actionibus perſonalibus, vnde cum ſciat quis, verbigratia, ſe debitorem eſſe pecuniæ, nunquam præſcribet immunitatem a reſtitutione, quamuis non teneatur ſtatim, ſed tempore opportuno, & præſertim cum creditor illam repetit.

a Couar. in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 11. nu. 3.

Quæritur ſexto. Vtrum præſcriptionem impediat non ſolum mala fides ſuperueniens, ſed etiam dubium, an res ſit aliena.

Ad præſcriptionem ſatis eſt moralis certitudo.

Dicendum primo, ad præſcribendum ſufficere moralem certitudinem, quod res ſit ſua; neque enim res humanæ in ratione certitudinis aliquid amplius prærequirunt, ac proindè non quicunque leuis ſcrupulus ſuperueniens, præſcriptionem impediet.

Dubitans probabiliter de re, an ſit ſua, tenetur inquirere veritatem.

Dicendum ſecundo. *b* Qui bona fide rem incipit præſcribere, & poſteà probabiliter dubitat, an ſit ſua, tenetur diligenter veritatem inquirere, aliàs retinendo peccat, nec cum tali dubio poteſt præſcribere.

Ratio, quia ſic probabiliter dubitans, habet conſcientiam læſam, & exponit ſe periculo peccandi, & amittit bonam fidem.

b Ant. de Butr. in c. fi. de præſcript. 10. Maior. 4. d. 15. q. 11. Sot. Adr. Ledeſ. &c.

Dubitans poſt diligentem inquiſitionem ſi æque ſit ad vtranq; partem, non præiudicat poſſidenti.

Dicendum tertio. Qui poſt diligentiam adhibitam, adhuc eſt dubius; dubietas verò eſt ad vtranque partem æqualis tuta conſcientia rem præſcribit.

c Ratio, quia in pari cauſa, & dubio, melior eſt conditio poſſidentis, & cum iura partium ſunt obſcura, potius fauēdum eſt reo quam actori, ſecus ſi poſt diligentiam, poſſeſſor deprehenderit alium, maius habere ius in rem, quam ipſe habeat; ratio, quæ ſupra, quia ſcilicet tunc melior eſt illius conditio, pro quo & Iudex ſententiam ferret; hinc infertur, quod ſi mulier bona fide nupſit, credens priorem virum eſſe defunctum, & poſteà dubium de eiuſdem morte ſuperueniat, tenetur reddere debitum, ſicut & miles bellare, quamuis ſcrupulus ſuperueniat, an bellum licitè ſit indictum, niſi poſt debitam inquiſitionem magis ad oppoſitum & miles, & mulier inclinaret, alioquin nil obſtat, quominus dubitās ſpeculatiuè poſſit practicè oppoſitum ſequi.

c ca. cum ſunt, de regul. iur. in 6.

Litis conteſtatio interrumpit præſcriptionem, non autē dubium ad vtranque partem perſeuerans, poſt diligentem inquiſitionem.

Dicendum quarto. Quamuis per litis conteſtationem interrūpatur in foro exteriori præſcriptio, etiam ſi bona fide ſit inchoata, quia ſic conteſtatus non amplius habet pacificam rei poſſeſſionem, cum tamen aliunde dubium orietur in animo poſſeſſoris, & hoc poſt diligentem inquiſitionem, aut faceſſit, aut ſaltem, vt diximus, æqualiter ad vtramque partem perſeuerat, præſertim, cum bona fides adfuit à principio, nihil præiudicat, quin poſſeſſor dicatur perſeuerare in pacifica poſſeſſione.

Ex his apparet neminem refragari noſtrę ſententię, aut ex concluſionibus prædictis facile eorum rationes diſſolui.

Conſcientia erronea deponenda eſt alioquin præſcriptionem impediet.

Quæritur ſeptimo. An conſcientia erronea impediat præſcriptionem.

d Reſpondeo affirmatiuè, quare tenetur, vt legitimè præſcribat, illam deponere.

d Moli. de Iuſt. to. 1. tr. 2. diſp. 63.

Quæritur octauo. An ignorantia faciat malæ fidei poſſeſſorē, & con-

a l. ita iuris, ff. de iur. & facti ignor. b l. 2. §. ſi pupillo ff. pro emp. c Pano. in c. de quarta, nu. 12. Felin. ibi. de præſc. Cou. reg. poſſeſſor, n. 9. de regul. iur. in 6. &c. d to. 1. de iuſt. tra. 2. diſpu. 64. e inſtitu. de vſucap. in princ. & l. quis aſt. C. de vſucap. transform. f Cou. regu. poſſeſſor, p. 2. §. 10. n. 5. & alii apud Sayrū nu. 25. g Colligitur ex autent. quas actiones, C. de ſac. Eccl. h Moli. tr. 2. diſp. 69. i l. vul. C. de præſc. 30. vel 40. ann.

& conſequenter præſcriptionem impediat, ſupponitur autem ad bonam fidem requiri credulitatem, probabliem, & inuincibilem non craſſam, & affectatam, cum in iure Canonico reprobetur præſcriptio ex poſſeſſione cum culpa mortali.

Dicendum primo. Poſſeſſio ex ignorantia iuris, ſiue uincibili, & cum peccato, ſiue inuincibili, & ſine peccato non ſufficit ad præſcriptionem.

a Ratio, quia ita conſtitutum eſt a iure ciuili, ut iuris ignorantia præſcriptioni non proſit, facti uero proſit, b hinc emens a pupillo ſine tutoris authoritate, ignorans eſſe neceſſariam tutoris licentiam, præſcribere, uel uſucapere non poteſt, ſic è contra, præſcribet, ſi ignorauit uéditorem eſſe pupillum, ratio, utriuſque eſt, quia in primo caſu eſt ignorantia iuris, in ſecundo ignorantia facti. *Iuris, non facti ignorantia obeſt præſcriptioni.*

c Dicendum ſecundo. Error iuris dubij, & ratione probabilis, præſcriptionem non impedit. *Ignorantia iuris dubij, non impedit præſcriptionem.*

Ratio, quia quandoque iuris deciſiones obſcuræ ſunt, & poſt adhibitam diligentiam ex peritorum conſulto, cenſetur quis habere ignorantiam inuincibilem, & præſtitiſſe totum quod potuit.

Vnde excuſatur per Epicheam, vt inquit d. Molina, ſecus, ſi error contingat in iure claro, & manifeſto, ut in contractu aperte uſurario, tunc enim ne mulier quidem, aut minor excuſabitur.

Quæritur nono. Quantum temporis ſpatium non interruptum requiratur ad prescribendum.

Dicendum primo. Ad præſcriptionem, ſeu ut rectius loquamur, ad vſucapionem rerum mobilium (quarum nomine ueniūt etiam debita, & actiones res illas mobiles concernentes) inter præſentes, & priuatos e requiritur poſſeſſio triennalis, inter abſentes uerò quatriennalis, modo utrobique adſit titulus, nā de bona fide non eſt cur fiat mentio, cum ſemper ſit neceſſaria, ut ſupra dictum eſt. Eodemque ſpatio res mobiles Eccleſiæ, f etiam Romanæ cum titulo præſcribuntur, cenſetur uerò præſentes, qui intra eandam Regni prouinciam commorantur, abſentes, qui extrà. *Prima concluſio. Quodnam tempus requiratur ad præſcribendas res mobiles.*

g Dicendum ſecundo. Actiones, quæ aduerſus priuatos decennio cum titulo præſcibuntur, aduerſus Eccleſiam, non niſi ſpatio quadraginta annorum præſcribi poſſunt, & ſi Romana ſit non niſi per centum annos, quæ autem minori tempore quam per decem annos præſcribuntur aduerſus priuatos, eodem quoque modo præſcribi poterunt aduerſus Eccleſiam, etiam Romanam. *2. concluſ. Priuileg. eccleſiarum ſupra priuatas perſonas circa actionis præſcriptionem. 3 concluſ.*

h Dicendum tertio. Res immobiles, quarum nomine ueniunt etiam res incorporeæ, ut iura, ſeruitutes, debita, actiones rebus illis immobilibus anexę, &c. pręſcribi contra priuatos, & præſentes decennio, inter abſentes, uerò, non niſi ſpatio uiginti annorum, ſi adſit titulus, i alioquin inter præſentes requiritur poſ-

ſeſſio triginta annorum, inter abſentes verò quadraginta, *a* & ſicut illę decem, aut uiginti annorum, appellantur preſcriptiones, longi temporis, ita iſte longiſſimi. *b* Illud uerò annotandum, quod ſi abſentia, non ſit per integrum ſpatium, ſolum per partẽ illam duplicanda eſt, per quam cõtingit, uerbigratia, ſi quis quinque annis præſens fuit totidem abſuit, tantum quinquénium abſentiæ duplicari oportebit.

a l. quas actiones, C. de vſucap. & 16. quæſt. 3. per multa cap.

4. Concluſ. Tempus neceſſarium ad præſcribendũ contra eccleſias in rebus immobilibus. Hoc priuilegio non gaudent Clerici, nec fundatarij, emphiteutæ eccleſiar. &c.

c Dicendum quarto. Ad præſcribendum rem immobilem contra Eccleſiam, ſiue cum titulo, ſiue abſque titulo, ſiue inter præſentes, ſiue inter abſentes, ſiue ſit priuatus, ſiue alia Eccleſia, aut etiam ipſe ſummus Pontifex, modo non utatur plenitudine poteſtatis, requiritur tempus quadraginto annorum, *e* & hoc intelligitur etiam reſpectu donationum, & legatorum quæ facta ſint locis pijs.

b Colligitur ex authẽ. quod ſi quis. C. de præſc. longi temporis.

f Cæterum eiuſmodi priuilegio ut non gaudent Clerici, ſed in hac parte annumerantur inter priuatas perſonas, ita nec gaudent illi, qui ut emphiteutæ, aut feudatarij, habent tantum utile dominium, reſeruata, priopríetate penès Eccleſias. *g* Demum contra Monaſteria, & loca Congregationis Caſinenſis ex priuilegio ſpeciali, non currit præſcriptio, niſi poſt ſexaginta annos.

c c. illud, cap. quarta, cap. ad aures, de præſcr. & per alia iura, apud Sayrũ. nu. 27.

5. Concluſ. In reb. immobilib. cõtra Romanam Eccleſiam requiritur præſcriptio cẽtenaria

h Dicendum quinto. In rebus immobilibus contra Romanam Eccleſiam, præſcriptio non præiudicat, niſi ſit centenaria. *i* Hic autem generaliter adnotandum, quod ubi circunſtantię mutantur, verbigratia, quia prædium, quod ante erat Eccleſiæ Romanę ſit currente præſcriptione alterius inferioris Eccleſiæ uel è contra, uel quia præſcriptio, quę cœperat eſſe inter abſentes, incipiat eſſe inter præſentes, tunc tempus elapſum computatur iuxta conditionem circunſtantiarum, quę iam præfuerunt, & in poſterum debet currere iuxtà circunſtantias, quæ de nouo in cœperunt.

6 Concluſ. Præſcribetur nunquam, bona fide, & ſine titulo.

d Panor. in cap. cũ nobis, nu. 12. de præſcrip.

Dicendum ſexto. *l* Poſseſsor Eccleſiaſtici beneficij, titulum ſaltem coloratum habens (nam ſine titulo non præſumitur bona fides) ideoque Ordinarij poſſunt ſemper exigere titulos à beneficiatis, ſpatio decem annorum inter præſentes, & uiginti inter abſentes ſeipſum defendere poteſt contra alium, qui eum beneficium legitimo petierit titulo.

e aut. quas actiones, iũcta l. vltim. C. de ſacroſ. eccleſ.

Dicen-

f Parnomitan. in cap. ſanctorum, num. 6. & in cap. ſi diligenti, numero 36. de præſcript.

g Eugenius Papa Quartus in priuilegio, Et ſi ex debito, Anno Domini 1447.

h Cap. ad audientiam, de præſcript. & alia iura apud Sayrum, numero uigeſimo octauo.

i Syluester uerbo præſcriptio, p. quæſtio ſeptima. Molin. tom. 2. diſput. 72. ante finem.

k Gloſſ. in cap. contingit, de dolo, & contummacia, Panormitan. in cap. cura, de iure pratron. &c.

a Doct. ar gumento cap. cura, de iure pa tronat. cæſar. Lã bertinus, de iur. pa. troo parte ſecũda libro primo, quæſtione vndecima articulo primo, &c.

Dicendum ſeptimo. *a* Etiam iuſpatronatum poſſe contra priuatum dominum ab alio præſcribi, circa tempus vero, *b* & ſi Molina credat ſufficere decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, *c* alii tamen rectius aſſignant ſpatium quadraginta annorum, cum titulo, & immemorabile, ſine titulo, de hoc autem infra, interim ſeruandum eſt Concilium *d* Tridentinum. 7 concluſ. Iuſpatronatui contra proprium domnum poteſt præſcribi.

Dicendum octauo. *e* Poſſe etiam induci præſcriptionem contra emphiteutam, vel feudatarium Eccleſiæ ſpatio ordinario triginta annorum ſine titulo, & decem, ſeu viginti cum titulo, modo Eccleſia eiuſmodi poſſeſſionis ad præſcriptionem tendentis ſit conſcia. 8. concluſ. Contra emphyteutam Eccleſiaſticã datur præſcriptio, Eccleſia exiſtenti conſcia.

Ratio prioris eſt, quia dominium vtile non eſt Eccleſiæ, ſed priuati.

Ratio poſterioris eſt, quia dominus directus non debet inuitus recipere nouum feudatarium, &c. 9 concluſ. Seruitutes, quomodo præſcribantur.

f Dicendum nono. Seruitutes, ſiue reales, ſiue perſonales, cum bona fide, & titulo conceſſo ab eo, qui illum concedere non poterat poſſe etiam præſcribi, inter præſentes quidem decem annis & inter abſentes viginti, cum verò non adeſt titulus requiruntur triginta anni.

b Molina tract. 2, diſput.

g Dicendum decimo. Bona ſęcularia fiſco nedum acquiſita, ſed incorporata, cum bona fide præſcribi poſſunt tantum ſpatio quadraginta annorum, *h* & quando dicitur res fiſci non poſſe vſu capi, intelligitur non poſſe ſpatio conſueto aduerſus priuatos. Si verò eadem bona debeantur quidem Fiſco, ſed adhuc illi non ſint incorporata, tunc autem facta fuit fiſco denuntiatio, & non *i* curauit adire poſſeſſionem, & præſcribi poſſunt quadriennio, ſiue adſit titulus, ſiue non modo adſit bona fides, *l* vel non fuit facta denuntiatio, & cum titulo, & bona fide poſſideantur, ſi ſint mobilia per triennium, ſi immobilia per decennium inter pręſentes perindè ac bona priuatorum pręſcribuntur, *m* Si verò bona fides adſit, & deſit titulus, ſpatio triginta annorum præſcribuntur. 10 concluſ. Præſcriptio contra fiſcũ quomodo procedat. 11. concluſ. Bona ex crimine hæreſis confiſcata præſcribi nequeunt.

c Couarr. regul. poſſeſſor, p. 2. § decimo.

d ſeſſ. 25. de reformatione, cap. 9.

Dicendum vndecimo. *n* Bona debita Fiſco Regio, vel Eccleſiaſtico ob crimen hæreſis, nullo vnquam tempore præſcribuntur, tam ab ipſis hæreticis, quam eorum ſucceſſoribus, niſi iſtis ignorantia ſuffragetur, tunc elapſo ſpatio quadraginta annorum ritè pręſcribuntur.

e Panormitan. in capitulo ad audientiã de præſc. &c.

f l. vltima.
C. de longi temporis præſcriptione.
g l. omnes, & l. competit. C. de præſcriptione triginta annorum.
h Inſtituta de Vſucap. § res Fiſci.
i l. prima. C. de quadriennal præſcriptione.
l l. quamuis, ff. de vſucap.
m l. in omnibus, ff. de diuerſ. & temporis præſcriptione, vide Sayrum, numero 31.
cap. ſecundo, de hęret. in 6.

Quæſt.10 Certitudo ſuperuenẽs poſt præſcriptionem ritè cõpletã quod res ſit aliena, non obligat ad reſtitutionẽ Soluitur prima ratio in cõtrarium. Soluitur ſecunda.

Quæritur decimo. An ſuperueni ens certitudo rem eſſe alienã poſtquam præſcriptio ritè completa eſt, obliget ad reſtitutionem.

a Reſpondeo negatiuè, nam pro bono publico legitimè fuit introducta lex præſcriptionis, valida in vtroque foro, b contrà Sylu. c Hadrian. & alios.

a S. Tho. quodl. 12. q. 16. a. 24. Scot. & alij apud Sayrum, nu. 34.

b Ver. præſcriptio, q. 13.

Nec obſtat primo, quod tunc conſcientia dictat rem eſſe alterius, nam eiuſmodi conſcientia eſt erronea, & debet deponi, & haberi pro certo, lege preſcriptionis a vero domino iam eſſe translatum ad ſe dominium, quod ſi conſcientiam erroneam deponere non poteſt, tenetur reſtituere.

Non obſtat ſecundo. Nem inem debere locupletari cum iactura alterius.

Reſpondeo, verum id eſſe, ſi fiat priuata authoritate, præſcriptio autem publicæ legum authoritati innititur.

c in 4. qu. de præſc.

DE

DE FVRTO,

& eius differentijs.

Furtum quid ſit, & quomodo differat à Rapina. Cap. XIII.

a 2.ethim. *b* Doct in l. 1.ff. de fur. *c* Paul. iuriſconſul. loc.cit. & alij. *d* c. vulgaris, de pœnit.d.1. *e* l verum. ff.de fur. *f* l. ſi is qui rem. ff. de furtis. *g* l.qui vas §. vitare, ff.eod. *h* l.verum ff eod. *i* c.qui ſacrũ .d.50. *l* l. ſeruus ff comm.

Furti ethimologia.

Eiuſq; definitio cum partium explicatione ſecundum Iuriſtas.

FVrti nomen deducit *a* Iſidorus à furuo, ſeu fuſco, eo quod noctis tempore cõmitti ſoleat, *b* Alii vero a ferendo, ſeu auferendo.

Definitur autem quod ſit *c* contrectatio rei alienę mobilis, & corporalis, fraudulenta, inuito domino, gratia lucrandi vel rem ipſam, vel eius vſum, aut poſſeſſionem. Dicitur (contrectatio) nam ſine ea apud homines, non committitur furtum, quamuis apud Deum ſatis ſit voluntas (Rei mobilis) quia rerum immobilium potius eſt ſpolium, vel rapina (corporalis) *e* quia actiones, ſeruitutes, & eiuſmodi incorporalia cum contrectari nequeant, non cadunt ſub furtum (fraudulenta) vt *f* excludatur contrectatio iocoſa, officioſa, aut animo reſtituendi (inuito domino) *g* in dubium autem, dominus præſumitur inuitus, etiam ſi non contradicat, nam poteſt id eſſe ob timorem, vel verecundiam, quare neceſſe eſt, vt conſentiat, niſi fortè adſit ratihabitio, quæ præſertim cadit inter amicos, & conſanguineos (gratia lucrandi) *h* nam ſi quis, verbigratia auferret arma furioſo animo reſtituendi, aut alienam ancillam cauſa libidinis, non lucri, nõ eſſet fur (rem, vel vſum, vel poſſeſſionem,) *i* quia fur eſt nedum lucrari volẽs dominium rei alienæ, ſed etiam vſũ, & poſſeſſionem eiuſdem, *l* hinc qui rebus pignorantis, aut depoſitis vtitur contra volũtatem domini, vel qui accipit à ſeruo, vel filio familias, & ſimili perſona, putans eos, ſub quorum dominio & poteſtate ſunt non conſenſuros, committit furtum.

m 2. 2. q. 66.ar.3.

Furtum, quō definiatur à D. Thoma.

Ad hanc definitionem reuocari ſolet, quam affert D. Thom. *m* quod ſit occulta, ſeu doloſa vſurpatio, vel acceptio rei alienæ inuito domino.

Ex huiuſmodi definitionibus infertur nedum committere furtum, qui rem alterius contra eius uoluntatem aſportat, ſed etiam qui detinet, aut ſeruat.

Fur diurnus, & nocturnus, qui & impunè occidi poſſit.

Eſt autem fur aut diurnus, aut nocturnus, & hic *a* nedum lege Moſaica, ſed etiam iuris præſumptione poteſt à quocunque, priuato occidi impunè.

a Exo 22.

Ratio, quia præſumitur inuaſor, & paratus occidere eum, qui vellet res ſuas defendere, ne agnoſcatur, aut in furto deprehendatur, & hoc præſertim habet locum ſi ad bonorum ſuorum defenſionem alio remedio uti non poſſit. Et quoniam fur diurnus poteſt agnoſci, ac proinde conueniri in iudicio, & de die unuſquiſque vociferari poteſt, & uicinorum implorare auxilium, ideo non permittitur occidi, &c.

Pœna criminalis, et ciuilis contra furē occultum & manifeſtū

Furtum eſt duplex, occultum, & manifeſtum, *b* contra fures actione criminali ſuſpendium eſt conſtitutum, ſiuè ij ſint manifeſti, ſiue occulti, idque ob multitudinem, & malitiam, hoc crimine delinquentium, *c* actione uero ciuili, ſi fur ſit manifeſtus tenetur reddere quadruplum, ſi occultus duplum, et omnis fur tenetur ad reſtitutionem, ad pœnam uero, non niſi poſt latam Iudicis ſententiam.

b l. capitali. ff. de pœnis.

c inſtit. de obl. §. pœna, & §. ſi

Varia furti nomina. Furtum. Peculatus. Abigeatus. Plagium. Sacrilegiū Rapina.

d Varia ſunt furti nomina, per habitudinem ad diuerſa genera, ſi quid enim priuatum à priuato auſertur, dicitur furtum, ſi à Republica, dicitur peculatus, ſi à grege diſperſo abigeatus, ſit quis hominem liberum, aut ſeruum alienum ſuæ ſubijciat ſeruituti dicitur plagium ſeu plagiator, ſi rem ſacram, aut non ſacram de loco ſacro, ſacrilegium, ſi furtum fiat cum uiolentia, dicetur rapina.

d Doctor. in ca. fraternitas 12 q 2.

An furtum, & Rapina ſemper ſint peccata. Cap. XIV.

a S.Th.2.2 q.66.ar.5. *b* Lib.2.

Furtum eſt ſemper peccatum.

SEmper *a* eſt peccatum furtum, cuiuſuis ſit qualitatis, prohibetur enim & in Decalogo, *b* & in Libro Exodi, & continet in ſe rationem iniuſtitiæ & inſidioſæ fraudis.

c Exod.12. *d* S.Tho.1.2.q.94.ar.5 ad 2. *e* Cle. Alexã 1. Stro. Epipha. in Anch. &c.

Cur Hebræis licuerit ſpoliare Ægyptios.

Nec obſtat licitè ab *c* Hebræis fuiſſe expoliatos Ægyptios, *d* hoc enim primo non fuit inuito ſupremo Domino, nempè Deo *e* & ſecundo id contigit ex eiuſdem authoritate legitimè adiudicantis pro mercede bona illa Hæbreis, qui tyramnicè tot labores apud Aegyptios ſubſtinuerãt.

Dubitatur primo. An Princeps, vel Iudex Deum in hac re poſſit imitari, concedendo creditori, aut Fiſco, vt bona alterius ſecretò accipiat, & retineat.

f Sot.5. de iuſt.q.3.a.3.ad 1.

f Reſpondeo negatiuè modò commodè, ſine ſtrepitu, aut publico detrimento ſeruari poſſit ordo Iudicialis, & manifeſtus, quandocunque autem ob contrarias circunſtantias, aut quia periculum eſt in mora, ſecretò, & priuatim agendum eſt, videat Iudex, & Princeps, ne Fiſcus, aut creditor pluſquam debeatur, de re ſibi arrogent aliena.

g Author. apud Say. n.3 §. quã quæſt.

Cũ quis honeſtiori modo põt ſuas res recuperare, peccat ſi ſecretò auferat.

g Dubitatur ſecundo. An liceat rem propriam iuſtè à depoſitario, vel iniuſtè à fure detentam ſecretò auferre.

Dicendum primo. Regulariter peccare eum, qui potens honeſtiori via res ſuas habere, eas clam aufert.

Concurrentibus conditionibus requiſitis, põt quis tantum decem ...am a debitoribus accipere.

Primo, quia ſaltem eſt iniuſtitia ex parte modi, vſurpando officium miniſtrorum Iuſtitiæ.

h S.Th.2.2 q.66.ar.5. ad 3. *i* Alen p.4 q.24.m.5. ar.3.

h Secundo, quia lædit depoſitarium, exponendo illum periculo bis depoſitum ſoluendi. & occaſionem illidando, multa falſa, & temeraria iudicia faciendi, & ſcandala ſeminandi.

Hoc autem procedit etiam in fure, ſi quis rem ſuam ab eo accipiat cum intentione tacendi, & illum damnificandi, *i* non tamen tenetur ad reſtitutionem, ſed tantum inſinuare ei, apud quem res habebatur, liberum eum eſſe à vinculo reſtitutionis rei illius.

l Docto. in c. bona fides de depoſito.

Prima conditio Vt debitum ſit ex iuſtitia.

l Dicendum ſecundo quæcunque adſunt requiſitæ conditiones poteſt quis loco debiti, tantundem in valore de bonis debitoris clam accipere, abſque peccato, & vinculo reſtituendi, conditiones autem ſunt ſequentes.

Prima, vt debitum ſit ex iuſtitia, non autem ex charitate, aut

morale

morale, aut antidorale,, aut gratitudinis. Ratio quia ſola lex iuſtitiæ obligat ad reſtitutionem. Hinc infertur.

Infert nu 1. Primo, quod ſi alicui ſępius pecuniam mutuo dediſti, non ob id licebit ab eo occultè pecuniam accipere intentione mutui. Ratio, quia ille ex debito charitatis tantum tenebatur tibi tantundem mutuare.

2 Secundo. Si quis præbendam alteri renuntiauit, vel reliquit hæreditatem ſub ſpe, ut filio legitimo ſubueniat, &c. non poteſt ipſe aut filius à legatario, donatario, beneficiario, hærede, &c. aliquid clam accipere. Ratio, quia ad id ex gratitudine, non ex iuſtitia tenebatur.

3 Tertio. Qui ob amicitiam, paupertatem, uel cognationem dedit aliquid, etiã ſi quis accepit ad pingniorem fortunam uenerit & reprheendere nolit, non poteſt occultè in recompenſationem aliquid accipere.

Ratio, quia ille tantum ex honeſtate, non ex iuſtitia tenebatur retribuere.

4 *a* Nec famuli, qui dominis ſeruiunt ſpontè, cum ſpè acquirendi mercedem, aut beneficium, poſſunt aliquid clam ſurripere loco mercedis. *a Io. Med. C. de reb. reſt. q. 11.*

Ratio, quia recompenſatio debebatur tantum titulo gratitudinis, non ex iuſtitia, cum interceſſerit pactum ſaltem implicitum, nec patriæ conſuetudo id exigat.

5 *b* Quinto. Peccant qui aliquid occultum ratione pœnę accipiunt, & tenentur ad reſtitutionem. *b Na. c. 17. nu. 114.*

Secũda conditio. Ratio, quia pœna non eſt debita, niſi poſt ſententiam.

Vt debitũ ſit liquidũ & certum. Secunda conditio eſt, ut debitum ſit liquidum, & certum, ſi enim eſſet dubium, non licebit per aliquid occultè ſubtractum compenſari.

3 *Ne plus accipiat quã ſibi debebatur.* Ratio, quia liquidi ad non liquidum non eſt proportio, & in dubijs melior eſt conditio poſſidentis. Quod ſi quis adhuc debito exiſtente dubio, quid clam auferat à debitore, & poſteà ei superueniat debiti certitudo, non tenetur reſtituere, quamuis in foro exteriori pœna plectendus ſit, quam adhuc ante ſententiam ſoluere non tenebitur.

4 *Ne aliter poſſit ſine ſuo detrimento debitum recuperare.* Tertia conditio vt non plus accipiat, quàm ſibi ex iuſtitia debeatur, alioquin furtum committeret.

Quarta, quod non poſſit iure debitum illud recuperare, aut etiam extra iudicium ſine ſuo notabili detrimento, idque vel ob potentiam debitoris, vel ob Iudicis iniquitatem, vel ob teſtium, & probationum defectum.

5 *Vt credatur debitorem a ſe requiſitũ nõ redditurũ.* *c* Quinta, quod probabiliter credat debitorem ſibi non daturum debitum, ſi illud ab eo peteret. *c Angles, Me. Lop. &c.*

Sexta, vt ſic clam accipiens, euitet pericula, & ſcandala, cum alioquin Iudices eiuſmodi ſimilitudinaria furta, ſi probẽtur, punire ſoleant.

6
7 Septima, vt opportunè moneatur debitor, aut hæres, debitum iam eſſe ſolutum. His conditionibus, concurrentibus, licebit cui

que

que occulte rem ſuam accipere, cum nec debitori, nec publicæ iuſtitiæ, nec cuius alteri iniuriam faciat, imò rem ad æqualitaté deducat; *a* ſi uero non omnes concurrant, peccabit tantum, quia ſibi in cauſa propria ius facit, non quod ad reſtitutionem teneatur, ſic certus eſt tantundem ſibi deberi. Idem dicendum erit, ſi quis ſe recompenſet pluris uendendo, aut minus emendo à debitore, &c. *b* quia ſicut uim ui repellere licet, ſic & dolum, occultamque uim dolo excludere.

a S. Th. 2. 2. q 66. ar. 5. ad 3.

b c. 1. de vſuris.

Quæritur tertio. An quæ de furto dicta ſunt, procedant etiam de rapina, ideſt, an deficiente omni alio modo, etiam furtiuo, liceat per uim recuperare quod ſuum eſt. Quæſt. 3.

Dicendum primò. Si cum uis, infertur ad rem ſuam recuperandam, imminet Reipublicę perturbatio, eſt illicita.

Non licet cũ Reip. perturbatione rem ſuam per rapinã recuperare.

c Ratio, quia bonum publicum debet priuato anteponi.

Dicendum ſecundo. *d* Contra uiolentum aggreſſorem, ſi aliter me, meaque tueri nequeam, licitum eſse repente inſurgere, & vim ui repellere, & bona recuperare aut æquiualentia ſine vinculo reſtitutionis.

c Valen. t. 3. diſp. 5. q. 10. pun. 5.

d Alen. p. 4. q 24 m. 3. a. 4 §. 1.

Ratio, quia in hoc caſu ſpoliator fuit, ex parte autem mea; ſolum defenſio eſt.

e Dicendum tertio. Elapſo inuaſionis actu, boniſque in raptoris poteſtatem iam deductis, non licet amplius per uim illa recuperare, quia id eſse bellum uindicatiuum, & ius ſibi dicere armata manu, quod non permititur, nam cum raptor mihi amplius uim non inferat, & quodammodo iniqua occupatio in rem iudicatam traſierit; velle per uim bona ablata recuperare, vindicta potius, ac punitio cenſenda eſset, quam defenſio, & iniuriæ propulſatio, *f* quod non ad priuatam, ſed ad publicam authoritatem ſpectat.

e Pet. Na. 3. de reſti. c. 1. p. 4. d. vlt.

f Caiet. 2. 2. q. 66 ar. 8. ad ſi.

Elapſo inuaſionis actu, ne per uim tua tibi uendices quia id nõ defẽſio, ſed punitio, & uindicta fores.

Quęritur quarto. An excommunicatio lata contra fures, & conſcios, procedat etiam in occulte ſurripientibus ad compenſationem. In hac queſtione, Quæſt. 4.

g Primo. Certum eſt, cenſuram obligare uere aliquid indebitum furto auferentes, & ſcientes, ut denunciet maxime ſi in iudicio probari poteſt.

g Io. Med. C. de reb. reſt. q. 11. dub. 2.

Cenſuræ ques poſſunt obligare circa reuelationẽ faciendam.

h Secundo certum eſt, quod ubi omnes ſupradictæ conditiones concurrunt ad licitam recompenſationem, nec auferentes, nec ſcientes tenentur reuelare quia excommunicatio maior non incurritur niſi ob mortale, quod in hoc caſu non eſt. Et ampliatur, etiam ſi ſententia expreſſe mentionem faceret de ſic recompenſante, & ſciente.

h Gabr. 4. d. 15. q. 3. ar. 3.

Quos nõ obliget.

Ratio, quia contineret errorem intolerabilem, qui enim ſibi licite ſatisfacit, ſuum, & non alienum retinet, nec ualida eſt ſententia, ubi culpa non interceſſit.

i Cæterum ſi Iudex ſub cenſura preciperet, ut etiam recompenſans reſtituat, & poſtea audiatur, ut ei iuſtitia adminiſtretur ſi ſperat hac uia commode ſe ſuum recuperaturum, tenetur reſtituere, ſecus ſi probabiliter dubitet.

i Lopez. p. 2. iſt. cõſ. c. 2.

Tertio,

Quando tenean tur cõſcij reue lare.

a Tertio, cum conoſcij ablationis rerum, dubitãt de iuſta recõpenſatiore, tenentur reuelare, admonito prius auferente, & eo non reſtituente, ſecus ſi ablator ab eorum animis dubietatem au ferret iuramento, aut alio modo. *a* Nau. ma nua. c. 17. nu. 114.

b Quarto, cum Iudex aut abſolutè profet ſententiam, aut in ea exprimit recõpenſationem fuiſſe illicitam, tunc ſi fuit illicita ſolum, quia contra iuris ordinem quis rem ſuam abſtulit, quã uis auferendo peccauerit, cum potuerit in iudicio debitum recu perare, certe nec auferens, non reſtituendo, nec conſcius non reuelando, tali excomunicatione innodatur. *b* Pet. Na. lib. 3. de reſtit. c. 1. p. 4. dub. 8 nu. 404.

Ratio autem eſt, quia in tali caſu reſtitutio, pro qua ſola, lata, eſt excomunicatio, non debet fieri, cum ablatio vt ſic, non ſit culpabilis, niſi ratione modi, & per eã res fuerit ad æqualitatem reducta.

Excommu nicat fer tur ob futu ram contu matiam.

c Confirmatur, quia excommunicatio non fertur pro præterito, ſed pro futuro contumatiæ peccato, ideſt, niſi reſtituatur, aut reueletur quod iniuſte poſſidetur, in hoc autem caſu nihil contra conſcientiam retinetur, ac proinde nihil reſtitui debet, ergo, &c. *c* Sayr. to. 1. theſauri lib. 1. c. 9. nu. 25.

Quod ſi non obligat ipſos principales, qui abſtulerunt, multo minus eos, qui ſciunt, &c.

d In caſu uero, quo quis plus abſtuliſſet, quam ſibi deberetur aut quo debitum non certum compenſaſſet, ſi poſtea pænituit, paratus reſtituere quod ſuperfluum erat & iam certior factus ſit, ue rum eſſe debitum, neque ligatur excommunicatione. *d* Io Med. C. de reb. reſtit. q. 3. cauſa 1.

Ratio quæ ſupra, quia ſententia lata eſt pro futuro contumaciæ peccato, quod abeſt.

Idem dicendum de quolibet fure, quem pæniteat tempore literarum, & paratus ſit reſtituere ſine mora. *e* C. error, cui non re ſtituitur. d. 83.

Non obliga tus denun tiare qua ĩ ſententione in ret.

e Item in caſibus, in quibus denuntiare quis non tenetur, etiã ſi offeratur iuramentum, iurare poteſt ſe nihil ſcire, ſub intelligẽ do intra ſe, ita ut reuelare teneatur.

Quæritur, quinto. An auferens rem uidente domino, & non contradicente, furtum faciat. *f* Syl. v. fur tum. §. 37. Sot. 5. Iu ſti. q. 3. a. 4

Quæſt. 5. Furtum eſt ſi res domi no ob metũ non contra dicente au feratur.

f Reſpondeo affirmatiue, ſi ille taceat ex uerecundia, ex timore, aut imponentia, in dubio præſumitur furtũ committere, quia ſemetipſum periculo exponit, & conſequenter tenetur ad reſtitutionem.

Quæritur ſexto. An furtum ſit licitum ad occurendum propriæ, & præſenti neceſſitati.

Quæſt. 6. Neceſſitas ẽ triplex. Communis Grauis. Extrema.

Suppono autem triplicem eſſe neceſſitatem, cõmunem, quam habent pauperes, qui elemoſinam oſtiatim petunt, grauem, quã ſuſtinent, qui non habent, unde uiuant iuxta decorem proprij ſtatus, & extremam, quam patiuntur, qui ſunt in uitę periculo, ob cibi, potuſque indigentiam, &c. *g* Et quidem duę priores nulli ius tribuunt in aliena bona, quamuis diuites eis ſubuenire de ſuperfluis teneantur. Quæſtio igitur eſt in caſu extremæ neceſſitatis.

Et

a S.Th. 2. 2. q. 66. a. 7. Gloſ. i c. quoniã d. 48.

Extreme indigens poteſt, ſi aliter nequeat, etiam per vim ſibi de rebus alienis neceſſaria ſuppeditare.

Et a Reſpondeo extreme indigentẽ poſſe licite ſibi neceſſaria ex alterius rebus miniſtrare, nè dum occulte, ſed publice, & per vim, ſi aliter ſibi conſulere nequeat, & dominus rei non ſit in pari neceſſitate, quia tunc melior eſt conditio poſsidentis, neque hoc dicetur furtum cum dominus rei non niſi irrationabiliter poſſit eſſe inuitus.

Extrema neceſſitas reddit omnia ad primæuum naturæ ſtatum.

Probatur concluſio quia extrema neceſsitas reddit res omnes ad primæuum naturę ſtatum in quo omnia erant communia nec poteſt tale ius naturale prohiberi, quia ſic eſſet mortem inferre, iuxta illud non pauiſti, occidiſti.

b Salon. 2. 2. q. 66. a. 7.

Quod verò Iure ciuili cautum ſit extremè indigentem debere prius magiſtratum adire, intelligendum eſt, cum id commodè fieri poteſt, & periculum non eſt in mora.

Quod ſi quæras an ſic extremè indigens poſsit huic ſuo iuri renuntiare.

b Reſpondeo affirmatiuè ſi ex iuſta cauſa; & ad virtutem aliquam exercendam, v.g. ad publicæ pacis conſeruationem id faciat, ſecus non.

c Habes alias quatuor reſpõſiones apud Say. rum d. nu. 21.

d Me. Syl. Couar. Salon.

Fornicatio nec in extrema neceſſitate licita, quia intrinſece mala.

c Ex his ſoluitur difficultas alia, quare in extrema neceſsitate furtum ſit licitum, non fornicatio, d nam furti malitia ex circunſtantia extremæ neceſsitatis, tollitur, fornicatio, vero cum ſit intrinſecè mala, ex nulla circunſtantia redditur bona, ſicut nec occiſio Innocentis.

Quæritur ſettimo. An dicantur in extrema neceſsitate qui quamuis hic, & nunc habeant neceſſaria, tamen poſt, & alibi non ſunt habituri, vel etiam qui ſunt in periculo amittendi famam, & honorem.

e S. Tho. quodl. 5. q. 9. a. 17. ad pri. Ledeſm. Lopez.

Qui dicantur pati extremam neceſſitatem.

e Dicendum primo. Illos pati extremam neceſsitatem, qui nec mendicare nec laborare valent, nec alibi habent, nec ſe habituros ſperant, & omnino egent neceſſariis ad victum, & veſtitum.

f So. 5. Iu. q. 3. a. 4.

Periculum famæ & honoris non inducit extremam neceſſitatem ad furtum.

f Dicendum ſecundo. Periculum famæ, & honoris non eſſe ſufficientem neceſsitatem ad aliena ſurripienda, ratio quia bona temporalia per ſe ordinata ſunt ad vitam ſuſtentandam, non autem ad hominis honorem.

g Bannes 2. 2. q. 62. ar. 6.

g Dicendum tertio. In caſu quo inhoneſtum eſſet alicui mendicare, nec poſſet tibi aliter ſuccurrere, licitum eſſet clam aliena accipere, cum animo tamen reſtituendi, quando ei facultas aderit, hic verò caſus rariſsimè continget, cum poſſet ferè vnuſquiſq; ſeruire Principi, proficiſci ad bellum &c.

h Sũma corona p. 2. c. 5. nu. 11. Sot. & alii

i S. Rug ib. cõtra mendaciũ c. 7. S. Th. & alii.

Nec pudicitiæ diſcrimen.

h Dicendum quarto. Nec periculum pudicitiæ iudicari extremam neceſſitatem cum ad eam tuendam medium ordinatum nõ ſit aliena rapere, ſed quoduis potius temporale damnum perpeti quam illam violare.

Non licet aliena rapere ut dentur extreme indigenti.

Quæritur octauo. An quis poſsit aliena ſurripere, vt ea det extremè indigenti.

i Reſpondeo negatiuè ſi habet vndè taliter egenti de ſuis bonis ipſe ſubueniat, cum aliàs non ſit iudex, nec poſsit executioni mandare quod alii tenentur facere.

Quæ

Quæritur nono. An interdum rapina ſit licita *a* Reſpondeo affirmatiue. *a S. Th. 2 2 q. 66. c. 8. val. to. 3. diſp. 5. q. 10. pũc. 6.*

Primo quando aliter rem ſuam quis nequit recuperare.

Secundo etiam quando honeſtiori modo id poſſet, nam tunc committit peccatum vſurpati Iudicij, non rapinæ.

Quando rapina ſit licita.

Tertio id permittitur publicæ poteſtati ſecundum iuſtitiæ leges, vt in bello, confiſcatione, iuſtaq; vectigalium exactione.

Quæſt. 10. Quæritur decimo. An liceat Chriſtianis bona infidelium per vim auferre.

Bona infidelium an liceat per vim auferre.

1 Conclu. Dicendum primo poſſe Principem Chriſtianum vel ob delicta, vel ob publicam vtilitatem priuare bonis illos Infideles, qui de iure, & de facto eius imperio ſubijciuntur, *b* vt ſunt Iudæi in Italia, *c* hæretici, & mauri in alijs Chriſtianorum regionibus; non enim ſunt melioris conditionis ob infidelitatem, quam ſint alij. *b Patet ex decretalibus ti. eo & ex decretis diſ. 54.*

2 Conclu. Dicendum ſecundo. Infideles, qui de iure, & non de facto ſunt ſubditi Chriſtianorum, vt qui occupant Prouincias, quæ aliquando fuerunt noſtræ, poſſe à noſtris *d* Principibus ſpoliari bonis omnibus, & deturbari à locis vſurpatis *e* priuata autẽ authoritate, id fieri nequit, quare ſic deprædantes in eorum regionibus, tenentur ad reſtitutionẽ; nam iuſtus titulus, qui neceſſarius eſt, haberi nequit niſi per bellum legitimè indictum; hoc autem non procedit in Pyratis, qui cum habeantur tanquam aggreſsores, poſſunt à quocunq; impunè ſpoliari, & occidi. *c c. vergẽtis de hære. S. Aug. ep. 48. d Caiet. 2. 2. q. 66. a. 8. e So. 5. Iu. q. 3. a. 5. ad 2.*

3 Conclu. *f* Dicendum tertio. Infideles, qui nec de iure, nec de facto ſubiecti ſunt Chriſtianis, vtiq; nec captiuari, nec bonis ſpoliari poſſunt à Chriſtianis, modo ne Euangelij prædicationem impediant, tunc enim iuſto bello expugnari poſſunt. *f Arag. 2. 2. q. 66. a. 8. victoria in relect. de indil.*

Dubitatur vndecimo. An liceat Chriſtianis, fideles captiuos auferre, & bona ab infidelibus iniuſte detenta, occulte, aut per vim rapere.

Licet captiuum Chriſtianum ab infidelibus auferre. Licet et bona Chriſtianorum ab infidelibus ſurripere, Licet etiam emere, recuperando deinde a vero Domino pretium ſolutum et laborum mercedem.

g Dicendum primo. Eiuſmodi captiuos licite poſſe à quocunq; auferri, ratio quia iniuſte detinentur, ac proinde ſemper habent iuſtum bellum defenſiuum contra eos. *g Val. to. 3 diſp. 5. q. 10. pun. 6.*

h Dicendum ſecundo. Etiam bona iniuſte ab infidelibus detenta, poſſe omni meliori modo à Chriſtianis auferri, modo abſit iniuria, & vulneratio, hoc enim eſt iuuare oppreſſum contra inferentem iniuriam, quam facultatem, vt bono communi vtilem, ſaltem tacitè videtur princeps concedere. *h Salon. 2 2. q. 66. ar. 8. cõtrou. p. cõcl. 2.*

Dicendum tertio. Poſſe etiam Chriſtianum emere res ab Infidelibus ablatas, & reſtituere vero Domino, accepto pretio nedum impenſarum, ſed & laborum, quos ſuſtinuit, etiam implorato Iudicis auxilio: quod ſi Dominus rem illam noluerit, ſibi cedet &c.

De

De Furti, & rapinæ, grauitate eorumque pœnis. Cap. XV.

Furtum, et rapina, ex ſuo genere ſunt peccata mortalia.

FVrtum, *a* & rapinam eſse peccata mortalia ex ſuo genere, patet, cum ſint contrà ſeptimum Decalogi præceptū; Item quia per ipſa læditur charitas, & Iuſtitia.

a S.Th. 2. 2. & alij apud Sayrum nu. 1.

Paruitas excuſat a mortali nō dum in furto, ſed in omni materia Iuſt.

Quæritur primo: An paruitas rei excuſet à mortali in furto, & rapina. *b* Reſpondeo affirmatiuè. Ratio quia hoc cōe eſt in omni materia præceptorum Iuſtitiæ, vt paruitas excuſet à mortali, ſecus in alia materia, vt ſunt infidelitas, odium Dei &c. nam in his potius excuſat à mortali defectus deliberationis. Contra concluſionem noſtram docent *c* Gabriel, & alij, volentes quamcunque acceptionem rei alienæ, etiam modicæ eſse mortale.

b S.Th. 2. 2, q. 66. ar. 6. & alij.
c 4. d. 15. q. 3. a. 1. notab. 5. Henric. in c. & ſi quæſtiones de Symonia, Corſe. co. de excell. regis, &c.

Soluitur prima ratio in contrarium.

Probant primo in Decalogo prohibetur omne furtum. Reſpondeo, ſed non omne, vt mortale niſi quod eſt notabile *d* ac proindè neque etiam datur actio contra furtum rei minimę.

d Coua. 1. Variar. c. 3. nu. 12.

Soluitur 2.

Probant ſecūdo furtum rei magnæ, & paruæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo aut vtrunque, aut neutrum erit peccatum mortale.

Reſpondeo vtrunque eſse eiuſdem ſpeciei in genere mali moralis, quia vtrumque dicit ordinem ad eiuſdem rationis obiectū, nempè ad ablationem rei inuito domino, non autem in genere culpæ, & grauitatis.

Soluitur 3.

Probant tertio, ex *e* §. Gallinarum vbi habetur dari actionem furti pro re minima.

e Inſtit. de rer. diuiſ.

Reſpondeo vel vnam gallinam non eſse rem minimam, vel ibi agi de turbatione facta anſeribus, & gallinis, quas alius volare faciens, lucratur, quod eſt etiam furtum graue.

Quæſt. 2.

Voluntas furandi practicè ſuperest determinata ad prauā uel magnāquātitatem.

Quęritur ſecundo. An ſufficiat ad peccatum mortale quod aliquis habeat intentionem furandi, nihil cogitans de notabili, aut parua quantitate. *f*

f Petr. Nauar. l. 3. de reſt. ca. 1. dub 3. nu. 40.

Reſpondeo caſum eſse impoſſibilem, quia voluntas practice ſemper ſe applicat ad furandum magnum, aut modicum, ſi tamen etiam ſpeculatiue quæratur ſolutio.

Reſpondeo quantitatem furandi abſolutam; & indeterminatam iuxta *g* Couar. & *h* Arag. eſse pecc. mor.

g 1. var reſol. c. 3. n. 12.
h 2. 2 q. 66 ar. 6. dub. 2. ad 1. i Nau. i c. ſi. 14. q 6. n. 12 Corduba i Sūma q. 109 Salon. &c

Quæſt. 3.

Duo argumenta, ex ſo nō videntur in furto ſufficiens materia p. m.

Quæritur tertio. Quæ quantitas ſit ſufficiens ad mortale.

Soluitur obiectio.

Dicendum primo nimis duram videri *i* eorūm ſentētiā qui pu

tant

tant duo argenteos ex natura rei eſſe in furto materiam ſufficientem.p.m. Neque obſtat inueniri interdum ſtatutum, vt excommunicatio pro tali quantitate feratur, quia non dicitur, vt pro furto duorum, aut trium Iuliorum excommunicatio detur, ſed ne pro minoris, ad tollendum abuſum inponentium tam grauem cenſuram pro quantumlibet minima quantitate vnde potius in tali conſtitutione oſtenditur quid non faciendum.

Poteſt dari quantitas quæ ex ſe in furto ſit pec. m.

Dicendum *a* ſecundo poteſt dari aliqua certa quantitas, quam ex ſe nullo habito reſpectu ad certam perſonam, ſit ſufficiens ad peccatum mortale cuiuſmodi ſunt duo, vel tres aurei.

Nec non reſpectu diuerſarum perſonarum.

a Lopez p. p. inſtr. conſc. c. 92.

Dicendum tertio: In communibus perſonis quatuor, aut quinque argenteos, in pauperibus vnum, aut duos videri ex ſe ſufficientem materiam pecc.m.

Dicendum quarto poſſe materiam eſſe tam modicā, vt qui eam ſurripit non peccet mort. ſecluſo tamen omni alio damno *b* nam ſi quis v.g. ſubulam à ſutore furetur, propter quam operas diurnas amittit, vel rurſus quia ex rationabili cauſa id multum extimatur, vt ſunt primi fructus arboris à ſe plātatæ &c. peccabit m. licet hi potius iniuriam, & damnum intuliſſe dicantur. quā furtū.

Modicitas vel ex ſe, vel ex cauſa circumſtantiæ in furto, ſe, aut ex aliis circumſtantiis.

b Sot. 5. Iuſt. q. 3. a. 3. ad 3. Salon. & Aragon. 2. 2. q. 66. a. 6.

Dicendum quinto. Omninò certa regula in hac materia aſſignari nequit, proindè relinquenda eſt prudentum Iudicio, vnde ſuadenda eſt reſtitutio etiam in paruis, cū non certò conſtat fuiſſe p.veniale.

In materia furti, ſtandum prudentum iudicio.

Dicendū ſexto. *c* Res publicis in locis expoſitæ, & quæ difficulter cuſtodiri poſſunt, vt nuces caſtaneæ &c. non erunt ſufficiens materia p.m. in ea quantitate, in qua p.m. committeretur, ſi res, quam non ſubiacent tot periculis ſurriperentur; ſimiliter maiorē quantitatem fructum dicemus requiri ad p.m. quando illi adhuc ſunt in campis, quam vbi fuerint recollecti, & domi ſeruati ratio quia tunc minus extimantur.

Fructus, & alia bona quæ minus extimantur, ſecundum quod plus minuſue expoſita ſunt, aut cuſtodita.

c Bann. 2. 2. q. 66. art. 6.

Corollarium.

Hinc *d* ſerui deuorantes cibos, qui reliqui ſunt in menſa dominorum, non peccant, niſi peccato gulę, quia nullum indè damnum dominis infertur, niſi fortè aut eſſet integri, aut reſeruati aliquibus pro ſtipendio,

d Petr. Nauar. 3. de reſt. c. p. p. 5. dub. 6. nu. 293.

Quæſt. 4.

Excommunicatio lata pro furto, obligat in ea quantitate, quæ ex ſe eſt p. m.

Dubitatur quarto. An materia furti, quę ſufficit ad m. ſufficiat etiam ad excommunicationem; & an excommunicatio lata ob res modicas, comprehendat eos, qui illas abſtulerunt, cum indè graue damnum ſequitur.

Dicendū primo, *e* cum fertur excommunicatio in eos, qui furati ſunt, ſi abſtulerunt rem ex ſe ſufficientem ad p.m. tenentur ſtatim illa reſtituere ſi poſſunt, vel manifeſtare, niſi crimen ſit omninò occultum, aut infamiæ periculum immineat, ſecus excommunicationem incurrunt.

e Sayr. to. 1. theſ. li. 1. c. 9. nu. 33. & 34.

Dixi rem ex ſe ſufficientem, debet enim ipſa furti quantitas ex ſe penſari, non autem attēdi damnum indè ſecutum, nam v.g. res poteſt eſſe modica, vt atramentarium notarij, & damnum ex eo ſecutum poteſt eſſe ingens, etiam centum aureorum. ratio concluſionis, eſt quia excommunicatio fertur cōtra furtum, at damnum

D. m. & ſecutum ex furto proprie non reputatur furtum.

ſecutum

ſectitum non habet veré furti rationem, vnde nec pro eo poteſt quis ſuſpendi, aut haberi pro infami licet teneatur ad reſtitutionem, quare niſi excommunicatio generaliter feratur pro iniuſtè retentis, uel damnis illatis, non ligabuntur, &c.

a Trid. ſeſ. 25. de re. form. c. 3.

Dicendum ſecundo. *a* In furto, materiam excommunicationis debere eſſe rem non vulgarem, ita vt ſaltem aſcendat ad ſummam 50. Iuliorum, nam quamuis 20. aut 30. Iulij ſint materia grauis in ordine ad furtum, non tamen in ordine ad excomunicationem quæ inſtituta eſt contra rebelles in re grauiſſima; ſi tamen ferretur ab Epiſcopo pro ſumma minori, ualida eſſet, & timenda quia Cōcilium committit hoc negotium Iudicio Epiſcopi, iuxta circunſtantias temporis, & perſonarum, eſſet etiam ualida excomunicatio ſi ex Epiſcopi cōmiſſione eā ferret Vicarius pro rebus non magni momēti licèt tūc Epiſcopus uix a peccato excuſetur.

Materia furti ut per eā feratur excommunicatio non debet eſſe vulgaris.

Queſt. 5.

Dubitatur quinto. An auferens modica paulatim ſine intentione furandi amplius, peccet mortaliter cum ad ſummam peccati mor. peruenerit.

Furans modica etiam ſine animo amplius furādi perueniēs ad quantitatem notabilem peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.

b Io. Maior 4. d. 15. q. 15. med. Cod. de reſtit. q. 10. §. occurrit, &c.

Dicendum furantē *b* modica ſine animo inferendi damnum notabile, ſemper peccare uenialiter, nec teneri ad reſtitutionē quouſque per illa deueniat ad notabilem quantitatem aut in damno alteri illato, aut, in bono ſibi acquiſito, tunc enim, & peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.

Prima pars patet, quia peccatum mortale non eſt niſi ratione damni notabilis, aut materiæ grauis in ſeipſa.

Iuxta ratione detentionis uenialis aut mortalis tenetur quis ſub ueniali aut mortali reſtituere.

Secunda pars probatur, quia licèt peccata uenialia non efficiāt mortale, in illis materijs, quæ inuicem non continuantur, ut in mendacio aut leui conuicio, in ijs tamen, quæ continuantur quotieſcunque pertingitur ad materiam, & damnum notabile, committitur mort. etiam ſi à principio non extiterit animus pertingēdi ad tantam quantitatem.

Hinc ſequitur, quod cum acceptio, & detentio ſint eiuſdem ordinis, & rationis, quod ſi quid uenialiter acipitur & detinetur, ſub ueniale etiam eſt reſtituendum, & e contra quod mortaliter detinetur, ſub mortali etiam eſt reſtituendum *c* contra Nau. falſum quippè eſt quod ipſe docet ex peccato ueniali oriri poſſe obligationem ſub mort. unde quia illud ultimum furtū paruum per quod aſcenditur ad notabilem quantitatem erit pec. mort. obligat etiam quatenus mortale ad reſtitutionem. Ex quibus ſoluitur, & Nauar. fundamentum.

In Nau. c. 17. num. 139.

Nam oppoſitum li ponitur.

d Pet. Na. l. 3. d reſt. c. 1. dub. 9. nu. 60. e Cod. de reſt. q. 10. Corduba in Sum. q. 70. pūct. 2

Quæritur Sext. An furans dominica, & ad quantitatem notabilem perueniens, ex quo peccat mortaliter teneatur ſub mort. totam illam ſummam reſtituere, an ſolūm illud ultimum modicū.

Non tenetur quis ſub mortali ad reſtitutionē niſi eſſe damnum notabile proximi illatū.

d Reſpondeo teneri tantum ad reſtitutionem illius ultimi modici, quod ſurripit.

Ratio, quia eo ſoluto, proximus iam amplius non remanet affectus damno notabili.

Contrarium docuerunt *e* Medina, & alij; uolentes teneri ad totius ſummæ reſtitutionem.

Probant primo, quia idem eſt ac ſi fur totam ſummam ſimul accepiſſet, quam totam reſtituere teneretur, animus poteſt, quia (vt ait Hiero) nil refert ſi paulatim, vel ſimul quenam ſpolies, aut interficias.

Soluitur prima ratio in contrarium.

Reſpondeo quod ſicut ſi auferens, totam quantitatem notabilem ſimul, ſatisfacit etiam ſi in reſtitutione, aliquid modicum ſibi retineat, quod notabile damnum non inferat, ſic e contrario qui paulatim ſurripiendo deuenit ad notabilem quantitatem, ſatis erit ſi id reſtituat, quo reſtituto, id quod remanet non aſcendit ad notabilem quantitatem, cum per eam amplius notabile damnum non inferatur.

Probant ſecundo. Reſtitutio requirit ſatisfactionem, ergo tantundem erit reſtituendum.

Reſpondeo ſed non omnis reſtitutio eſt facienda ſub mortale ſed tantum illa, quæ non facta, infertur proximo damnum notabile.

Probant tertio, quia nec quantitas illa ultima eſſet reſtituenda cum ſit ex ſe modica.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo non ex ſe reſtituenda eſt, ſed quia coniuncta cum præcedentibus fecit quod a iure inferretur proximo notabile damnum.

Quæritur ſeptimo. An qui modicum quid à pluribus furatur perueniens ad magnam quantitatem peccet mortaliter.

Soluitur tertia. — *Quæſt. 7.*

Reſpondeo (quidquid dicant alij) *a* peccare mortaliter, & teneri ſub mortale ad reſtitutionem ſiue ſit pauper, ſiue diues modo inuitis dominis faciat, & cum aliunde de eorum uoluntate non conſtat Reſpondeo tum quia ſuripiens alienum in notabili quantitate peccat mortaliter, tum quia ſiquis à cumulo communi quantitatem notabilem ſurriperet, peccaret mortaliter, licet non inferet ſingulis dominis notabile damnum, ergo, & mortaliter peccabit etiam ſi à ſingulis cumulis ſeorſim quid modicū auferat, & ad magnam quantitatem perueniat. Rurſus poſſet quis alioquin ditari ſine honeſta induſtria, & ſine peccato mortale nempe ſi a ſingulis, ſingula attripperet, vt iniqui mercatores conſueuerunt, dum ſingulos emptores defraudant in modico, diminuendo menſuras. Contrarium docuit.

a Sot. 5. Iuſ. q. 3. a. 3. ad 3. corduba in ſumma q 70. in o. p. 4. sil. Pen. Na. Val. &c.

Qui a diuerſis multa modica accipiendo pertingit ad notabilem quantitatem peccat mortaliter & tenetur reſtituere.

Probatur. 1. 2. 3

b Primo. Dyrto. Angelus, uolens huiuſmodi non peccare mortaliter nec teneri ad reſtitutionem ratio quia nulli infert notabile damnum.

b in ſuis mor. c. 9.

Soluitur fundamentum Angeli.

Sed contra nam quantitas rei furatæ ſine ordine ad nocumentum ſufficit ad mort.

c cod. de veſt. q. 10. in fine.

Hieronimi. Angeli.

Secundo Contrarium docuit *c* Io. med. uolens quod ſi quis ſurripit et pauper, non peccat mortaliter nec tenetur reſtituere ſed contra, paupertas non iuſtificat furtum, niſi in extrema aut graui neceſſitate ut ſupra.

Soluitur fundamentum. Io. Med.

d Man. c. 1. 7. n. 139.

Soluitur fundamentum Nauarri.

Tertio Contrarium docuit *d* Nauar. nunquā ſcilicet peccare mortaliter quamuis cum peruenerit ad notabilem quantitatem teneatur reſtituere dominis, aut erogare pauperibus.

Sed

Sed contra, iniuſta detentio ſequitur iniuſtam acceptionem; ſed ſi iniuſtè non accepit, cum non peccauerit mortaliter per Nauar. ergo neque iniuſte detinebit, ac proinde non tenebitur reſtituere, ſed quia iniuſte accepit &c.

Quæſt. 8.

Quæritur octauo. An furtum ſit grauius, vel leuius peccatum ex ijs, quæ in Decalogo continentur.

a Vterq. Tho. 2. 2. q. 154. a. 2 in corp. et ad 2. Sco. 4. d. 15. q. 3. Sot. Salon &c.

Fornicatio grauius peccatum furto ex ſuo genere.

a Dicendum primo fornicationem eſſe grauius peccatum ex ſe, quam ſit furtum, Ratio quia illa eſt contra bonum hominis naſcituri, cum natus ex fornicatione, nec ali, nec educari commodè poſſit, furtum vero tantum obeſt bonis temporalibus, & confirmatur ex alijs incommodis, quę ſemper maiora ob fornicationem, quam ob furtum ſolent contingere.

b 4. d. 33. q. 2 nu. 10 Matt. de magiſtr. opuſculo de Tēper.

Contrarium docuit b Dur. volens fornicationem eſſe omnium leuiſſimum, probat.

Soluitur prima ratio Durandi.

Primo Furtum eſt intrinſece malum, ideoq; nulla ratio, quantumuis barbara id ignorauit, fornicatio autem mala eſt ſolum, quia prohibita.

Reſpondeo etiam fornicationem eſſe intrinſecè malam, & contra ius naturæ, alioquin ante legem ſcriptam non fuiſset peccatum, nec poſt illam paganis eſset illicita. Secundo omnia præcepta Decalogi ſunt de iure naturæ. Tertio fornicatio ex ſe eſt in detrimentum futuræ prolis, ergo intrinſecè mala eſt.

Probat ſecundo iuſtitia quę opponitur furto eſt maius bonum; quam temperantia, quę opponitur fornicationi, ergo & furtum erit maius malum fornicatione.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo etiam fornicationem aliquo modo eſſe contram iuſtitiam, cum noceat proli naſcituræ, cui ex iuſtitia debetur bona, & commoda educatio. Secundo non eſse abſurdum actum temperantiæ eſse præſtantiorem aliquo actu particulari ipſius iuſtitię.

Soluitur tertia.

Probat tertio Furtum expreſse prohibetur in Decalogo, fornicatio autem non niſi ſub nomine Mechiæ, quæ propriæ ſignificat adulterium.

Reſpondeo non ex hoc penſandam eſse peccati grauitatem, alioquin vitium nefandum eſset leuius furto cum non ſit expreſſe prohibitum.

Furtum eſt etiam leuius ex genere ſuo, comparatū ad alia peccata quæ cęteris Decalogi præceptis prohibētur

Dicendum ſecundo furtum ex genere ſuo eſse etiam minimū inter reliqua Decalogi præcepta cum bona, quę furto læduntur, minima ſint inter omnia, quę alijs pręceptis lædi prohibentur, dixi ex genere ſuo, cum alioquin ratione quantitatis, aut alterius circunſtantiæ contrarium poſsit contingere.

Quæſt. 9.

Dubitatur nono. An liceat publicata authoritate occidere fures, maximè diurnos, de quibus pręſumitur quod ſolum velint furari.

c Decores in l. ſed nouo iure & alij apud Sayr. n. 33

Iuſto per Rempublica legis ſupplicio plectuntur fures.

c Dicendum cum communi, & vſu recepta ſententia, licitum eſse occidi fures pro vno inſigni furto, vel pluribus repetitis, ſic enim à magiſtratibus conſulitur publico bono, ſicut & huiuſmodi corpori, abſciſsione putridi membri. Et Confir. nam ſi fures

bonorum Eccleſiæ, & publici Aerarij iuſtè occidi poſſunt ergo ij, qui priuata quidem bona, ſed maiori cum detrimento, & & perturbatione communitatis ſurripiunt.

Soluitur prima ratio. Scoti in cõtrarium.

Contrarium docuerunt *a* Sco. & alij, probant primo Deus ſolum furem nocturnum occidi permittit.

Reſpondeo nè dum attendendum eſt præceptum Non occides ſed quod alibi dixit dominus *b* maleficos non patieris viuere, & ideo tantum occiſo, quæ eſt contra rectam rationem, & iuſtitiam vitari debet; Alioquin vt inquit S. *c* Aug. contra præceptum non occides non ſunt, iuſta bella, & leges quæ ſceleratos morte puniunt.

Probant ſecundo. Per *d* leges decernitur non eſſe ſuſpendendos fures, niſi fuerint famoſi.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo eſſe à iudicibus legum rigorem iuxtà circunſtantias temporum, & perſonarum moderandas, imò in ordinarijs furtis prima vice proceditur verberibus, ſecunda aurium perſoratione, tertia triremnium labore aut etiam morte, ſi furtum ſit inſigne, vnde & variæ in hac materia pro varietate circunſtantiarum, leges extiterunt.

Soluitur tertia.

Probant tertio. Vita hominis eſt maius bonum, quam ſint res externæ furto ſublatæ.

Reſpondeo attendi æqualitatem pœnes publicam quietem.

Quid Gregorius decimuſquart' circa confugientis ad loca ſacra.

Adde hic furem confugientem ad eccleſiam, eius immunitate non gaudere, & Gregorius decimuſquartus, ad hanc formam reduxit *e* conſtitutiones Pij Quinti, & Sixti V. circa hanc materiam vt laicis ad loca ſacra confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumq; graſſatores, aut depopulatores agrorum, vel qui homcidia, aut mutilationes in ipſis Eccleſijs, earumq; Cœmeterijs committunt, aut qui proditoriè proximum occiderint, aut aſsaſſini, vel hereſis, vel læſæ maieſtatis in perſonam Principis ſcet, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur, ſed cum à Curia ſeculari quilibet eorum fuerit requiſitus, abſque irregularitatis nota, aut alterius Eccleſiæ cenſuræ incurſu, conſignetur. Hoc autem limitat, fieri ſcilicet debere ex authoritate expreſſa Epiſcopi, aut eius officialis, & vt cognitio hereſis ad forum eccleſiaſticum, tota pertineat &c.

a 4. d. 15. q. 3. Alenſ. p. 3. q. 47. m. 4. a. 3. &c.

b Exo. 22.

c 1. de ciu. c. 21.

d L. ſed nouo iure C. de ſeru. fugit. & Au. vt nulli iudicum. §. pro furto autem col lat. 9. & in capital' ū §. famoſos ff. de penis.

e Quæ incipit cum alias nonnulli.

De furtis nonnullis, Quæ à certis perſonis committi ſolent. Cap. XVI.

DVbitatur primo. An uxor furtum committat, ſi quid à uiro ſurripiat.

a Dicendum primo. Quoties uxor de bonis mariti contra eius placitum, notabilem quantitatem accipit, peccat mortaliter & tenetur reſtituere. Ratio quia in eiuſmodi bonis, nullam habet diſpenſationis facultatem.

Dicendum ſecundo. Hęc quantitas, quę tanquam notabilis primum mortale, & reſtitutionis uinculum inducat, penſanda eſt arbitrio boni uiri, & quidem aliter, ac in aliis perſonis, habito, præſertim reſpublica ad coniugum diuitias, mutuum amorem, &c.

b Dicendum tertio. Viro exiſtente prodigo, poteſt uxor ut ſibi, & filiis conſulat, cælare de bonis mariti, etiam contra eius uoluntatem necnon & moderatas erogare eleemoſinas, ad diuinam miſericordiam in eiuſmodi periculis implorandam, e pro quo recolendum eſt factum Abigail.

Dubitatur ſecundo, Quando alter coniugum, altero ignorante, bona diſtribuens peccet mortaliter & ad reſtitutionem teneatur.

Supponitur autem tria eſſe coniugum bona, quædam propria uiri, ut paterna, & quæ ex induſtria ſibi acquirit u. g. militando &c. quædam propria uxoris, ut parapheroalia, ſucceſſiones hæreditariæ, legata, & donata præter dotem, quædam denique ſunt communia utriq; & de his controuertitur in præſenti.

d Dicendum primo. Vxorem de bonis communibus, ſine uiri licentia non poſſe accipere notabilem quantitem, & ſi aliter fecerit, peccabit mortaliter cum uinculo reſtitutionis ne dum ipſa, ſed etiam qui ab ea, bona illa acceperit, quia conſtante matrimonio adminiſtrationem, & uſumfructum habet uir, non uxor.

Nec obſtat ſi dicas non teneri ad reſtitutionem cum accipiat rem ſuam, nam eſto id uerum ſit quoad proprietatem, non tamen

Primo e quando ſaltem non adeſt præſumpta licētia uiri, quæ quidem cenſetur eſſe, habita ratione ad mutuum amorem, loci

a So. Ara. ſalon, vterque Na. uar. &c. apud Sair. n. I

b Ang. v. furtum §. 35.

c I. Reg. 25.

d Gab. So. vterque Nau. cou. Corduba, Lopez.

e Corduba in ſum q. 125. du. 2.

Peccat uxor ſumens inuito marito notabilem quātitatē de bonis eius.

Non debet attendi eadem quantitas in furto uxoris, & extraneo.

Non peccat mulier celans bona uiri prodigi, aut moderatas eleemoſinas pro eiuſdem calamitate erogans.

Quæſt. 2. Coniugum bona ſunt in triplici genere.

Bonorū cōmuniū cū uxor nō habeat uſumfructū nō poteſt de eis notabiliter propria authoritate diſponere.

Soluitur obiectio.

Limitatur primo niſi adſit ſaltē licētia præſumpta.

conſuetudinem bonorum affluentiam,& rerum ipſarum, de quibus diſponit, conditionem.

2 Niſi rationabiliter ea expendat in viri vtilitate.

Secundo *a* procedit, niſi ea expendat in vtilitatem viri, cum verbigratia, facit eleemoſinas, vt Deus illum à ſceleribus conuertat, vel ratione compenſationis, ne ipſa, aut filii ex alio viro, iure proprio defraudentur, præſertim cum aliter ſuæ, aut filiorum indemnitati, nequit proſpicere, *b* poteſt enim ſibi ius dicere, qui per iudicium ius ſuum habere nequit. Et tandem, niſi vt ſupra dictum eſt, bona marito ſubtrahat, per prodigalitatem cuncta abligurienti.

3 Niſi aſſumat ad ſubueniẽdum conſanguineis grauiter egentibus poſt petitam a Viro licentiam, licet non obtentam.

c Tertio procedit, niſi vxor bona illa accipiat ad ſubueniẽdum conſanguineis, nedum in extrema neceſſitate conſtitutis ſed et grauiter indigentibus; tenetur autem prius licentiam à viro petere, quã nec precibus, nec alia iuridica via obtenta, poteſt occultè illos ſuſtentare; non enim credendum eſt in his caſibus, pietatis leges negare vxori vſum bonorum ſuorum; ſempre tamẽ habenda ratio eſt perſonę, cui ſubuenitur, nec non facultatum, quæ dantur.

4 Niſi male à marito ablata, quæ ipſe reſtituere negat, ſic ipſa velit reſtituere.

d Quarto procedit, modò ne vxor accipiat de bonis communibus pro reſtitutione male ablatorum à marito, ad quam cum aliter non potuit inducere; nam ſicut tenetur vxor prouidere neceſſaria ad ſalutem corporis viri ſui, etiam ipſo inuito, ita multò magis, quę ad ſalutem animæ.

Dicendum ſecundo. *e* Quod ſicut vxor regulariter nequit diſtrahere bona communia ſine viri licentia, ita è contra, nec vir dotem, aut donatum propter nuptias, inſumere poteſt in rebus extra ordinariis, aut alienare in fraudem vxoris, & aliter faciens, peccat, & tenetur reſtituere, dos enim eſt proprium patrimonium mulieris, de qua tenetur vxorem, & matrimonii onera ſuſtentare aliàs obnoxius eſſet reſtitutioni.

Dos profectitia.

Eſt autem dos, vel profectitia, ideſt à patre, vel auo data, & tunc ſi mulier præmoriatur, & filios non relinquat, redditur patri, vel auo, ſi habeat liberos, eiſdem acquiritur, ſi vir præmoriatur, redditur patri, & filiæ, quamuis pater eam petere nequeat, niſi ex filiæ voluntate.

Dos aduentitia.

Vel ſecundo. Dos eſt aduentitia, ideſt ab alio, quia a patre, vel auo relicta, & tunc ſi præmoritur mulier, dos pertinebit ad eius hæredem, ſi vir, redibit ad vxorem, & eiuſmodi dos, ſi conſiſtat in rebus immobilibus, ſtatim reſtitui debet, ſi in mobilibus, infra annum; hæc procedunt, niſi pactum, aut ſtatutum aliter diſponens, interuenerit. *f* Sunt autem omnia bona viri obligata mulieri pro dote, nec eam perdit ob eius delictum, ſed tantum propter adulterium vir eam lucratur.

Dicendum tertio. Poſſe virum, qui eſt adminiſtrator bonorum communium, aliqua paulatim inſumere, aut donare pluries, aut modicis eleemoſinas facere, modò non ſit in fraudem vxoris, filiorum, & hæredum, alias teneretur de ſua portione damnum compenſare.

a Ang. v. eleemoſina, Palud Pet. Nau. &c.
b gl. in ca ius gentiũ d. 1. & ca. olim, de reſti. ſpo.
c Roderi. Suar. in l. quoniam C. de ino. teſtam.
d Gabr. 4. d. 15. q. 3 dub. 2
e Pet. Na. l. 3. de reſtit. c. 1. p. 2. dub. 7
f c. plerumque, de don. inter vir. & vx. l. conſenſu. C. de repud.

a Nau. ma. c. 77. n. 175.

a Si vero etiam ſine fraude bona communia maritus dilapidaret tenetur, ipſe, aut hæredes mulieri reſtituere, & poſſet hæc, ſeruatis conditionibus iuſtæ compenſationis, tantundem de bonis mariti defuncti occulte accipere, quantum ipſa fuit damnificata. Ratio, quia vxor habet dominium, & proprietatem talium bonorum, vis autem adminiſtrationem, quare vt licita eſt adminiſtratio, ita illicita diſſipatio.

b Pet. Na. lib. 3. de reſtit. p. 2. d. 9. n. 117.

Deperdita è ludo à marito, nihil compenſandũ vxoris.

b In ijs autem, quę vir amiſit ludendo, non licet vxori facere prædictam compenſationem, quia ludus eſt contractus fortunæ, & induſtrię, quamuis illicitus, quo vt perdere, & ita & lucrari poterat, quare vt amiſſa, vel lucrifacta per alium onerosum contractum communia eſſe debent, ita & per iſtum.

Quæſt. 3.

Dubitatur tertio, an filiusfamilias aliquid ſurripiens de bonis parentum, teneatur ad reſtitutionem.

c Syl. ver. furtum q. 11. Sot. lib. 3. Iuſt. q. 3. ar. 3. &c.

Fil. fam. notabilẽ quã titatem auferens de bonis paternis cõtra patris volũtatem

Reſpondeo, Filius auferens quid notabile, quod penſandum eſt arbitrio boni viri, perſpectis circunſtantijs paternarum facultatum, beneuolentiæ patris in filium, &c. ſine expreſſa, aut ſaltem preſumpta patris voluntate (nam matris voluntas non ſufficit, cũ illa rerum adminiſtrationem non habeat) c peccat mortaliter, & tenetur reſtituere.

Ratio, quia aufert alienum inuito domino.

d Salon. 2. 2. q. 66. a. 5.

Exceptio.

Excipitur. d Quando pater ei deeſſet in rebus neceſſarijs, vel cum extreme, aut etiam grauiter indigenti faceret eleemoſinam, nam credi poſſet patrem id ratum habiturum, in quo ſtandum erit prudentum iudicio, & conſcientię, & ſi extra hoc caſus peccat filiusfamilias notabilem quantitate accipiendo, multo magis emancipatus.

Quæſt. 4.

Dubitatur quarto. An filius habens peculium, poſſit de illo, inuito patre, quidquam diſponere, dicitur autem peculium, quaſi poſilla pecunia, e & eſt quadruplex, f Caſtrenſe, quod acquirit filius in bello, vel quod ſibi ad bellum eunti a parentibus, vel alio quocunque donatur, vt arma, equi, ſumptuſque in militia faciendi, & quidquid in ipſa militia acquirit, aut militię occaſione ei donatur, g quod verò eſt dubium, an intuitu militiæ donatum fuerit, ſi id militiæ inſeruit, tanquam inſtrumentum ad eam idoneum, ad Caſtrenſe peculium ſpectabit. h Item quidquid de bonis Caſtrenſe emerit, aut ludendo, ſeu negotiando acquiſierit peculium Caſtrenſe efficitur.

e Summiſtæ, verb. peculium, Nau. manua. c. 17. nu. 141.

Peculiũ quadruplex Caſtrenſe.

f l. miles. l. Caſtrenſe, & l. D. Adrianus ff. de Caſtrẽ. peculi.

g Bart. in tractatu de duobus fratribus.

h l. 1. C. de peculio Caſtren. i l. Auocati. C. de Aduoc. diuerſ.

Immobilia verò quę etiam eunti in bello donantur à patre, vel matre, non cenſentur peculium Caſtrenſe, ſicut nec ea, quæ eidem à bello reuærtenti quis largiretur.

Quaſi Caſtrenſe.

Peculium quaſi Caſtrenſe fit ex bonis acquiſitis per officium i Aduocati, Medici, Tabellionis, aut per profectionem vnius ex ſeptem artibus liberalibus, aut ſcientię ſuperioris.

a Item ad hoc idem ſpectant, quæ donantur, horum numerum quæ exercentur, intuitu, vel quæ emuntur ex pecunia ſic acquiſita, vel quæ donantur à principe, *b* aut in eius ſeruitio acquiruntur; *c* vel ex officio, aut beneficio clericali, etiam non curato prouenium.

Aduētitiū

Peculium aduentitium *d* fit ex bonis, quæ filius ſua induſtria, vel iure hæreditario à matre, vel conſanguineis, aut amicis, aut quibuſcunque alijs acquirit.

Profectitiū

Peculium *e* profectitium eſt quod ex bonis paternis, aut eorū occaſione acquiritur, verbigratia, ſi poſſeſſionem à patre ſibi datam alteri locet ad partem augmēti, aut pecuniam mercatori det ad lucrum, tunc quæ ſic prouenjunt, erunt mere profectitia, modo filij labor, & induſtria non intercedat, quia tunc potius fieret peculium aduentitium. His conſtitutis.

1. Conclu. Peculiū caſtrenſe etiā quoad vsū fructū ſpectat ad filium.

f Dicendum primo, quod etſi filiusfamilias (eo quód miles ſit) patriam poteſtatem non egrediatur, *g* adhuc tamen ad eum ſpectat peculium Caſtrenſe, nedum quoad proprietatem, ſed etiam quoad vſum, & pleniſſimam diſpoſitionem, *h* modò ſit pubes.

2. Conclu.

i Dicendum ſecundo. Etiam iure pleno peculium quaſi caſtrenſe ſpectare ad filiūfamilias iam puberem, ideoque pater aliquid ex his duobus peculij generibus, inuito filio, accipiens, peccat, & tenetur reſtituere.

3. Conclu.

Dicendum tertio. *l* Peculium aduentitium quoad vſumfructū & adminiſtrationem, ſpectat ad patrem.

m Excipitur tamen caſus, quando qui reliquit res filiofamilias appoſuit conditionem, vt etiam vſus fructus eidem filio acquiratur.

4. Concluſ.

Dicendum quarto. Etiam peculium profectitium pertinere quoad vſumfructum ad patrem, *n* vbi autem contingat bona patris publicari, excipitur ſemper peculium profectitium; & rurſus quę dicta ſunt de peculio profectitio, & aduentitio, intelligenda ſunt iuxta ea, quæ dubio præcedenti de vxore reſpectu rerum communium dicta ſunt.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto. An ſi pater, aut maritus, fulminare faciat excommunicationem contra non reuelantes furta comprehendantur filij, & vxores furantes.

In excōmunicata contra non reuelantes furta non comprehendum tur vxores filij, niſi clauſula appoſita id exprimat.

Reſpondeo *o* negatiue, niſi apponatur clauſula, vnde intentio ſuperioris, & domini rerum colligatur eſſe, velle etiam comprehendere quoſcunque domeſticos.

Ratio, quia odia ſunt reſtringenda. In dubio ſalubrius erit petere abſolutionem. In

a l. vlt. C. de inoſ. teſtam.

b l. vnic. C de caſtrē. pec.

c Naua. in man. c. 17 nu. 141.

d l. cum oportet. l. quæcunq. C. de bon. quæ lib.

e Inſti. per quas perſo. nob S. igitur. verſic. ſanctum.

f Inſt. quibus mod. ius pat.

L. miles C. de teſt. mil.

h l. vlt. C. de teſt. milita S. pupill. inſtit. de mil. ſti pul.

i l. cum oportet C. de bo. quæ liber. Authen. præsbiteros. C. de epiſ. & cler. & l. vlt. C. de inoff. teſtam.

l cum non ſolum. C. de bon. quæ lib.

m l. vlt. §. fin. vero. C. de bon. quæ liber.

n l. ſi finita. §. de vectigal. §. de damno infecto.

o Sot. 5. de Iuſt. q. 3. ar. 1.

In caſu uero, quo uxor, aut filius furati ſint, tenentur reſtituere, ille de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus iſta de bonis paraphernalibus, aut liberis, aut aliter, ut opportunius, &c.

Quæſt. 6. Peccat mortaliter religioſus accipiendo de bonis monaſt. propria authoritate ſibi non neceſſaria. Monaſt. tenetur prouidere debita neceſſaria. Quid de religioſo munera largiente. Conſt. Cl. 8.

Dubitatur ſexto. An religioſus accipiens aliquid de bonis monaſterij peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.

a Cordub. in ſua ſumma q. 109. Azo. lib. 12. inſtit. mora. p. 1. cap. 11. dub. 6.

a Dicendum primo. Si res ablatę non eſſent neceſſarię, aut ſi neceſſariæ, ſuperior tamen concederet ſi peteret, peccat mortaliter religioſus eas uſurpando propria authoritate. Ratio, quia aut cōtra uotum paupertatis exercet actum dominij ſi rem illam accipit ut ſuam, & ſibi debitam, aut furtum committit, ſi accipit ut non ſuam.

b Pet. Na. lib. 3. de reſt. c. 1. p. 3. dub. 3. nu. 196.

b Dicendum ſecundo. Si res ablata ſit neceſſaria & ſuperior nolit eam concedere, accipiendo non peccat. Ratio, quia ſuperior iniuſte ſe gerit, cum Monaſt. teneatur neceſſaria ei ſubminiſtrare.

c Cordub. Petr. Nau. Azor.

d edita anno 1594. quam explicat Sor. Cappuc.

c Dicendum tertio. Donans rem notabilem, ſiue uſu conſumptibilem, ſiue non extra monaſterium, peccat mortaliter, & tenetur nedum ipſe ad reſtitutionem, ſed etiam, qui recipit, modo ne hic bona fide ſe geſſerit, debetque Religioſus hunc opportune admonere, ut reſtituat, ipſe uero ſi ex debita licentia habeat aliquos redditus, ex eiſdē debet ſatisfacere, quin & huiuſmodi redditus non poteſt expendere, niſi ad pios uſus, & de licentia ſui Prælati, videnda eſt conditio Clementis 8. de largitionibus.

Quæſt. 7. Famuli auferentes non tam leui quantitate de bonis dominorum peccant & tenentur reſtituere.

d Dubitatur ſeptimo. An famuli auferentes res dominorum, furtum committant, & reſtituere teneantur.

e Gab. & alij apud Sayr. n. 26.

f Cap. 6.

e Reſpondeo affirmatiue niſi accipiant quid, aliàs ſibi debitum ut ſupra, f ſeruis autem in bello captis, aut uenditis, quomodo, aut quando liceat fuga, uel non, id dictum eſt ſupra, ſimiliter & de filio in extrema neceſsitate à patre uendito.

Quæſt. 8. Seruus conductus & ſine cauſa aufugiens peccat mort. ſi inferat fugiendo damnum notabile.

Dubitatur octauo. An qui promiſit ſeruire ad certum tempus, cauſa diſcendi artem, peccet fugiendo.

g Petr. Na. lib. 3 de reſtit. p. 3. dub 7. nu. 225.

g Reſpondeo affirmatiuè, modo non adſit cauſa rationabilis, quæ illum cogat fugam arripere, verbigratia, ſi dominus nimis eſſet auſterus, ſi denegaret neceſsaria, ſi ſollicitaret ad malum, &c. & modo ex fuga non ſequatur domino naturali damnum, nam ex eo quod tantum promiſſionis fidelitatem frangat, non uidetur peccare mortaliter Confeſsario incumbit caute rationem fugæ diſquirere, nec de facili in ſeruorum fauorem incrinare.

Quæſt. 9. Solutio iuſta gabella tenetur ſub mortali. Probatur 1° ex Scripto.

Dubitatur nono. An ſubditi peccent mortaliter defraudando regia vectigalia iuſtè impoſita.

h S. Thom. opuſ. 21. & alij apud Sayr. nu. 30.

h Dicendum teneri ſubditos ſoluere eiuſmodi uectigalia etiā in foro conſcientiæ, & etiam ſi non exigantur, niſi forte qui illa impoſuit explicauerit, ſe nolle obligare defraudantes ad furtum, & reſtitutionem.

i Matt. 22.

l Rom. 13.

Probatur primo ex Scriptura ſic dicente. i Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, quod Chriſtus nedum docuit ſed proprio exemplo confirmauit, l & Apoſtolus dixit Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum cui vectigal, vectigal. &c.

Proba-

2 Ratione.

Probatur ſecundo ratione. Principes ſunt cuſtodes, & paſtores, *a* quorum vigilantia quietam vitam traducimus, ergo naturale, diuinoque iure debetur eis merces *b* quis enim paſcit gregē & de fructu eius non comedit? *c* aut quis ſuis ſtipendijs militauit?

a 1.Thim. 2. Ezec. 34. *b* 1.Cor. 9. *c* Ibidem.

Cōtrarium docuerunt Nauar. Angel. Eman. Sà, & Angles.

Contrarium docuerunt *d* Nau. & *e* alij. Probant primo. Leges, quibus vectigalia imponuntur, ſunt pure pœnales, ergo in arbitrio cuiuſque relinquitur, aut illa ſoluere, aut pœnæ periculo ſe ſubijcere.

d in man. ca. 17. nu. 201. *e* Ange v. Pedagium §. 6. Angl. 4. ſent 9 & reſti. vect. diffic. 4. Eman, Sa. v. Gabella.

Soluitur 1. obiectio in contrariū.

Reſpondeo. Has leges eſſe verè præceptiuas, cum additione tamen pœnæ ad maiorem cautelam.

Probant ſecundo Vectigalium impoſitio eſt de iure humano.

Soluitur 2.

Reſpondeo. Taxationem quantitatis, & modum ſoluendi gabellas eſſe tantum de iure humano, cum alioquin iure naturali, & diuino debeant ciues Reipublicæ neceſſitatibus præſto eſſe, & de bonis proprijs ſubuenire.

Probant tertio. Leges humanas non obligare ad culpam, eo ipſo, quod obligant ad pœnam.

Soluitur 3

Reſpondeo. Leges humanas per pœnæ appoſitionem non poſſe tollere culpam, quæ incurritur ex obligatione iuris naturalis, & diuini. Soluenda igitur ſunt vectigalia iuxta locorum conſuetudinem & manifeſtandæ ſunt merces, vt ſolitæ gabellę exactoribus perſoluatur.

Finis Libri Noni.

DE RESTITVTIONE IN COMMVNI

Liber Decimus.

TRACTATVS PRIMVS De Natura Reſtitutionis.

Quid ſit reſtitutio. Cap. I.

a l. Reſtituere, ff. de ver. ſign. b 2.2. q. 62 ar. 1 c S. Thom. vbi ſup. et alii apud Sayr. n. 4 d 5. Ethic. 1.

Reſtitutionis ethimologia.

IDEM eſt a reſtitutio (ſi ethimologiam ſpectes) idem eſt ac in priſtinum ſtatũ repoſitio, ſicut eſt reſtituere ex b Diuo Thoma, eſt iterato aliquem in poſſeſſionem, vel dominium ſuæ rei ſtatuere. Quid ſit dominium, & poſſeſſio dictum eſt Libro ſuperiori.

Eiuſdem definitio.

Definitur autem c quod ſit actus iuſtitiæ, & commutatiuæ, quo damnum proximo illatũ reficitur, ſeu quo quis in locum, ſeu ius rei ſibi debitę reſtituitur:

Iuſtitia triplex. Legalis Diſtributiua Commutatiua.

Dicitur Iuſtitiæ, quia ad hanc pertinet reddere vnicuique quod ſuum eſt (commutatiuæ) ad differentiam legalis, & diſtributiuæ, & illa quidem ordinat partes ad totum, d appellaturque à Philoſopho generalis, & tota virtus, hæc è contra totum ad partes; commutatiua vero partes inter ſe ad æqualitatem reducit; & ob id, vt reſtitutio ſi legitima, debet fieri ſecundum æqualitatem rei ad rem, ſiue res ipſa ſit per furtum ſublata, ſiue accepta per mutuum, aut depoſitum, aut venditionem &c. Additur (quo damnũ proximo illatum reficiatur) nam cum quis poſsit multipliciter

damni

damnificari, erit etiam, & reſtitutio multiplex, Demum ponitur (vel ius rei debitæ) quia reſtitutio non cadit, niſi vbi debitum præſupponitur.

Di differentia reſtitutionis, & ſatisfactionis. Caput II.

Quo reſtitutio & ſatiſfactio cõueniant.

QVamuis reſtitutio, & ſatisfactio in eo conueniant, quod vtraque ad Iuſtitiã commutatiuam ſpectat, & poſsit quandoque reſtitutio eſſe pars ſatisfactionis, quatenus vt qui furtum, verbigratia committendo, Dei præceptum uiolat, ſic reſtituendo, ipſum honorat, & iniuriam recompenſat, eodemq. ſenſu iubeat *a* Greg. tam pro damno dato, quam pro iniuria fieri ſatisfactionem, ubi ſatisfactionem cum reſtit. confundit, adhuc tamen ſi proprie uſurpentur, prout reſtitutio eſt bonorum ablatorum redditio, & ſatisfactio, pars pœnitentiæ, habebunt inter ſe multiplicem differentiam.

a c. ſi culpa, de iniur. & dãno dato.

Proprie utraq. ſũpta Ex parte obiecti.

2 Ex parte perſona cui ſiunt.

3 Ex parte effectuum.

4 Satiſfactio reſpicit amicitiã, reſtitutio æqualitatem

5 Satisfa. eſt pars pœnit. reſtit. autẽ præambulum

6 Satiſfactionis menſura pendet ab arbitrio ſacerdotis, nõ ſic reſtitutioni

Prima, quæ ſumitur ex rebus, etenim ſatisfactio proprie cõcernit actiones, & paſſiones, nempe crimen, & iniuriam; reſtitutio autem reſpicit bona, & fieri debet etiam cum non adeſt culpa, ut reddendo mutuum, uel depoſitum, unde ſequitur poſſe quandoque utranque ſimul concurrere, ut cum quis rem abſtulit, & iniuriam intulit.

Secunda ſumitur ex perſonis, cum reſtitutio fiat tantum hominibus, non Deo, a quo nihil auferri poteſt, ſatisfactio autem & Deo, & homini, imo Deo principalius, cum nec proximorum offenſæ, eſſent peccata, niſi quatenus Dei authoritate prohibitæ, quod confirmatur ex peccati *b* definitione, in qua dicitur eſſe dictum, factum, uel concupitum contra legem Dei.

b Aug. 22 cõtra Fauſtum.

Tertia ex affectibus, nam per reſtitutionem peccatum non remittitur, ſed ab eo ceſſatur, per ſatisfactionem uero remittitur pœna, remiſſa prius per contritionem culpa.

Quarto differunt, quia ſatiſfactio ſit ad Dei amicitiam recuperandam, *c* debet enim fieri ab homine in gratia exiſtente, reſtitutio autem non requirit amicitiam, ſed reſpicit tantum æqualitatem.

c S. Bona. 4 d. 15. q. 4 ar. 2

d Quinto differunt, quia ſatiſfactio eſt pars pœnitentiæ, reſtitutio tantum præambulum.

d de Snitut î conc. Fl ſub. Eu. 4.

Sexto, ſatisfactio ſit arbitrio Sacerdotum, reſtitutio penes ablatæ æqualitatis exigentiam.

Septi-

Septimo Reſtitutio ſit ſolum in hac vita, vel à debitore, vel ab ipſius hæredibus ex eius mandato, at ſatisfactio ſit etiam in purgatorio.

Hinc falſum aſſerunt, qui dicunt per hæredum reſtutionem liberari animam à purgatorio, & è contra etiam ibi detineri quo uſque fiat ab eis, quibus demandata fuit; qui enim antè obitum ſufficienter fieri prouidit, ſi hæres omittat reſtituere, non ei nocebit, *a* & è contra ſi propria culpa reſtituere omiſit, neque id iuſtè præcipit hæredibus etiam ſi hæredes poſtea reſtituant, tam pro ea culpa, quam pro debitæ reſtitutionis omiſſione à pœnis inferni non liberabitur, ratio quia contra rectam rationem eſſet, vt quis pro ea culpa pateretur, quæ nullo modo in eius libertate conſiſtit, quin imò ex hoc ſequeretur defunctum nunquam liberari à pœnis, ſi hæredes nunquam reſtituerent.

Nec obſtat primo *b* Aug. dicens non remitti peccatum, niſi reſtituatur ablatum, intelligitur enim aut in re, aut in voto.

Nec obſtant ſecundo loco verba *c* cap. in literis, ibi enim mendosè exorquetur ſenſu ad animas defunctorum, cum verà ad hæredes ſit referendus, ijs enim commendatur reſtitutio, ut ualeant à negligentiæ crimine liberari

a Adrian. quodl. xi. diffic. 6. Syluiv. te ſtam. 2. q. 9. Sol. 4. Iuſt. q. 6. a. 1. ad. p. Ledeſm. Nau. Henric &c.
b lib. 22. cōtra Fauſtum c. 17
c De raptoribus.

1 *Reſtitutio tantum in hac vita, ſatisfactio etiam in purgatorio.*

Non eſt verò defuncti liberatio à pœnis pendere ab hærede, ſi hic reſtituat vel non.

Quod reſtitutio ſit ad ſalutem neceſſaria. Cap. III.

De fide *d* eſt reſtitutionem eſſe ad ſalutem neceſſariam, & dimiſſis *e* ſcripturarū teſtimoniis, quæ omne debitum reddendum docent.

Probatur ſecundo ratione, Iuris naturalis obſeruatio eſt ad ſalutem neceſſaria, ſed reſtitutio eſt etiam de iure naturæ, ergo, & c. ma. patet, minor probatur innititur quippe reſtitutio, & illi principio. Quod tibi non uis fieri, &c. & è cōtra; quod & Chriſtus faciendum propoſuit cum dixit, *f* quodcunque vultis vt faciant vobis homines &c.

Confirmatur ex Gentilium authoritate; nam & *g* Cicero dixit naturam non pati ut opes noſtras aliorum ſpoliis augeamus, & Alius *h* docuit, æquum non eſſe aliquem cum alterius detrimento locupletari.

Tertio ſeruare iuſtitiam eſt de neceſſitate ſalutis, at reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, ergo.

Contrariū docuerunt aliqui hæretici apud *i* Aug. & aliq vādo

Eraſmus

d S. Tho. 2. 2. q. 62 a 2. pal. 4. d. 15. q. 2. a. 2. & alii. apud Sair nu. 3
e Rom. 8. Thob. 2. Ezech. 33 Leuit. 6. Exod. 22.
f Matt. 7.
g 3. de offic.
h In enchir. c. 75.

Reſtitutio ſa[illegible] *eſt in re, quando in re* [illegible] *poteſt neque.*

1 *Reſtitutionē eſſe ad ſalutē neceſſariam eſt de fide.*

Probatur 1. *ex Scriptura.*

2 *Quia eſt de iure naturæ.*

Cicero.

3 *Quia eſt actus iuſtitiæ.*

Eraſmus *a* in eodem fuit delirio, *b* quamuis ſe poſtea retractauerit, & denique eũdem errorem ſectatos fuiſſe Græcos aliquos, teſtatur, *c* Caſtro. Probant

a Teste Soto 4. Iuſt. q. 6. a. 2.
b In 5. editione ſuæ c. 11. Luc.
c l. 18. de hæreſ. v. reſtit.
d Luc. 11.
e cap. 11.

Primo ex verbis illis Date eleemoſinam, & omnia munda ſunt vobis.

Soluitur prima ratio in contrarium ex verbis Euangelij.

Ratione aliquis, ijs verbis ſubeſſe ironicum ſenſum, quaſi dicat Chriſtus, *d* Date eleemoſinam, & agite quæ veſtro more decepti conſueuiſtis, ſentietis enim aliquando quam inique egeritis, ſimilem loquendi modum inuenimus apud *e* Eccleſ. lætare iuuenis, & ambula in vijs cordis tui, & eiuſdem Chriſti ad Iudã, quod facis fac citius, ſed aptius dici poteſt ibi Saluatorem inſinuaſſe
1 Iudæis conſcientias purgari non externis lotionibus, quas ipſi
2 adeò frequentabant, ſed miſericordiæ operibus: omiſit autẽ tunc de reſtitutione verba facere, quia id ſuum inſtitutum non poſtulabat, aut certè ſi eroganda eſt de proprijs eleemoſina, cur non multo magis reſtituenda etiam aliena?

Probant ſecundo Dominus rei ablatæ non debet velle reſtitutionem cum quo abſtulit non vult reſtituere, ordo enim charitatis poſtulat pluris ab eo faciendum bonum ſpirituale proximi, nè ſcilicet hic ſit in peccato, ob vinculum reſtitutionis, quam ſuum temporale.

Soluitur ſecunda ratio petita ex debito charitatis.

Reſpondeo primo, quod per hoc furis peccatum non vitaretur, qui nihil cogitans, aut curans de domini conſenſu furtum retinet.

Secundo debere nos exponere temporalia pro bono ſpirituali alterius, quando hæc ſunt ſimpliciter neceſſaria ipſius ſaluti, ſic diues pauperi grauiter egenti tenetur ſubuenire nè furetur, aut crimen aliud committat, at in caſu noſtro non eſt eiuſmodi neceſ-
1 ſitas, cum fur peccet ex malitia non ex neceſſitate, poſſitque reſti-
2 tuere, & nolit.

Malitiæ non debet ſuffragari, ſed neceſſitas.

Tertio etiam ſi dominus deberet conſentire, non tamen ſequitur rem ablatam poſſe à fure retineri, nam quamuis diues debeat dare de ſuperfluis in graui neceſſitate exiſtenti, hic tamen nõ poteſt quidquam à diuite inuito accipere, aut acceptum retinere.

Probant tertio, aliquando reſtitutio nequit fieri ſine infamia, &c.

Soluitur tertia obiectio.

Reſpondeo *f* in eo caſu omittendam, quamuis ceſſante, reuiuiſcat denuò obligatio.

f Adrian. 4. de reſt. q. 1. §. difficultas Medic. C. de rebus reſtit. q. 2. a. 2.

Du-

Dubiorum quorundam ſolutiones. *Caput IV.*

Neceſsitas duplex medij & præcepti.

SVpponitur quod neceſſitas eſt duplex medij, & præcepti, prima eſt adeo neceſſaria, vt ſine illa finis haberi nequeat: ſecunda eſt tantum neceſſaria ex impoſitione præcepti, Hæc tamen duæ neceſſitates ſolent concedere vt in actibus pœnitentiæ poſt peccatum, necnon charitatis, & fidei, vt in baptiſmo.

Vt differãt inter ſe.

Maximè tamen inter ſe differunt, quia ſine medio ad ſalutem neceſſario in re, vel ſaltem in voto, homo ſalutem conſequi nequit, etiam ſi inculpabiliter illud omittat, ſic paruulus præcepti incapax, baptiſmum non recipiendo non peccat, ſalutem tamen non conſequitur ob carentiam medij ſibi ex diuina inſtitutione ad ſalutem neceſſarij At ſine eo quod ſolum eſt neceſſarium ex præcepto, homo ſaluari poteſt, ſi illud inculpabiliter omittat, tunc enim ceſſat ratio præcepti, & conſequitur neceſſitas illud adimplendi, vt ſiquis v. g. non poſſit ex rationabili cauſa ſacramentum confirmationis, aut extremæ vnctionis ſuſcipere &c. Hoc ſuppoſito.

Reſtitutio eſt tantum neceſſaria neceſſitate præcepti.

Dubitatur primo. An medij, an præcepti neceſſitate reſtitutio ſit facienda.

a Reſpondeo eſſe ad ſalutem neceſsariam ſolũ neceſſitate præcepti, & hanc ſolam inſinuat *b* Aug. dicens, obligate cum impleri poteſt.

a Pe. Nau. 1. de reſti. c. 1. val 2. 2. q. 62 pũcto 2. Au. 2. 2. b epiſt. 54 c cap. 33. d 2. 2. q. 62. a. 2.

Soluitur prima obiectio ex Ez.

Non obſtat Primo teſtim *c* Ezec. qui ſimul iungit pœnitẽtiam, & reſtitutionem, id enim non præſtitit ad inſinuandam eodem modo in vtraq; neceſſitatem, ſed tantum vt innueret veram pœnitentiam eſſe non poſse, niſi quis habeat animum reſtituendi, & obſeruandi omnia præcepta.

Soluitur ſecũda ex D. Tho.

Non obſtat ſecundo teſtim. D. *d* Tho. aſserentis reſtitutionem eſse de neceſſitate ſalutis, intentio quippè eius eſt docere ſtatum ſeu permanentiam in peccato mor. per iniuſtam, rei alienę detentionem, impedire ſalutem, vnde licet reſtitutionis præceptum ſit affirmatiuum ſicut, & pleraq; alia, ab illis tamen differt, quia in hoc prohibetur ſtatus peccati mort. cum iniuſta detentio peccatum ſit *e* durans quouſq; reſtituatur ablatum, cum adeſt facultas reſtituendi.

e C. cum de vſuris, & 14 q. 6.

Vt differat omiſsio Reſtitutionis, & aliorum præceptorũ.

Hinc aliter à confeſsarijs agendum eſt cum pœnitentibus, qui reſtitutionem impoſitam omittunt, quam cum ijs, qui alia omiſerunt præcepta; hæc enim ſola pœnitentia deleri poſsunt, cum tranſierit obligatio, vt in ieiunio omiſso, aut horis canonicis non

recitatis. At omittens reſtituere, ſemper ad eandem obligatur, quouſq; illam fecerit, ſiue ſit de re iniuſtè ablata, ſiue iniuſtè detenta. In hac tamen materia confeſſarius prudenter ſe gerat, mature proſpiciens quando ex rationabili cauſa, etiam reſtitutione non facta, debeat aliquem abſoluere.

Cautio ad Cōfeſſarios.

Dubitatur ſecundo. Cuiuſmodi præceptum ſit reſtitutio, & vbi præcipiatur.

De reſtitutione eſt aliquid ſpeciale præceptum.

Dicendum primo, de reſtitutione eſſe aliquod præceptum ſpeciale cùm ſit de actu ſpecialis virtutis, nempe iuſtitiæ commutatiuæ. Dantur enim præcepta ſpecialia de actibus virtutum, vnde & D. *a* Tho. idem probat de fide.

Præceptum reſtitutionis eſſe aliquo modo affirmatiuum.

Dicendum ſecundo *b* præceptum reſtitutionis eſſe aliquo modo affirmatiuum, tum quia reſtituere eſt actio bona, quæ præceptis affirmatiuis iniungitur, tum etiam quia reſtituere ſignificat rem in veri domini poſſeſſionem reducere. Item quia in ſcripturis verbo affirmatiuo inſinuatur, vt in *c* Euãgelio reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari, & demum quia hoc præceptum violatur omiſſione, quod eſt proprium præcepti affirmatiui.

Eſt & quodammodo negatiuum.

Dicendum tertio eſſe & *d* quodammodo negatiuum, probatur quia ſicut præcipimur rem alienam domino reſtituere, ita & eandem retinere prohibetur iuxta illud *e* non morabitur opus mercenarij tui apud te.

Vt obliget quatenus negatiuum præceptum, & quatenus affirmatiuum In reſtitutione attendenda moralis oportunitas.

Dicendum quarto Præceptum reſtitutionis quatenus affirmatiuum, obligare non pro omni, ſed pro illa tantum tempore, quo oportune reddi poteſt, & debet; quatenus vero eſt negatiuum, obligare pro ſemper idest vt aliena non detineantur. Obligat autem vel in re, vel in præparatione animi, non ſtatim, & præcipitanter, ſed iuxta moralem oportunitatem.

Dicendum quinto licet diſtinguantur præcepta furti, & reſtitutionis, hoc enim eſt bonum quod pręcipitur, illud verò malum quod prohibetur, adhuc tamē ſecūdum reducitur ad primū, quia vbi pręcipitur non furandum, prohibetur etiam & alienum inuito domino detinere. *f* per vtrunq; enim æquè impeditur dominus, ab vſu rei ſuæ, vnde & *g* Pontifex aiebat, quoad periculum animæ, iniuſtè detinere, ac alienum inuadere, idem eſse; ob id nō reſtituens rem iniuſtè detentam, ſeptimum Decalogi pręceptū transgreditur.

Reſtitutio ad ſeptimum Decalogi præceptum reducitur.

Dicendum ſexto. Omiſſionem reſtitutionis rei alienæ, qua peccatur contra præceptum affirmatiuum de reſtituendo, & retentionem eiuſdem, qua peccatur contra pręceptum negatiuum de alieno non retinendo, vnum eſſe peccatum.

Non reſtituere vnum peccatum committit, quamuis reſtitutionis præceptum ſit affirmatiuum, & negatiuum.

Ratio quia vni virtuti aduerſatur, nempè iuſtitiæ commutatiuæ; quod peccatum tandiu continuatur, quandiu durat facultas reſtituendi, ita vt quoties occurrat noua reſtituendi oportunitas & negligitur nouum, atque diſtinctum peccatum admittatur, non reſtituere autem ex genere ſuo eſt mortale.

a 2.2.q.2.a.5.

b Qui autores principaliter dicunt reſtitutionis præceptū eſſe affirmatiuum apud Say. n 6.§. res hæc.

c Matt.22. Rom 13. Tob.12.

d Authores qui ſimpliciter dicunt neg. apud Say. ibi. §. alij.

e Leui. 19.

f S.Tho.2.2.q.62.a.8

g Innoc.3. c. ſępe de reſtitutione ſpoliorum.

Tra-

TRACTATVS SECVNDVS

De Perſona Reſtituente.

Præmittuntur Regulæ ad reſtitutionem neceſſariæ. Capvt I.

a Altiſiod. l. 4. ſum. tr. de pœnit. ca. de reſtitutione. q. 3. Alenſ. 4p. ſummæ q. 24 m. 5. a. 3 §. 4. i fi. & alij apud. Sayr. num. 1. §. Hanc autem.
b Nauar. Man. c. 17.
c In Sum. V. Reſt. c. 1. §. nō manifeſtans
V. aduerte
d 4 d. 15. ar. 5 q. 4
e V. furtū nu. 26 § 9
f v Reſti. n. 24. § 23

Prima Regula. Non inducitur obligatio reſtituendi niſi cum peccatur contra Iuſtitiam.

PRima regula *a* nō inducitur obligatio reſtituendi, niſi cum peccatur contra Iuſtitiā, ratio *b* quia reſtitutio eſt actus Iuſtitię ponens æqualitatem in rebus temporalibus, ergo debet præſupponere actum iniuſtitiæ, & inæqualitatem in eiſdem; cæteræ autem virtutes directè non reſpiciunt æqualitatem eiuſmodi bonorum, ſed vel Dei cultum, vt religio, vel dilectionem, vt charitas, &c.

Caiet.

Ricard. Angelus. Tabiena.

Hęc regula eſt primo contra *c* Caiet. docentem etiam teneri ad reſtitutionem, qui proximi damnum ſine proprio incommodo poſſunt impedire, & ſecundo eſt contra *d* Riccard. *e* Angelum & *f* Tabienam volentes ſaltem debere reſtituere, & illos, qui doloſè, ex maleuolentia omittunt, cum commodè poſſint impedire proximi damnum.

Cęterum nec hi quidquam obtinent, niſi fortè, doli nomine, iniuſtitiam comprehendant.

Non eſt de ſubſtantia. Reſtitutio niſi culpa vel non culpa.

Secūda Regula. Cùm reſtitutio ſit actus iuſtitię commutatiuę parum refert ad eius ſubſtantiam ſi illatio damni ſit ex culpa, necne, Ratio quia ex ſua natura intendit æqualitatem in rebus ipſis, quæ eſt ſubſtantia reſtitutionis. Quoad modum verò reſtituendi multum refert bona, vel mala fides, culpa, vel non culpa; hinc bona fide emens equum furtiuum, ſi ea ſtante, equus moriatur, aut alienatus fuerit, non tenetur amplius recompenſare, niſi in eo, in quo factus erat ditior, &c.

Tertia Regula. Cum per reſtitutionem inducenda ſit æquali-

Tantundē uerò reſtituatur. tas, debet tantundem reſtitui, quantum ablatum fuerat, pro quo expedit particularium perſonarum, dubius reſtitutio facienda eſt, rationem habere.

4 *Quatuor modis damnum alteri infertur.* Quarta Reſtitutionis obligatio regulariter prouenit ex damno alteri illato, quod fit quadrupliciter, uel bonum eius auferendo, uel illud non reſtituendo, uel, malum illi inferendo, uel eundem ab alicuius boni conſecutione impediendo; quos omnes iniuſtitiæ modos reſtitutio repparat, & emendat.

5 *Reſtituendi triplex origo.* Quinta. Capita, ex quibus obligatio reſtituendi naſcitur, tria ſunt, acceptio rei, res accepta, & utrunq; ſimul Acceptio rei ei duplex, iuſta ut mutuum, depoſitum &c. Iniuſta, ut furtum, uſura &c. ſolius acceptionis iniuſtæ exemplum eſt cum quis rem furatus eſt quam apud ſe non habet ſolius acceptæ rei exemplū eſt cum quis habet equum a latrone emptum, quem eſſe furtiuū ignorat, utriuſq. exemplum eſt cum quis furatus eſt rem, quam apud ſe retinet.

Nomine rei acceptæ, intelligitur res cū fructibus naturalibus. Nomine rei alienæ acceptæ, intelligitur non ſolum res ipſa in ſua ſubſtantia, ſed etiam in fructibus eius, quos naturaliter ſolita eſt parere non autem ex induſtria.

Nomine acceptionis intelligitur omnis quæ non ſit gratuita ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta. Nomine acceptionis intelligitur quæcunque acceptio non gratuita, ſiue ſit iuſta, ſcilicet ex dantis uoluntate, ſiue iniuſta, quæ nimirum fit inuito domino, aut etiam quæcunque actio Iniurioſa per quam proximo damnum infertur.

Ratione acceptionis ſemper ad eſt uinculū reſtitutionis. Notant autem *a* Doctores inter hæc duo capita hanc eſſe differentiam, quod ratione acceptionis, ſemper quis reſtituere tenetur, etiam ſi res accepta non ſit penes accipientem, & hoc tam in acceptione iniuſta, ut in furto qui tenetur reſarcire iniuriam alteri illatam, quam iuſta, ut in mutuo, quia qui rem alienā iuſtè in ſuam utilitatem accepit tenetur ad eius reſtitutionem, & ratione beneficij, & rei acceptę; & ratione acceptionis, & demū ut dantem ſeruet indemnem. *a Caiet. 2. 2. q. 62. a. 6. Arag. ibidē So. 4. iuſt. q. 7. ar. 2. &c.*

Ratione rei acceptæ tenetur quis reſtituere ſi rē habeat aut hac ſua culpa non perierit. Qui uero tenetur ſolum ratione rei acceptę, obnoxius eſt reſtitutioni, quandiu rem illam habet, modo rè culpa ſua perierit, uel eam alienauerit, aut conſumpſerit *b* ſciens eſſe alienam, ratio quia qui cauſam damni dat damnum dediſſe uidetur. ſi autem culpa abfuerit, ad nihil tenetur, ratio quia non ex iuſta, ſed ex gratia, & beneuolentia cuſtos rei erat. *b S. Th. 2. 2. q. 62. a. 6. Caiet. ibid. Ledeſm. 24. q. 18. ar. 6*

6 *In materia reſtitutioni ſufficit certitudo moralis.* Sexta Regula in materia reſtitutionis ſatis eſt ea ſcire, & facere, quæ morali certitudine ſciri ſolent, & ſecundum Doctorum ſententiam probabilia iudicantur, quare in hac materia ignorantia inuincibilis hominem in conſcientia tutum reddit, & probabiliorem Doctorum ſententiam ſequi poteſt utriuſquiſque in praxi, etiam ſi a parte rei opinio uera non ſit, ratio, quia in rebus moralibus id ſatis eſt.

De bonæ fidei Poſſeſſore, & de obligatione reſtituendi.

Cap. II.

a Gab. 4. d.15.q.3. ar. 3. Ara. v.reſtit. 1. n.4. Sylu. Sot.&c.

Durante bona fide nec res nec fructus debent reſtitui.

Dicendum primo, habens, rem alienam bona fide, ipſa durante, nec rem, nec fructus indè perceptos, & conſumptos, tenetur reſtituere, ratio quia hæc illum excuſat in conſcientia, a quin ſi eadem bona fide durante rem uendidit, aut commutauit aut conſumpſit, reſtitutioni non eſt obnoxius.

b Alenſ.p. 4 9.24 m. 5.a.3.§.5. & alij apud.Sayr. nū.1.§.ſecundū.eſt.

Bona ceſſante bona fide.

b Dicendum ſecundo, ſtatim ac ceſſat bona fides, inſurgit obligatio reſtituendi, & rem ſi extet, & fructus eius, aut ſaltem illos in quibus factus eſt ditior; ratio ab oppoſito eius, quæ ſupra & ſicut ignorantia craſſa eum à culpa non excuſat, ſic neq; à reſtitutione. Item nec ei proderit rem in loco publico emiſſe, etiam ſi ſtatutum id permitteret ratio, quia tale ſtatutum eſſet iniquum.

Ignorantia craſſa nec a culpa nec a reſtitutione excuſat.

c Ledeſm. 2.4.q.18. a.6. facit reg. in l. ſiē veniūt §.Præter, ff. de peti. hæred.

Dicendum tertio. Poſſeſſor bonæ fidei poteſt licitè ſubtrahere expenſas, quas fecit conſeruando, & meliorando rem alienam, ceſſante uero bona fide, nequaquam: ex his.

Bonæ fidei poſſeſſor poteſt ſubtrahere expenſas.

Colligitur.

Colligitur primo c quod perdens, etiam ſi propria culpa, vel diſtrahens, aut conſumens rem alienam durante bona fide, & in nihilo factus ſit ditior, nihil tenetur reſtituere.

Secundo Qui deprædatus eſt aliena in bello iniuſto, credens eſſe iuſtum, ſtatim ac ei conſtiterit de iniuſtitia, tenetur prædam reſtituere, & id in quo factus eſt ditior, non autem id quod conſumpſit.

Tertio Emens bona fide rem furtiuam, vbi illa ceſſauerit, tenetur rem reſtituere vna cum fructibus, deductis tamen expenſis, et laboribus.

Quarto Negotiator, qui bona fide per contractum lucratus eſt centum, & poſteà cum his centum ſua induſtria decem alios aureos acquiſiuit, ubi nouerit contractum eſſe vſurarium, tenetur tantum ad reſtituendos centum, non autem & decem, cum hi ſint fructus induſtriæ, & non prioris pecuniæ, quæ ex ſe eſt res ſterilis, & infructifera.

Quinto Accipiens, rem à fure bona fide, ſi eam uendat ſtatim ac nouerit eſſe furtiuam, tenetur prætium Domino reſtituere, ſecus ſi ſtante eadem bona fide illam donauit, ratio utriuſq; eſt

quia in primo caſu in toto prætio factus eſt ditior, in ſecundo verò nihil lucratus eſt.

6 Sexto Vſus rei furtiuæ non tantúdem penſari debet in reſtitutione, quantum re uera valet, ſed tantum iuxta id quod in re ſimili ſibi neceſſaria expendiſſet, qui bona fide re illa vſus eſt.

7 Septimo Inuitatus à latrone ad cœnam furtiuam & comedēs bona fide, ex ſuperueniente notitia obligatur reſtituere ſolum quantum ipſe domi in cœna expendiſſet, ratio quia tantum in eo factus eſt ditior.

Quæſt. 1. Controuertitur autem primo ad quid teneatur qui poſtquàm bona fide & emit, & rurſus vendidit rem, cognoſcit eſſe furtiuam.

Prima conclſio. *Rē alienā & emēs, et vendens bona fide tenetur rārā reſtituere domino id in quo factus eſt ditior.*

Dicendum primo debere proprio domino reſtituere id, in quo ex venditione factus eſt ditior, patet ex ſupradictis.

Dicendum ſecundo quod *a* tenetur reddere indemnem emptorem, ac proinde contractum reſcindere, & prætium emptori, & rem domino, ſeu æquiualens, reſtituere.

a Colligitur ex toto t.t. ff. de euictione, idem docet Arag. 2.2. q 62. a.6. Salon. ib. dē &c.

Contrarium docuerunt *b* Angelus & alii nempè non teneri ad contractus reſciſſionem, vel prætij reſtitutionem modo rem vendiderit æquali, aut minori prætio.

b V. reſtitutio 1. v. Emens n. 4. Sylu. v. reſti. 3. q. 7 §. 24. Nau. c. 17. n. 8. &c.

Secūda Cōclſio. *Tenetur etiam reddere indemnē emptorem.*

Probant primo, res furtiua empta bona fide, ſi interim pereat non eſt reſtituenda, etiam ſuperueniente notitia quod ſit furtiua ergo nec cum vendita eſt.

Soluitur prima ratio in cōtrariū.

Reſpondeo eſſe diſparem rationem, nam cum res ſine culpa durante bona fide conſumitur, cum nihil eius remaneat, nihil etiam reſtituendum eſt, at uerò cum uendit, iam pretium manet, quod eſt idem cum ipſa re.

Probant ſecundo hic uenditor non tenetur reſtituere ratione acceptionis iniquæ, quia prius bona fide emit à latrone, nec ratione rei acceptæ, quia iam non habet illam.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo habet prætium &c.

c Pet. Na. li. 3. de reſtit. c. 4. p. 3. dub. 4. num. 193.

Quæſt. 2. Dubitatur ſecundo. An rem emptam à latrone bona fide, ſuperueniente poſtmodum mala fide, quis teneatur latroni reſtituere, an Domino, etiam cum periculo amittendi prætium.

Prima Cōclſio.

Dicendum primo Emptorem bonæ fidei non poſſe à uero furtiuæ rei, domino prætium datum exigere.

2 Dicendum ſecundo ſi fur, aut is a quo accepit non inueniatur, & res apud ipſum extet, tenetur domino reddere, etiam ſine pretij recuperatione.

Soluitur Obiectio.

3 Nec obſtat, quod exinde patiatur damnum ſine ſua culpa, *c* id enim imputare debet uel ſuæ negligentiæ, uel fortunæ.

4 Dicendum tertio ſi per iudicem, aut alio modo poteſt prætiū à fure repetere ſecundum omnes tenetur rem domino reſtituere, & ſeipſum indemnem ſeruare.

d Dicendum quarto. Poſſe rem furi redere, cum ſuperat probabiliter, aut ſaltem ſufficienter prouidit, ipſam uero domino tutè reſtituendam.

d Couar. reg. peccatum de reg. iur. in 6. 2. §. 2. concluſ. 2.

Dicendum quinto. Habens re alienam, quam dono accepit, aut

a Alenſ. 4 p.q.24. m 5.2.3.§.5. Cab.& alii apud Sayrum, n.16

b C. de rebus reſt. q 10.con. 2. §.verũ autem. So.4 inſt.qu.7. Ledeſ. & alii apud Sair.n.15.

c 1.2.q.62 a.6. i cor.

aut alio titulo gratioſo, obligatur ad illam uero domino reſtituendam.

Dicendum ſexto. *a* Bona fide rem alienam acquirens per contractum lucroſum, u.g. locationem, &c. ſi pretium recuperare nequit, niſi illam furi reſtituendo, non tenetur domino reſtituere.

Probatur primo, quia in pari caſu innocentiæ, unuſquiſq; magis ſibi, quàm alteri conſulere poteſt. Secundo, quia ut latro dominium rei in emptorem non tranſtulit, ità nec emptor dominium pretii in latronem. Tertio quia ſic reducitur negotium in priſtinum ſtatum, &c.

Contrarium huius ſextæ concluſionis docuerunt *b* Io. Medin. & alii uolentes rem uero domino reſtituendam, etiam cum pretii iactura.

Probant primo ex D. *c* Th. qui aſſerit rem alienam quocunque modo ad noſtras manus deuenerit, debere uero domino reſtitui, cum illius dominium ab eo tranſlatum non ſit.

Soluitur 1 ratio incontrarium ex D. Tho. authoritate.

Reſpondeo. Reſtituendam quidem ſed ſine damno poſſidentis eam bona fide, ſatiſque eſſe ſi furi reſtituatur, monendo illum, ut uero domino reſtituat.

Probant ſecundo. Si latro mortuus eſſet, qui emit bona fide, teneretur rem uero domino reſtituere cum iactura pretii, ergo, etiam ſi præſens ſit, nam uinculum reſtitutionis ex dominio rei, quod eſt penès dominum, non deſinit ex eo, quod latro ſit præſens.

Soluitur 2

Reſpondeo negando conſequentiam, nam abſente, aut mortuo latrone, ceſſat ſpes recuperandi pretium, ob id res ſine excuſatione reddenda eſt uero domino, ſecus ſi latro ſit præſens, poteſt enim, & repeti pretium, & reſcindi contractus, & ab eodem latrone res proprio domino reſtitui.

Soluitur 3

Probant tertio, quia uenditor ſciens rem eſſe alterius, ſicut nequit illam alienare, ita nec redere latroni, quia ſic uerus dominus idem damnum pateretur.

Reſpondeo negando conſequentiam. Primum enim, non eſt medium ordinatum ad rem proprio domino reſtituẽdam, ſed potius detinendam contra eius uoluntatem; ſecundum autem optimè, quia ſic & ipſe emptor bonæ fidei recuperat pretium, & latro inducitur ad rem ſuo domino reſtituendam.

d Na. ma. c.17. n.9.

Soluitur 4

Probat quarto. Reſtituẽdo latroni, uidetur cooperari in furto. *d* Reſpondeo, potius cooperari in reſtitutione, quam ſi facere omiſerit, latronis malitiæ imputabitur.

Probant quinto, poteſt iudice compelli ad rem uero domino reſtituendam, ergo & in conſcientia tenetur, conſequentia probatur, quia forum exterius, excepta falſa præſumptione, ſemper eſt iuſtum, & conſonum foro interiori.

Soluitur 5.

Reſpondeo. Iudicem cogere emptorem ad pretium reſtituen. quia præſumit in foro exteriori malitioſè rem latroni reddidiſſe, & velle illum occultare, cũ tamen aliter dicendũ in foro interiori. Et probatur. Iudex ideo rectè iudicat, quia non tenetur uitare

damnum emptoris, ſed ſolum curare, ut ſuum cuique reddatur, quamuis adhuc liceat etiam emptori potius damnum ſuum uitare, quam alterius utilitati conſulere.

Quæſt. 3.

Dubitatur tertio. Quid agere debeat emptor bonæ fidei, poſtquam nouerit rem eſſe alienam, & rei dominus non inuenitur.

Quid agẽdum de re furtiua nec domino, nec fure comparente

a Reſpondeo, ut ſupra, ſatis eſſe ſi latroni reſtituat rem ad pretium recuperandum, quod ſit aut latro non compareat, aut ab eo pretium recuperare nequeat, debet rem uendere, & pretium pauperibus erogare, idque publice fiat ad tollendam ſuſpitionem, & ſe indemnem ſeruandum, ſi quando poſtmodum appareat uerus dominus.

a Hoſtien. in ſum. li. 5. ti. de pænit. & remiſſ. in 6 & §. quib. & qualiter. Alē. Gab. Ange. Sy. &c.

Quæſt. 4.

Dubitatur quarto. An emens rem alienam ſcienter animo reddendi eam proprio domino, poſſit ab hoc repetere pretium datum furi.

Emens rẽ furtiuã animo reddendi uero domino, põt ab eo repetere pretiũ, & expẽſas

b Reſpondeo affirmatiue, eique deberi in conſcientia, quoties dominus probabiliter non fuiſſet alio modo rem ſuam recuperaturus, aut non pro tam modico pretio.

Ratio, quia hic emptor utiliter geſſit illius negotium; quare inſuper tenetur dominus ſoluere expenſas.

Cæterum in foro exteriori non creditur tali emptori, niſi fuerit publice proteſtatus, quod ea cum intentione emerit, aliter tamen in conſcientia, & cum iudex certior factus eſt illum ea intentione emiſſe.

b Anch in reg. pecc. col. 13. de regu. in 6. & ibi Couar. in p. 2. §. 13. n. 5. & alii apud Sayr. nu. 21

Quæſt. 5

Fructus rei furtiuæ bona fide conſumpti, nõ ſunt reſtituendi.

Dubitatur quinto. An fructus rei alienę bona fide poſſeſſæ reſtituendi ſint cum ipſa re, adueniente mala fide.

Dicendum primo. Fructus bona fide conſumptos non eſſe reſtituendos, & quidem non ratione rei acceptæ cum non extent, nec ratione iniquæ acceptionis, cum durante bona fide conſumpſerit.

c Dicendum ſecundo. Fructus extantes, quia reputantur idem cum ipſa re, debent ſimul cum ea reſtitui, intelligitur autem de fructibus, ſi ſunt naturales, ſecus ſi ſunt induſtriales, aut mixti, quia illi omnino cedunt ei, qui poſſidebat, ab iſtis uero detrahendæ ſunt expenſæ, & labores.

c Io. maior. d. 15. q. 26. Sil. v. reſtit. 3. q. 7. Couar. 1. var. reſ. c. 3. nu. 6. &c.

De Emptore, & poſſeſſore malæ, vel dubiæ fidei, & de reſtitutione vtriuſque. *Caput III.*

Scienter habens rem alienam, tenetur regulariter reſtituere, quia ſemper eſt in mala fide, & mora.

a Alex. p. 4.q.24. m. 5.art. 3. §. 5. Gabr. 4. d. 15.q. 3. dub. 5. pp. 1. & alij apud Sayr. nu. 1.

DIcendum *a* eſt primò. Habens rem alienam ſcienter, ſiue per donationem, ſiue per contractum, regulariter tenetur reſtituere vero domino, ſi extet, ſi vero ſit conſumpta, valorem eius, non obſtante quocunque humano ſtatuto permittente, verbigratia, vt res furtiua empta in loco publico cedat emptori, eſſet enim iniquum.

b c. fi. de inue. & c. grauis, de reſti. ſpo. Io. Medi. C. de reb. reſtit. q. 6. Nou. reg. pecc. p. 2 §. 6. nu. 4.

Ratio cõcluſionis eſt, quia ſic ſcienter rem alienam accipiens, aut detinens, eſt particeps iniquæ acceptionis, & detentionis, & non minus damnificat dominum, quam primus latro, & hoc procedit etiam ſi hic, qui ſic ſcienter emit, aut detinet ſit quartus, aut quintus, &c. & quomodocunque ad eum perueniat res aliena iniuſte acquiſita ſcienter, quia ſemper eſt in mala fide, in fraude, & mora.

Malæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere nedũ rem & fructus, ſed & compenſare dãnum emergens, & lucrum ceſſãs.

Dicendum ſecundo. *b* Poſſeſſor malæ fidei, nedum tenetur reſtituere rem ipſam, ſi habet, aut pretium, ſi non habet, ſed etiam omnes fructus, quos ex illa precepit aut dominus percepiſſet, nec non lucrum ceſſans, & damnum emergens, quæ dominus toto illo tempore paſſus eſt, & in his malæ fidei poſſeſſor, & emptor æquiparantur latroni. Intelligendum eſt autem de fructibus ex ſe prouenientibus à re, ita vt hæc ex ſe ſit fructifera, cuiuſmodi non cenſetur pecunia

Malæ fidei poſſeſſor non põt ſubducere niſi expenſas neceſſarias.

c Syl. v. reſtit. 3. q. 7. §. primum

c Dicendum tertio. Emptor, & poſſeſſor malę fidei non poſſunt licite ſubducere expenſas, niſi neceſſarias pro fructibus congregandis, & ſine quibus res perijſſet, aut euaſiſſet deterior, & hoc in foro exteriori, in interiori tamen debet dominus rei compenſare illi expenſas etiam vtiles, & voluntarias; non enim debet locupletari cum alterius iactura, ob id à Doctoribus ponitur diſcrimen inter forum conſcientiæ, quod reſpicit æqualitatem, vt vnuſquiſque quod ſuum eſt accipiat & forum contentioſum, ꝙ ſæpe etiam culpam delinquentis punit; vt latronis, moroſi debitoris, & malę fidei poſſeſſoris. His præaſſumptis.

Dubitatur primo. An ſcienter emens rem furtiuam, poſſit rem furi reddere, vt pretium recuperet, an teneatur illam domino reſtituere. In hac quæſtione. Quæſt. 1.

Primo certum eſt, quod, ſi rem dono habuit à latrone, non ſatisfacit ipſam latroni reſtituendo, cum res non fuerit donantis.

Secundo, non poſſe recipere à domino prętium furi datum, neque in foro conſcientiæ, neque in foro exteriori, quantumcunque in publico loco emerit animo ſibi ſeruandi.

Tertio, non poſſe rem furi tradere, ſi probabiliter nouerit furem non reſtituturum vero domino.

Controuertitur autem, an vbi dubitat probabiliter furem domino rem non daturum, poſſet ipſe rem furi tradere, vt pretium recuperet.

Qui dubitat furem domino rem non redditurum nequit eam illi reddere ad pretium recuperandum.

a Et reſpondeo negatiue contra *b* Aleſem, & alios. Ratio, quia peccauit emendo, vrget ergo illum iniqua acceptio, & ob id in ſolidum cum fure tenetur facere reſtitutionem domino, & multo magis quam fur, cum ipſe rem detineat, & conſequenter ſicut fur non poteſt ſeipſum ſeruare indemnem, detinendo, aut diſtrahendo rem, ſic nec iſte, qui ſic ſcienter emit. Si ergo hic pretium à fure voluerit recuperare, curet id facere ſine domini præiudicio, quod ſi nequeat imputet ſibi prętij dati iacturam, &c.

a Io. Med. C. de reb. reſ q. 2. d. 2. Pet. Na. 3. de reſti. c. 4. p. 3. n. 200. Salō. 2. 2. q. 62. a. 6. cont. 3. conc. 2. b 4. p. q. 24 m. 5. a. 3 § 5. Ga. Angel. Syl.

Quæſt. 2.

Valor rei furtiuæ reſtituendus eſt ſecundum optimum eius ſtatum, modo ne fur morã purgauerit; Si res furto ſublata extet, debet ipſa reſtitui.

Dubitatur ſecundo. Quomodo reſtituendus ſit valor rei mala fide poſſeſſæ, an ſecundum ſtatum, in quo erat quando ſublata eſt, an aliter, &c.

Reſpondeo. Reſtituendam eſſe ſecundum optimum ſtatum, quem habuit, ex quo detenta eſt.

Ratio, quia quidquid in crementi accepit, domini eſt, cum fur ſemper ſit in mora; Fallit, modo fur moram aliquando purgauerit, offerendo rem domino antequam deterioraretur.

c Cæterum, quia rei furtiuę conditio varia, & multiplex eſse poteſt, ideo &c.

c Io. Med. q. 6. & 10. Couar. & alij. apud Sayr. n. 8. 8.

Poteſt vice rei ſublatæ alia reddi, modo ſit eiuſdem omnino bonitatis.

d Dicendum primo. Si res extet in ſpecie, & ſeorſim, ſeu immiſta ab alijs rebus latronis, ſiue ſit meliorata, ſiue quocunque alio modo ſe habeat, debet eadem numero reſtitui,

d Io. Med. vbi ſup.

Mixtio rei ſublatæ cum aliis bonis inducit ius in aliam eiuſdem generis & actionem contra furē.

Ratio, quia dominium non eſt acquiſitum latroni, neque à latrone potuit in alium transferri, quod ſi ex eiuſmodi reſtitutione dependeret in famia, vel alia rationabilis cauſa obſtaret, ſufficeret reddere valorem rei.

e Pet. Na. 4. de reſti. ca. 1. d. 3. nu. 5.

e Dicendum ſecundo. Si emptor, aut poſseſsor malę fidei, velit aliam rem eiuſdem prorſus bonitatis reddere, ſatisfacit præcepto reſtitutionis Ratio quia ſic damnum integrè compenſat.

Mala fides omne periculum ad ſe trahit.

f Dicendum tertio. Si res furto ſublata mixta ſit cum cęteris bonis latronis, ità vt amplius diſcerni nequeat, ſatis erit æquiualentem reſtituere. Ratio, quia per mixtionem deperditum eſt dominium ſupra rem illam numero, & remanſit tantum ius ad rem conſimilem in genere, & actio perſonalis contra furem præſertim ſi rem illam ſic mixtam alienauit.

f Syl. v. reſtitutio 3. qu. 6. §. ſecundum.

g Dicendum quarto. Si res durante mala fide pereat etiam fortuitò, & ſiue culpa ſic poſſidentis, illi perit, & non vero domino. Ratio, quia ſemper eſt in mora, hæc autem omne periculum ad ſe trahit.

g S. T. 2. 2 q. 62. ar. 6. & alij. apud Sayr. nu 14.

Dicen-

Dicendum quinto. Vbi res pereat apud malæ fidei poſſeſſorem quæ adhuc apud verum dominum fuiſset peritura, tunc diſtiguēdum eſt; nam primo, vel nihil omnino eius remanſit, & dominus ante illud tempus, quo contingit rei interitus, illam non vendidiſſet, nullamque vtilitatem ex ea percipiſset, & tunc ſur ad nihil tenebitur, cum nihil omnino damni intulerit vero domino. Vel ſecundo, res quæ erat quidem peritura apud dominum, verbigratia, per ſuperueniens incendium, remanet ſalua apud ſurē & reſtituenda eſt, vel è contra, antequam incendium occurrat, fuit ab eodem fure que ſua culpa amiſsa, & neque interim rei dominus quidquam vtilitatis ab ea fuiſset percepturus, & etiam liber manet fur à reſtitutione, & idem proportionabiliter eſt in caſu deteriorationis, vt quando ex vino fit acetum.

Non tenebur fur ad recuperandum dominum, quod omnino contingiſſet apud uerum dominum.

a Demum attendenda ſemper eſt ratio damni illati, & lucri ceſſantis, ſine quibus omnino ceſsat vinculum reſtitutionis, & è contra.

a 10. Med. C. de reb. reſti. q. 6. c. 3.

Dicendum ſexto. Res furtiua debetur vero domino, etiam cū melioratione, b ſed in foro contentioſo debentur expenſæ neceſſariæ tantum, in foro autem animę etiam vtiles, & voluntariæ, ſiue dominus rem eſset melioraturus, ſiue autem non, modo melioratio illa perſeueret, aut ex ea latro factus fuerit ditior.

Meliorationes debentur vna cum re ipſa uero domino, deductis tamen expenſis.

b Syl. v. ex penſę. q. 4. facit tex. l. ſi a patre §. fructus, ff. de peti. hære. & l. ex arg. ff. de condi. ur.

Dicendum ſeptimo. Si res furtiua à vero domino in alio tempore, quam à fure diſtracta pluris valuiſset, & dominus rem illā vſque ad tale tempus ſeruaſset, vtique tantundem etiam à latrone reſtitui debet.

c Gab. 4. d. 15. q. 2 ar. 3. &c.

Ratio, quia pretium rei, & res pro eodem reputantur, fuitque à latrone damnum illatum in pretio, & conſequenter in re.

Dicendum octauo. Quoad fructus, & intereſse rei mala fide poſseſsæ.

Dicendum primo, vt ſupra, neminem teneri ad fructus, quos propria induſtria percepit, ſecus de naturalibus, & mixtis, d deductis tamen expenſis.

Fructus etiā reſtituendi ſi naturales, aut mixti, ītē habita ratione ad dānum emergens, & lucrum ceſſās item ſi eoſdē vſu licito dominus percipiſſet, & fur ex eis factus ſit ditior.

d c. grauis de reſtitu. ſpol. & c. ſi culpa de iniur. & dom. dat.

Secundo. Si nulli fructus percepti ſunt, nulluſque dominus rei ex ea percepiſſet, nihil etiam ratione fructuum reſtitui debet.

e per iura ſuperi⁹ ci. & Palu. 4. d. 15. q. 2. ar. 5. Sco. Gab. Hoſt &c.

Tertio. Teneri ad damnum emergens, vt ſi verbigratia, dominus coactus fuerit mutuo ſub vſuris tantundem accipere, nec non ad lucrum ceſsans, vt ſupra.

Quarto, ſi extent fructus, ij reſtituantur ſin minus, eorum valor, ſi ex eis factus ſit ditior, parcendo interim rebus proprijs, & dominus eodem percepturus fuiſset e ex licito, & honeſto vſu.

f ę. rapinā. 14.

Dubitatur tertio. An emptor, ſeu poſseſsor dubiæ fidei tam tēpore contractus, quam poſt, emendo peccet, & reſtituere teneatur.

g Salon. 2. 2. q. 9. a. 6. concl. 4.

Dicendum primo. f Ementem, vt reſtituat vero domino non peccare, imo mereri ex charitate, præſertim ſi iudicet aliter in veri domini poſseſſionem rem minimè peruenturam, poteritque ab eo pretium repetere. g quod ſi poſt debitam adhibitam diligē-

tiam

tiam verum dominum non inuenerit, poterit aut ex rei extimatione, aut ex eius pretio tantundem retinere reliquo in pios vſus diſtributo.

ſ Salon. 2. 2. q. 9 n. 6. concl. 4.

Emens rem dubiam ante adhibitam diligam peccat mort.

Dicendum ſecundo. *a* Emens, aut accipiens rem cum dubio probabili in ſuum commodum, non præmiſſa debita diligentia de veritate inquirenda, peccat mort. ratio quia ſe exponit probabili periculo contrectationis rei alienæ, & quia faceret contrà dum practicum, & contra conſcientiam. Dubium autem hoc probabile debet oriri ex probabilibus coniecturis, quæ iuxtà prudentum iudicium ſuſpitionem ingerant, non autem ex conſcientia ſcrupuloſa.

a Hoſt. li. 5. ti. de pœnit. & remiſſ. n. 61. §. Quib. & qualiter ſus. Quid de predam emẽtibus.

Dubietas debet oriri ex coniecturis nõ ex conſcientia ſcrupuloſa.

Dicendum tertio. Qui cum eiuſmodi dubio rem alienam emit, eam nec poteſt rurſus alteri vendere, nec contractum cum latrone reſcindere, ſed tenetur vero domino reſtituere, ac ſi mala fide emiſset.

In moralib. dubia & mala fides pro eodẽ reputantur

Ratio quia in moralib. dubia, & mala fides pro eodẽ reputãtur. Nec obſtat quod ſaltem domino non comparente, deberet ei acquiri, cum in dubijs melior ſit conditio poſſidentis hoc enim dictum, eſt intelligendum de eo, qui ab initio habuit bonam fidẽ.

In dubiis melior eſt conditio poſſidentis intelligitur quãdo à principio adfuerit bona fides.

Dicendum quarto. Si poſtquam rem à fure aliquis dono accepit, eam poſtea dubitans iterum vendat, tenetur pretium vero domino reſtituere, quando certo conſtiterit illius eſse, ratio quia ad hoc idem tenetur etiã ſi bona fide vẽdidiſset, ergo à fortiori, &c.

b Couar. in reg. peccatũ de reg. iur. in 6. p. 2. §. 12. nu. 4. 10. Med. c. de reb. reſtit. 9. 10. conc. 3. §. Dico 2.

Dicendum quinto. *b* Emens rem furtiuam bona fide, ſi dubio ſuperueniente diligentiam debitam adhibuerit, & adhuc remanet æquè dubius, poteſt eam tuta conſcientia retinere, aut vendere, modo emptori ſuam explicet dubietatem, Ratio primi, eſt quia in dubijs præfertur conditio poſſidentis, ratio ſecundi eſt quia alioquin emptorem defraudaret, quem debet ſeruare indẽnem; defectus autem rei ad emptionis ſpectat indemnitatem.

Quantum profit in bona fides & diligentia adhibita poſtquam dubium ſuperuenerit. Vbi non liquidò conſtet de vero domino quod agendum ſit bonæ fidei poſſeſſori

Dicendum ſexto. Si etiam bona fide quis emerit rem furtiuam & diligenter ob ſuperueniens dubium inquirat de vero domino de quo adhuc non liquidò conſtet rem ad eius dominium ſpectare, debet pro dubij maiori, minorive notitia, cum eo circa reſtitutionem conuenire.

Quærit 4.

Dubitatur quarto. An Chriſtiani ſpolia noſtrorum à Turcis in bello capta ementes, vel alio modo recuperantes, teneantur ea ſuis dominis reſtituere.

c D. Th. 3. de regim. Princ. c. 11. Adr. 4. in mat. de reſtit. & alij apud Sayr. n. 31. §. ſecunda opinio.

Reſpõdetur negatiuè. Probatur primo, *c* ex cõſuetudine quę ità inualuit, & præſertim in Hiſpania, vbi ſi triduò bona à Mauris finitimis poſſideantur, quomodocunque recuperata poſtmodum in Hiſpaniam reportentur, ad ſuos dominos amplius non redeũt. Secundo quia videtur adeſse tacitus Principum cõſenſus, & hoc rationabiliter, vt Chriſtianorum animi contrà Turcas dimicando acrius accendatur. Tertio quia videntur haberi pro derelictis. Quarto confertur ex *d* Ariſtotile.

Contrarium docuit *e* Couar. ſed eius fundamenta ex dictis facilè diſsoluuntur.

Dubita-

d In l. polit. c. 4. & 5.

e Reg. peccatũ p. 2. §. 11. de reg. iur. in 6.

f diſp. 35. & 36.

g c 13. nu. 96.

Dubitatur quinto. An recuperans aliquid à Turcis, quod ipſi à Chriſtianis ſurripuerant, teneatur illud reſtituere.

Reſpondeo valebit in hoc plurimum Confeſſarij iudicium, Regulariter tamen ſi res furto prius ſublata, poſtea per triduum fuerit à Turcis poſſeſſa, poteſt qui recuperat, ſibi retinere.

Emens à Turcis ſpolia Chriſtianorum in bello acquiſita nõ tenetur reſtituere.

Quæſt. 5

Dubitatur ſexto. An emens rem à Turcis, quæ à Chriſtianis tempore naufragii proiecta fuerat teneatur ſimiliter reſtituere.

Quæſt. 6.

Reſpondeo affirmatiuè modò naufragium tantum ſit factum ratione belli, quod gerebatur cum Turcis. Circa ſeruorum autem reſtitutionem vide Molinam, & g Nauarrum.

De perſonis, quæ ad reſtitutionem tenentur. Cap. IV.

DE his qui ad reſtitutionem obligantur ratione iniquæ acceptionis etiam ſi nihil rei acceptæ habeant agendum, qui dicuntur complices, & con cauſæ damni illati ſecundum illud a agentes & conſentientes pari pæna puniuntur.

a c. notũ ſit 2. q. 1

Nouem genera Complicum ad reſtitutionem tenentur.

Sunt autem nouem perſonarum genera, imò decem, computato executore, qui hoc modo ſunt reſtitutioni obnoxii, & his uerſibus comprehenduntur.

Quilibet in ſolidum reddat, prius iniuriator
Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.
Currere cum fure faciunt, furtique reatum.

b 2 2 .q.92 a. 7

Horum ſufficientiam habes apud D. b Thomam.

De

Secundo Si duo ignes lignum comburant, etiam ſi alter eorum ſolus fuiſſet ſatis, quia tamen vterque de facto lignum comburit vterq; dicitur cauſa illius combuſtionis, idem poſſet dici in homicidio perpetrato a duobus, quamuis ab uno potuiſſet executioni demandari, & proportionaliter in omni crimine &c. Cum ergo duo ſint nempè & verè efficere, quod eſt poſitiuum, & vt ſine ipſo efficienter non ſequatur, quod eſt negatiuum ratio efficacis cauſalitatis ſumenda erit potiſſimum a priori illo poſitiuo.

Vnde ſit regula cum poſito aliquo, quod influit in effectum ſequitur talis effectus, & eo ablato uel non ſequitur, uel ſi ſequitur alio modo ſequitur, certè erit cauſa illius effectus, & hoc tam in naturalibus, quam in moralibus; ex his patent multa, quæ inſeruntur.

Regula ad cognoſcendā cauſam efficacem.

Sed & [a] Innocentii [b] aliorumq. ſententia quæ aliquantulum a noſtra videtur prima fronte diſſentire, vera etiam erit cum hac tamen conditione, nempè omnem concurrentem, aut conſentientem teneri ad reſtitutionem, quando talis concurſus, aut conſenſus, eſt uerè cauſa moraliter influens in effectum, non autem quádo eſt ſolum cauſa ſine qua non, nequè aliud colligitur [c] ex l. uulgaris in qua quia omnes cooperati ſunt in ablatione ligni, omnes pariter declarantur teneri ad reſtitutionem.

[a] In c. ſicut dignū de homi. [b] Hoſtien. Altiſiod. &c. apud Sayr. n. 3. [c] C. de furtis.

Innocētius Hoſtien. Altiſiod.

De mandantis. Cap. VII.

Præcipiens ex genere ſuo ſit cauſa efficax tenetur in ſolidum reſtituere.

IVbentem ad [d] reſtitutionem teneri in ſolidum certum eſt, modo & damnum ſecutum ſit, & is cui mandauit aliter non feciſſet, ad quod diſcernendum iuuat in primis uidere an qui exequitur ſit ſubditus mandantis.

Ratio huius dicti eſt, quia ſic mandans eſt cauſa efficax damni.

Dubitatur primo. Quomodo ſciatur quando exequens fecerit damnum iuſſu alterius ita ut aliàs non feciſſet.

Quomodo dignoſcatur quando quis ex ſuo imperio aliquid fecerit.

Reſpondeo ex Imperio expreſſo uel tacito, nempè ſignis, nutibus, uerbis aut minis ſignificato, habita ratione perſonarum mandantis, & mandatarii.

In dubiis inquirat mandans diligenter de ueritate, [e] quod ſi adhuc dubium perſeuerat, nihil tenetur reſtituere. Ratio quia [f] in dubiis cæteris paribus melior eſt condictio poſſidentis.

In dubiis melior eſt conditio poſſidentis.

[d] Syl. An. Tab. Adr. &c. nu. p. apud Sai. [e] Syl. v. reſtitutio 3. q 6. §. 2 [f] L. ſi ob turpem ff. de condi. ob turpē

Dubi-

Dubitatur ſecundo. An cum mandatarius iuſſus occidere Petrum per errorem occidit Ioannem, mandans teneatur ad damnum.

Cum mandatarius per errorem vnum pro alio occidit, mandans tenetur ad dãnum.

Reſpondeo affirmatiuè; ſatis quippè eſt eius Imperio ſecutam eſſe Ioannis mortem, & per accidens eſt quod is Ioannem loco Pauli occiderit.

Dubitatur quarto. An iuſſus tantum vulnerare, ſi etiam occidat iubens teneatur ad homicidium.

Reſpondeo affirmatiuè; mors enim ſecuta eſt ex perículoſo eius Imperio.

Dubitatur quinto. An ſi mandans, antequam mandatarius executus ſit iuſſionem eam reuocauerit, teneatur adhuc ad damnum, ſi reuocatione non obſtante, iſte exequatur, quod iniunctum fuit.

a Reſpondeo negatiuè, modo reuocatio innotuerit mandatario, vel verbis, vel literis, vel reintegratione amicitiæ, vel contractione affinitatis cum eo, quem occidi v.g. iuſſerat, tunc enim maleficium imputatur tanquam cauſæ totali malitiæ ipſius miniſtri, vnde & eſſet etiam immunis ab excommunicatione, & irregularitate, ſi clericum mandaſſet occidi.

a Ang. in v. mandatum.

Dubitatur ſexto, An iubens damnum fieri, quo ſecuto, iubeat etiam fieri reſtitutionem miniſtro non reſtituente, ſit iubens liber à reſtitutione.

b Reſpondeo adhuc teneri, ſicut enim non ſecuto damno, non obligatur ad reſtitutionem licet peccet mortaliter: ità è contra non liberatur à vinculo reſtitutionis, niſi alter effectiuè obediat reſtituendo.

b Alen. 4 p.q.25.m. 5.a.3.§.4. Gab. Io. med. &c.

De Conſulente. Cap: VIII.

Nomine cõſulentis, intelligitur etiã hortans, & dirigens.

NOmine conſulentis hic intelligitur etiã hortans, dirigens, & inſtruens, ita vt cum ſuo conſilio, & inſtructione quis inducitur ad aliquid faciendum, quod aliàs non feciſſet, aut impellitur ad certius & velocius id agendum tunc non reſtituente eo, qui rem executus eſt tenetur conſulens.

Ratio quia tale conſilium verè eſt cauſa efficiens, & *a* Ariſtotelis conſiliatiuum ad cauſam reuocat efficientem, & qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.

b Hinc Conſiliarius, & conſentiens in iure pari modo puniuntur ac ipſe delinquens, *c* Hoc autem procedit in foro conſcientiæ, nam in iudiciali *d* ex ſolo conſilio ſine ope quis tenetur.

e Qui autem dubitat an crimen efficaciter ſua iuſſione ſit perpetratum, non obligatur reſtituere quouſq; animum mandatarij explorauerit, modo interim paratus ſit reſtituere quando ſciuerit ſua cauſa damnum fuiſse illatum. Obligatur autem conſulens ad reſtitutionem faciendam non cui, ſed contra quem conſilium dedit, ſi quidem committens delictum voluntate peccauit. *f* Et rurſus conſulens delictum non excuſatur, cum vix poſſit aliquando ſubeſſe ignorantia probabilis, & inuincibilis maximè cum ſcienter, & ſponte conſulat, itaq; ſemper præſumitur dolus, aut ſi dolus non interceſſit, adminus adfuit lata culpa, de qua maxime in maleficio æquiparatur dolo & quod dicitur de conſulente in materia furti, intelligendum eſt in quacunq; alia, vt in contractibus vſurar. homic. &c.

Conſulens ſcienter delictum nunquam excuſatur.

Lata culpa in maleficijs æquiparatur dolo

Dubitatur primo. An conſulens minus furtum ei, qui maius paratus eſt perpetrare, illo ſecuto teneatur ad reſtitutionem.

Licitè quis poteſt conſulere minus malum ei, qui omnino paratus eſt maius perpetrare.

g Reſpondeo negatiuè, verè enim auertit à proximo maius malum, remq; illius vtiliter geſſit, quare potius beneficium, quã damnum intulit. Nunquam tamen debet participare de furto illo minori, nam tunc ratione rei acceptæ teneretur reſtituere contrarium docuerunt *h* Gabr. & *i* alij, Probant non ſunt facienda mala vt veniant bona, ergo nec conſulenda.

Soluitur ratio in contrarium.

Reſpondeo illud *l* minus malum reſpectu maioris habere rationem boni.

Dubitatur ſecundo. An ſiquis conſulat vt paratus furari magnã ſummã à Petro furetur minorẽ à Paulo, teneatur reſtituere Paulo.

Re-

a 2. Phyſ. c. 3.

b c. notum ſit 2. q. 1. c. ſicut dignam habere de ſent. exc. & l. 1. ff de ſeruo corrupto.

c Lo. med. C. de reb. reſti. q. 7. ad 2.

d Inſti. de obli. quæ ex delicto §. certè.

e Med. vbi ſupra.

f glo. in c. nullus de reg. iur. in 6.

g Caiet. in ſumm. v. Tirannis, & Opuſ. 17. reſpon. 13.

h 4 d. 15. q. 11. ar 3.

i ſylu. v. matri. & olim Sotus &c.

l Rom. 3.

a Reſpondeo affirmatiue, ratio quia vt quis liberet Petrum à damno non habet ius lædendi Paulum, & cum verè ſit cauſa damni illius, verè etiam tenebitur. *a* Arag. 2. 2. q. 61. a. 7. ad 2. &c.

Cum quis eſt dubius, & ex alterius conſilio ad vnam partem determinatur qui ſic conſuluit, tenetur ad reſtitutionem.

Dubitatur tertio. An quando fur dubius adhuc eſt, poſſit licitè ei quis conſulere, vt potius centum, quam ducenta furetur, & potius à Paulo diuite, quam à Petro paupere.

b Reſpondeo ſic conſulentem in vtroq. caſu teneri ad reſtitutionem ei, cui damnum illatum eſt, ratio quia voluntatem alterius dubiam determinauit ad damnum illud minus inferendum, & delinquens ex conſilio ſuo efficaciter inclinatus eſt ad unam partē, quod forte aliàs non feciſſet. *b* 3.

Conſulens tenetur reſtituere ſecundum quantitatē damni illati.

Dubitatur quarto. An conſulens iam firmiter parato furari centum vt furetur ducenta, teneatur reſtituere centum, vel ducenta.

c Reſpondeo teneri tantum ad centum, ratio quia in his tantū damnum intulit neque contra nos eſt *d* Adrianus. *c* Io. med. C. de reſt. reſtit. q. 8. coroll. 3. Coua. Pe. Nau. Saló &c.

Conſulens furto ſecuto non ſatis facit conſulēdo reſtitutionē ſed fure non reſtituentis ipſe tenetur.

Dubitatur quinto. An ſi quis iam duxit ad furandum, conſulat reſtituere, ſatisfaciat, an verò fure non reſtituente, ipſe tenetur.

e Reſpondeo affirmatiue ratio quia ſicut ipſe per ſuum conſilium fuit cauſa damni illati, ita quouſq; re ipſa non fiat reſtitutio ſemper eſt obnoxius reſtitutioni, & ſicut non obligatur conſulens furto non ſecuto, ita nec de obligatur reſtitutione non ſecuta. *d* In 4. in materia de reſt. in prin. §. Iā dicam.

Non ſati. eſt conſilii reuocatio niſi ex hac qui conſilium acceperat voluntatem mutet.

Dubitatur ſexto. An ſiquis poſt conſilium datum de furto, contrarium enitatur perſuadere, ſi furtum ſequatur, ſit & ipſe obligatus ad reſtitutionem. *e* Alen. 4. p. q. 24. m. 3. a. 3. §. 4. Gab. Ara. Saló &c.

Reſpondeo ſi ſuis rationibus verè induxit furem ad mutandū voluntatem, cuius cauſa ipſe ante extiterat, non tenetur, ſecus ſi per rationes, quas denuo attulit, non perſuaſit furi vt à furto abſtineret, ratio vtriuſq; eſt quia vt in priori caſu ipſe per ſuum conſilium non eſt amplius cauſa furti, ſic in poſteriori cum perſeueret voluntas furandi, ad quam efficaciter ipſe eum induxerat ſuo conſilio, adhuc eſt cauſa furti.

Differentia circa hoc inter mandantem & conſilium dantem.

Eſt autem differentia inter mandantem, & conſulentem, quia mandatum eſt in fauorem, & gratiam mandantis, vnde reuocans mandatum, obligat mandatarium ab omni obligatione, & vi præcepti. At conſilium eſt in fauorem eius, cui datur, ideò non ſufficit conſilium reuocare, niſi omnino alter à furto abſtineat, vnde ſicut furtum imputatur veneno conſilij, ita furtum poſt reuocationem manifeſtam mandati imputatur malitiæ eius, qui fecit, & non mandanti qui iam expreſſe reuocauit.

Idiota dantes conſilium rogati, & bona fide non tenentur ad damnum.

Dubitatur ſeptimo. Quid de conſilijs datis circa cōtractus, vel quaſi contractus tàm ab homine Idiota, quam perito. *f* Gab. 4. d. 15 q. 2. ar. 3. dub. 2. & alij.

f Dicendum primo ſi conſulentes Idiotæ, cuiuſmodi ſunt ruſtici, mulieres &c. non vltrò, ſed rogati conſilium dederint, ad nihil tenentur, modo adſit bona fides, ſecus ſi fraudulenter, aut ſi ſe ingeſſiſſent, *g* imputari quippè debet damnum ijs, qui cum pe- *g* c. nullus de reg. iu. in 6.

peritos poſſent conſulere conſuluerunt idiotas.

Dicendum ſecundo quod ratione ſtipendij conſilium dare tenentur, Item ſenes, medici, aduocati, Theologi, &c. quibus fides adhiberi debet, & ſolet ſiue vltrò, ſiue rogati tenentur prius dare operam vt rectè, & ſalubriter conſulant, alioquin obligantur ad reſtitutionem damni, quod inde ſecutum eſt, & hoc non ſolum ſi ex dolo, & lata culpa, ſed etiam ſi ex negligentia aut ignorantia contingat, & tantum culpa leuiſſima eos excuſabit.

Excitantur periti rectè conſulere alioquin reſtitutioni erunt obnoxij.

Demum hic adnotandum quod obligatio reſtitutionis non naſcitur ex ſolo animo malo, & doloſo, nec ex ſolo damno dato, ſed ex damno culpabiliter dato, quale eſt illud, quod per doloſum conſilium euenit, tunc enim qui læſus eſt, rationabiliter dicitur contra conſulentem iniuſtus. Secus quando bona fide quis conſilium dederit.

Obligatio reſtitutionis naſcitur ex dãno iniuſto & culpabiliter dato.

De conſentiente. Cap. IX.

Conſentientis nomine venit etiã adiuuãs fauens, approbans, & auxilians, conſenſus verò *a* vel eſt ſolum complacentia voluntatis, vel eſt ſimul cauſa effectus & quia hic tantum influit in effectum, ideò hic tantum obligat ad reſtitutionem.

Qui veniant nomine conſẽtientis.

Conſenſus duplex, & quinam inducat ad reſtitutionem.

Dubitatur primo. An ratum habens delictum nomine ſuo factum, ſed non iniunctum, teneatur ad reſtitutionem.

Ratihabitio tantum non obligat ad reſtitutionem.

Reſpondeò *b* negatiuè, cum per ratihabitionem nec realiter nec caſualiter fuerit proximus damnificatus, peccat tamen mortaliter. Contrarium docuerũt *c* S. Anton. & *d* alij. Probant, *e* quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.

Ratihabitio retrotrahitur quoad pœnã, & peccatum non quoad reſtitutionem.

Reſpondeo retrotrahi tantum circa pœnam legis poſitiuæ, diciturq; æquiparari mandato quoad ſpeciem peccati non quoad reſtitutionem.

Dubitatur ſecundo. Quid dicendum de his, qui vltimi in Collegijs, & capitulis dant ſuffragium, videntq; iam rẽ iniuſtè deciſã à maiori parte, an ſi & ipſi conſentiant, teneantur ad reſtitutionẽ.

Quid in vniuerſitatibus ubi per ſuffragia cauſa determinatur.

Dicendum primo ſi neceſſarius ſit numerus omnium ſuffragatorum vt res executioni mandetur, tunc tam primi, quam vltimi ſiuè publicè, ſiuè ſecretò ſuffragantur, ſi ad iniquam cauſę determinationẽ conſentiant, peccant mortaliter & tenentur ad reſtitutio: ẽ; ratio quia omnes ſunt cauſa ſufficiẽs, & efficax damni illati.

Prima Concluſio.

a Caiet. v. man. ro.
b Pe. Nau. 3. de reſti. ca. 4 p. p. dub 6. nu. 69. Me. C. de rebus reſtit. q. 7. ad 4.
c par. 2. ti. p. c. 12. §. 12.
d Angel. Syl. Tabi. Nauar. apud Sayr. nu. 2.
e Ex reg. Ratihabi. de reg. iu. in 6. & ex ca. cauſa quia de sẽ. excomm. in 6.

2 Dicendũ ſecundo. Si ſuffragia ſecreto ferahtur ſiue quis ſciat, ſiue ignoret quid priores fecerint, & contra iuſtitiam ſuffragetur, peccat mortaliter & ad reſtitutionem tenetur, ratio quia licet vnus prior, & alter poſterior ſit omnes tamen æqualiter ſunt cauſa delicti conſentiendo iniuſtæ eletioni, nec authores de hoc dubitant.

3 Dicendum tertio. In publicis ſuffragijs cum maior pars ſufficit ad electionem faciendam, tunc vltimi videntes expletum numerum, & priorum vota viciſſe, ſuaq; ſuffragia nihil poſſe obtineret, ſi conſentiunt iniquæ illi electioni, peccant quidem mortaliter ad reſtitutionem tamen minimè tenentur, ratio prioris eſt, quia in re graui nullo modo deſerenda eſt veritas, & iuſtitia, ratio poſterioris eſt, quia per ſua ſuffragia verè ipſi damnum non inferunt Excipiuntur tamen hi caſus.

Prima exceptio. Primo quando ſaltem vltima vota ſunt cauſa, vt electio citius, & ardentius executioni mandetur, tunc enim poſteriorum vota variant modum actionis, & conſequenter cenſentur concurrere ad damnum ſecutum.

Secundo Quando licet priorum vota vicerint, tamen poſteriores conſentiunt, quia placet eis electio facta, & ob id omnes cenſentur vna cauſa, ac proindeomnes ad reſtitutionem tenentur.

Tertio cum poſteriores ſunt tantæ authoritatis, vt probabiliter præcedentium vota mutare poſſent, tunc enim tenentur contradicere, & quod rectum eſt ſuadere.

Quarto cum poſteriores habent ius cum ſuis votes confirmandi vota præcedentium, & electionem, quod ius eſt diſtinctum à iure ſuffragandi, & his adhibitis exceptionibus nulla remanet controuerſia inter a Doctores.

a Habes apud Say. nu. 3.

DE

De Adulante. Cap. X.

a Alep. 4. p.q.29.m. 5.§.4. Palud.

SI a Adulator, ſeu palpo ſit tantum lętificatiuus, non autem cauſatiuus maleficij non obligatur ad reſtitutionem, ſecus ſi fuerit prouocatiuus, & inductiuus, tunc enim tenetur in ſolidum cùm fure. *Quis adulator, obligatur ad reſtitutionẽ.*

Sub hoc autém nomine comprehenditur deridens, aut vituperans alium v. g. dicendo vilis es, niſi iniuriam vlciſcaris, ex quo alter pudore affectus dammum proximo infert, idem dicendum de exprobrante v. g. viro vxoris adulterium &c.

De Receptante. Cap. XI.

NOmine recurſus intelligitur receptator, & qui ſignis, verbis, operibus prębet audaciam & ſecuritatem delinquenti, quiq; in domum eum recipit, aut efficit ne capiatur, & quia ſic damnum infert, & fouet iniquitatem, ideo b peccat, & reſtituere tenetur vero domino furis ſpolia quæ, apud ſe retinet ſiue doloſe, ſiue abſque dolo, namque in voto illicito fides reſcindi debet, quod ſi periculum eſſet ne ſibi furtum imputaretur, poterit, & ſub ſigillo confeſſionis, ſuppreſſa ſemper furis perſona, ſacerdoti tradere ad reſtituendum. *Qui veniãt nomine receptãtium.*

b Alen. vbi ſupra Pe. Niu. de reſtit. l. 3. c. 4 p. 1. du. 10. &c.

Excuſantur ab hoc reſtitutionis onere, quando ſecuritas per receptationem permiſſa non eſt cauſa delicti, ſic excuſantur receptantes filiosfamilias, vel ſeruos ad epulandum, & ludendum de rebus furtu ablatis, cum probabile eſt eodem præſtituros etiam ſi domi non recipiantur. *Qui poſſint eſſe receptores abſq; reſtitutionis vinculo.*

Debent autem, & Confeſſarij perſpicere in hoc caſu an pater vel dominus ſit inuitus circa ſubſtantiam rei, an ſolum circa modum rei, & rurſus an ipſis inſcijs res illæ fuerint furto ſublatæ nec nè.

Cauponârij autem, alijq; recipientes ſpolia furto ſublata à filijsfamilias, vel à ſeruis non excuſantur.

Aduocati patrocinantes latronibus tenentur & ipſi reſtituere, nec non & qui fauorem impendunt.

a Rurſus nec excuſantur aduocati, qui pro furibus interueniunt, ne malè ablata cogantur reſtituere, & alij qui fauorem vtcunq; impendunt vt à reſtitutione liberentur.

a Med. C. de reb. reſtitu. q. 2 dub. 6 Vrban. Papa in ca. qui aliorſi 24. q. 3. S. Aug. epi. 54. & refertur c. ſi res aliena 14. q. 6.

Dubium ſolum eſſe poteſt an recipiens furem poſt commiſſum peccatum nihilque participans de præda teneatur reſtituere.

Receptatores aut materialiter aut formaliter & in ſecundum tenentur reſtituere.

Bulla quos receptantes intelligant.

b Reſpondeo poſſe recipi furem, aut materialiter idest, non quà fur, quando ſcilicet id ignoratur, vel ſi ſciatur, adhuc recipitur quia amicus vel conſanguineus, & in hoc caſu receptator non tenetur reſtituere, cum vt ſic non concurrat ad furtum, nec præſtet aliquid per ſe pertinens ad iniquam factionem, ſed potius exercet opus charitatis, & amicitiæ, vel ſecundo recipitur formaliter id eſt quatenus delinquens eſt, vt ſecurius malè agat, & tenetur ad totius damni reſtitutionem præſertum ſi receptatio fuerit ante delictum, Ratio quia verè talis eſt cauſa actionis iniuſtæ, & ſuo auxilio animum malefactori directè præbet ad maleficium, *d* & in hoc ſenſus intelligendæ ſunt cenſuræ incurri latæ contra receptatores hæreticorum, & bannitorum &c. hi enim verè ſunt coadiutores, & cooperatores Scelerum &c.

b Petr. de arag. 22. q. 62. 2.
c l. 2 ff. de recep. tibus.
d Na. Ma. c. 27. n. 26. Caiet. V. excomm.

De participante. Cap. XII.

Omine participiantis comprehenditur quilibot delicti ſocius uel mediator, aut explorator, aut ut cum ſubminis trans alteri inſtrumenta quibus damnum proximo inferẽdum eſſe probabiliter ſciat. *Qui nomine participiantis comprehendatur.*

Participans ergo in criminine, aut in acceptione iniuſta, de qua in præſenti, tenetur ad reſtituendum in integrum, cum ſit cauſa efficax, totius damni quod cum ſit ab omnibus effectum nõ eſt maior ratio unius quam alterius, & ſic omnes in ſolidum ad reſtitutionem obligantur. *Participãs in crimine tenetur reſtituere.*

Dubitatur primo. An cum plures ad damnum inferendum concurunt, omnes teneantur in ſolidum reſtituere.

a Ricard. 4.d 15.a 5 q.4.& alij apud Say. num.2. Dicendum primo. *a* Cum quilibet eſt cauſa totius damni, quilibet ad totus damni compenſationem tenetur, *b* quia qui vna cum alio affectum aliquem facit, verè ipſum facit, *c* ſi enim trabem plures furto aſportent, quem nemo ſolus potuiſſet quiſque tenebitur actione furti. *Cum quilibet eſt cauſa totius dãni, quilibet tenetur in ſolidum.*

b l.ita vulneratus §. fin. ff. ad l. Aquiliam. Dicendum ſecundo. Quando plures inferunt damnum, ita ut quilibet ſit cauſa tantum partis illati damni, ad eam tantum tenetur ſed in huius rei examine non leuiter incumbendum eſt, nam mox v. g. dicetur cauſa totius predæ, quam milites iniuſtè fecerunt, non ſic milites ſinguli.

c l Vulgaris §. ſi duo ff. de furtis. Hinc *d* ſequitur falſam eſſe illorum regulam quod tunc ſolum quis ſi cauſa acceptionis, quando ſine eo res non fieret, & e contra tunc non eſt cauſa quando per alium omnino fieret ſi ipſe non faceret, ut ſi Petrus v. g. facturus erat furtum ſine Paulo ſi tamen & Paulus acceſſit ad furandum non tenebitur Paulus in ſolidum, ſed tantum pro rata. *Diligenter examinãdũ quãdo qui ſit cauſa et talis damni illati.*

d Sylu. V. reſtit 3. q. 6. §. rurſũ Nau. Gab. Quæ regula refellitur, *e* cum aliud ſit eſſe cauſam, per quam ſit effectus, & aliud eſſe cauſam, ſine qua non ſit effectus, *f* hæc enim non computatur inter cauſas, illa uerò quam maxime præſertim cum affirmatio magis, quam negatio rebus intrinſeca ſit, & rurſus, nemo excuſaret famullum uice domini ſui exercentem uſuras aut homicidium committentem ex eo quod ſi ipſe non faceret, alius omninò id eſſet præſtiturus, unde nec in foro exteriori talis exceptio admittitur, & proindè uerissima eſt euangelij ſententia, quod neceſſe quidem ſit, vt ueniant ſcadala, ſed tamen væ illi, per quem ſcandalum uenerit. Affert Sot. naturale exemplum de ligno, cui duo ignes admouentur, cuius combuſtioni uterque eſt cauſa, dum ſimul coeunt, licet per ſe alter illud combureret. *Regula falſa, et quare.* *Aliud eſt eſſe cauſam per quã ſit effectus, & aliud eſſe cauſam ſine qua non ſit effectus.*

e Caiet. 2. 2. 62. ar. 7. & alij.

f 2. phyſ. c 3.

Vterque eſt, dum ſimul coeunt, licet per ſe, aliter illud combureret.

Ex his etiam redargui poteſt diſcrimē, quod ponunt *a* aliqui inter auxiliantem, & conſulentem, quod nimirum hic teneatur in ſolidum cum fure ad reſtitutionem, cum eius conſilium vagetur per totum furtum, ille autem non niſi pro parte, cui ipſe manum apponit, hoc inquam diſcrimen nullum eſt, cum uterque poſſit eſſe cauſa totius, & partis damni illati.

a Inoc. & Panor. ī c. ſicut dig. de homic. nu. 15.

Dubitatur ſecundo. An cum quis dubitat, Vtrum efficaciter concurrerit ad damnum, teneatur ad reſtitutionem.

In dubijs nihil reſtituendum, niſi ex congruentia.

b Reſpondeo negatiue, tum quia in dubia melior eſt conditio poſſidentis, tum etiam quia obligatio ad reſtitutionem eſt odioſa *c* ac proinde reſtringenda. Cæterum ſi is diues ſit, *d* ex congruētia poſſet ei aliquid a confeſſario iniungi reſtiutendum.

b S. Th. 2.2. q. 62. ar. 7. & c.
c c. odia, & reg. iur. in 6.
d Salon. 2.2. q. 62. ar 7. contro. 6.

Dubitatur tertio De militibus ſimul concurrentibus ad prædā in bello iniuſto, an ſingulis teneantur in ſolidum.

dux in bello iniuſto tenetur in ſolidum de prӕda, milites uero pro parte, qua illis obuenit.

Reſpondeo contra *e* Caietanum, & *f* Couaruiam, ducem dūtaxat, aut tribunum teneri in ſolidum. ipſi enim tantum ſunt cauſa efficax damni illati a militibus, hi uero prӕter peccatum mortale, quod committunt, dando nomina bello iniuſto, tenentur iuxta portionem prædæ, quæ illis contingit, *g* niſi forte in caſu, quo plures milites, quaſi una manus, ideſt quando omnes vno conſilio ſe excitantes concurrerent, tunc enim omnes tenerentur in ſolidum.

e 2.2. q. 62. ar. 7.
f reg. pec. pa. 2. § 12. nu. 2.
g Gab. & alij apud Sayrum a nu. 7, §. alij vero.

Dubitatur quarto. Quid ſi plures hortum ingreſſi, quamuis omnes fructus deripuerint, ex quo dominus horti notabilem patitur iacturam, tamen ſingulis non niſi modicum quid ex eis contigerit.

1. Concluſ. Dicendum primo. *h* Si omnes ita conueniunt vt alter alteri ſit cauſa furandi, ita vt vno non eunte, alter non iret, tunc omnes peccant mortaliter, & tenentur in ſolidum.

h Medi. C. de reb. reſtit. q. 10. in fin.

Ratio quia vnuſquiſque eorum eſt cauſa totius damni.

i Dicendum ſecundo. Quicunque animaduertit ex portione

2 modica, quam ſinguli ex ſocijs furabantur ſecuturum domino, notabile damnum, peccat mortaliter, & tenetur in ſolidum.

i Vaſq. 1.2. diſ. 146. c. 2.

Ratio, quia ſuppoſita eiuſmodi ſcientia, vnuſquiſque actu ſuo conſentit, & cooperatur in damnum notabile.

3 Dicendum tertio. Si nullus alium induxit inuit aut nouit alios furari, nullus mortaliter peccauit, ſi tamen poſtea ſciatur damnum notabile fuiſſe illatum, unuſquiſque tenetur reſtituere per rata, alioquin peccat mortaliter in ipſa retentione, non autem in ipſa uſurpatione.

Accedente notitia dāni notabilis illati p plura modica furta, peccatur mortaliter nō reſtituenda pro rata.

l Ratio differrentiæ eſt, quia quando quis neſcit, non poteſt moraliter continuari damnum, quod ipſe inferebat cum præcedenti, ſecus accedente notitia.

l Vaſq. vbi ſup. Coro. 1.

Hinc infertur quid dicendum de eo, qui ſolus, ſed iteratis vicibus per modica furta deuenit ad quantitatem notobilem, de quo aliàs ſupra dictum eſt.

Dubi-

Dubitatur quinto. Quænam ex prædictis cauſis ſit principalis, ac proinde quiſnam inter eos, qui ad reſtitutionem tenentur primo obligetur, pręſertim cum inter *a* Doctores vnanimis conſenſus minimè reperiatur.

a Vide S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 7.

b Petr. Na. 3. de reſt. c. 4. 1. p. & allij.

In dãno lucroſo primo tenẽtur reſtituere qui rem illicitè habet, aut conſumpſit.

b Dicendum primo. In damnificatione lucroſa, ideſt in rebus poſitiuè ablatis illum primo teneri perſonaliter ad reſtituendum, qui rem illicite quomodocunque, aut habet apud ſe, aut mala fide conſumpſit, & hoc tam ratione rei acceptæ, quam iniuſtæ acceptionis, & iniuriæ illatę.

In dã no nõ lucroſo, primo tenetur iubens modo eius iuſsio vim habeat, non conſilij, ſed præcepti.

Dicendum ſecundum. In damnificatione non lucroſa, cuiuſmodi ſunt domus, aut ſegetum incenſio, vulneratio, &c.

Primo tenetur iubens.

Secundo, exequens. Ratio, quia malitia imputatur illi, quam huic, cum ſit tanquam inſtrumentum, quod non agit, niſi motum a principali.

Ex quo colligitur mandantem debere habere vim coactiuam reſpectu exequentis alioquin non erit cauſa principalis, eiuſque imperium erit loco conſilijs, non præcepti, *c* ac proinde eo caſu primo tenebitur exequens ad reſtitutionem.

c Petr. Na. vbi ſup. n. 78.

d vbi ſup.

Dicendum tertio. In certis cauſis ordo ſeruandus eſt, iuxta D. *d* Thomam, vt teneantur.

Primo pręcipiens.

Secundo exequens.

Tertio conſulens.

Quarto conſentiens.

Quinto receptans.

Sexto nõimpediens, cum ex officio teneantur, ob id autem cauſę plures ſunt in eadem ſpecie, aut gradu, obligantur ſimul, vt verbigratia, duo conſiliantes, duo receptantes, &c.

Dubitatur ſexto, An ſi vnus integrè reſtituat, cæteri, qui in ſolidum tenebantur, remaneat libere a reſtitutione.

e Con. reg. peccatum p. 2. §. 12 n. 4. de re. iur. in 6.

f S. Th. 2. 2 q. 62. ar. 7. & alij.

g Petr. Na. vbi ſup. n. 86.

h v. furtũ q. 6.

i l. 2. & 3. ff de condit. ob turpem cauſam.

Cum plures in ſolidũ tenentur vno reſtituẽte, alij deobligantur.

e Et quidem certum eſt primo, cum qui totam prædam accepit quicunque is fuerit, eam reſtituerit, aliàs non teneri, cum domino iam ad æqualitatem ſit ſatisfactum, & *f* ſecundo certum eſt, vno reſtituente ex ijs, qui in ſolidum tenebantur, reliquos teneri ad nihil amplius domino reſtituendum, cum iuſtitia, & bona fide non permittat, vt idem bis exigatur.

Difficultas eſt, an poſtquam vnus totum damnum reſtituit, alij huic pro rata debeant compenſare id quod reſtituit.

g Dicendum primo. In foro conſcientię obligari, tum quia ratum habere debent negotium vtiliter pro eis geſtum, tum quia pœnitens non debet eſſe prioris conditionis, quam non pœnitens, tum demum, quia primo ſoluens ſuccedit in locum domini, qui damnum paſſus fuerat, vnde omnia illius iura fiant primo reſtituendi.

Contrarium docuit Angelus. *h* Probat, quia *i* vbi eſt par cauſa turpitudinis, non reſultat actio vnius, contra alterum, hinc dans pecuniam, verbigratia, Iudici ad iniquam ſententiam, poſt

quam eam tulerit Iudex non debet reſtituere ei, qui dedit, nec ſibi retinere, ſed in pios vſus diſtribuire.

Soluitur Ang. obiectio.

Reſpondeo non teneri ex cauſa turpitudinis nẽpè ex furto præteritò, ſed ex actione honeſta, quam iſte pro ſe, & ſocijs fecit nempe ex reſtitutione.

In foro contentioſo nõ datur actio vni complici contra alios.

Dicendum ſecundo. a In foro contentioſo non dari actionem contra complices ei qui totum reſtituit, ex ſua enim præcedente culpa damnatur.

a l. ſi plures 1. ff. de admi. tut. & in l. 1. de tutelis, & rat. diſtrah. §. nunc. tractemus.

Dicendum tertio. Iuxtà prædæ participationem debere à complicibus plus, minuſve reſtitui ei, qui integrè iam domino ſatiſfecit.

Gradatio in perſonis quoad reſtitutionem tenentur.

Dicendum quarto. Si res ablata apud vnum tantum extet, aut conſumpta ſit in eius vſum, totam ipſe reſtituet, ſi nolit, aut nequeat tenetur poſt illum, qui fuit principalis in crimine, ſi autem neque hic reſtituat, tenebitur vltimo loco quiuis illorum qui in damnum illud conuenerunt, quamuis qui principalis eſt, teneatur in conſcientia reliquos, qui nihil acceperunt, nec in aliquo facti ſunt ditiores, reddere indemnes, b non obſtante illorum turpitudine, cum hic fuerit cauſa efficax damni reſpectu cæterorum.

b Cordub. in ſumm. q. 131. S. Ant. Med. Salõ, &c.

Primum Corollariũ.

Hinc ſi famulus domini iuſſu aliquem occidat, aut domum cõburat, &c. reſtitutione per dominum facta, ipſe amplius ad nihil tenetur, cum præſertim ex damno illato nihil lucratus fuerit.

Secundum Corollariũ.

Quando autem alij priores in obligatione non reſtituerint, quilibet eorum, qui ad damnum concurrerunt tenebitur reſtituere in ſolidum etiam ſi aut nihil furti, aut non niſi pars ei obuenerit.

Secũda cõcluſ.

Dicendum quinto. c Cum plures ex mutuo conſenſu æqualiter ad damnum concurrunt, ſi vnus ex ipſis integrè ſatisfaciat, tenentur reliqui pro rata ei contribuere, ratio quia hic in locum domini ſuccedit, & hoc ne dum ex honeſtate vt vult d Caiet. ſed ex iuſtitia.

Obligatio in ſolidum dat actori optionẽ contra quẽ velit procedere.

In caſu autem quo tres v. g. ad ſexaginta aureos ſurripiendos conuenerint, ſi primus nolit reſtituere, ſecundus autem integrè reſtituat, certè tertius debet huic medietatem compẽſare; e quia de primo nolẽte reſtituere idem fit iudicium, ac ſi mortuus eſſet.

c Couarr. reg. peccatũ p. 2. §. 12. n. 4. de reg. iur. in 6. Petr. Nauar. Arag. Salon nu. 20.

d 2. 2. q. 62 q. 8, a. 6.

Dubitatur ſeptimo. An cum plures tenentur in ſolidum, poſſit Dominus cæteris vi miſſis ab vno tantum exigere reſtitutionem.

Cedẽs obligationẽ reſtituẽdi ipſi principali intelligitur ceſſa & ab ijs qui sũt acceſſorij.

Reſpondeo affirmatiuè f idemque dicendum, cùm quis habet actionem in ſolidum contrà plures, poteſt quippè eum perſequi in iudicio contra quem libuerit.

Cæterum cum is, qui læſus, eſt remittit debitum principali, tũc cæteri ſunt in conſcientia liberi à reſtitutione, ratio quia cum principalis ſit primo & per ſe ad reſtitutionem obligatus, ita vt eo reſtituente, reliqui ſint liberi, idem eſt remittere illi ac remittere omnibus, qui ſunt neceſſarij, vt etiam principali ſoluente, vel libero per creditorẽ dimiſſo, fideiuſſor ad nihil amplius tenetur.

e Ledeſm, 2, 4 q 8, a, 7, in fine, f Ang, V. furtum q. 16, S, Ant, & reliqui apud Say, nu, 22,

Remiſſio debiti vnĩ pro inde ſit ſocijs.

Et rurſus ſi omnes æqualiter ſint debitores, & læſus remittat vni eorum, non poteſt adhuc repetere integrum debitum ab alijs

ſed

a Ang. V. Bellũ. n. 8. b gab. Syl. Petr. Nau. apud Sair. n. 26 §. reſpondeo. c Innoc. & Hoſt. in c. icut dignũ de homic. d argu. c. presbyterũ, &c. lator & c. continebatur de homic.

Qui ſcienter ad malum alios comitantur damnũ inde ſecutũ ipſis imputatur.

Qui vero ut impediant proteſtentur de intentione

Damnum quod ſequitur ex conſilio, aut ſententia, æquiuoca aut inobligata ad reſtitutionem.

ed debet detrahi portio illa quam condonauit.

Dubitatur octauo. An quis teneatur de damno, quod fortè infertur eis quos ſibi ad finem malum adſciuit in ſocios.

Reſpondeo negatiuè modo ſcienter *a* ſi illi adiunxerint, *b* idem dicendum de militibus. qui ad bellum iniuſtum profici ſcũtur, niſi per vim à Duce fuerint ad illud coacti, ratio horum eſt quia ſcienti, & volenti non fit iniuria.

Vbi autem aliqui ſua præſentia, *c* quam exhibent animo impediendi malum, adhuc malum cauſarunt per accidens, quia ſcilicet aduerſarios illius cui adſiſtunt propter eos metus incuſſus eſt ad reſtitutionem tenentur, niſi prius eum monuerint ſe tantum cauſa impediendi malum adeſſe.

Sic etiam dans conſilium, vel ſententiam verbis æquiuocis, tenetur ad damnum quod indè ſequitur, ſicut & qui alium loco aggreditur *d* niſi prius debitam diligentiam adhibeat, ne ſequatur damnum.

De muto. *Cap. XIII.*

e 4. ſent. q 1. de reſti. §. decurẽt f Ale. Riccar. Argẽ. & alii apud Sair. nu. 1. g Sot. 4. Iuſtit. q. 7. n. 3. h Pet. nau. vbi ſup. n. 342 i Nau. c. 17 n. 21 k Pet. nauar. 3. de reſt. 4 p. 1. dub. 10. n. 136.

Quis in præſenti dicatur mutus. Tacens non tenetur reſtituere niſi faciat contra Iuſtitiam aut latroni nutib. ſecuritatem cauſet.

Tacens ob acceptam pecuniam a latrone non tenetur reſtituere, ſecus cum a Iudice interrogatur.

Inducens ad tacendũ nõ tenetur reſtituere ſic in hoc tantũ faciat contrà charitatem.

Hactenus de poſitiuè concurrentibus ad damnũ, nunc de ijs qui negatiuè. Quorum primus dicitur mutus, eſt que ſecundum *e* Adr. qui ſcit ſcit vbi res ſit abſcondita, & non reuelat vel rectius ſecundum *f* alios, qui cum loqui teneatur præcipiendo, repræhendendo, diſſuadendo, vel conſulendo tacet.

Dubitatur primo. An potens impedire ex charitate, & non impediens damnum, teneatur reſtituere.

Reſpondeo negatiue, *g* vt ſuprà contra Ang. & alios, imò ſuppoſito quod ex odio qui taceat, hoc tantum aggrauat, peccati malitiam. Intelligenda autem eſt concluſio *h* modo is qui tacet, nutibus, aut aliter non ſignificat latroni ſe taciturum, tunc enim ut adiuuans teneretur ad reſtitutionem.

Dubitatur ſecundo. An teneatur reſtituere, qui tacet ob pretium à latrone acceptum ex pecunia eiuſdem latronis.

Reſpondeo non teneri, *i* quia non obligatur loqui ex officio nec tenetur reſtituere damnum, ſi neget ijs, qui damnum paſſi ſunt, ſe vidiſſe latrones ſecus cum à iudice interrogatur.

Dubitatur tertio. An inducens aliquem qui vult impedire furtum ad tacendum reſtituere teneatur.

Reſpondeo negatiue K ſi non adſit obligatio ex iuſtitia quamuis vterque peccet. Idem dicendum de ſuadente ſine fraude ne detur eleemoſina ei qui eſt in extrema neceſſitate quia enim peccat tantum contra charitatem, ideò nõ tenetur ad reſtitutionem.

De non Obſtante. Cap. XIIII.

Obligatio ad obſtandum poteſt & ipſa eſſe vel ex iuſtitia vel ex charitate.

NOn obſtans dupliciter etiam intelligitur vel vt ei competat ex officio proſpicere indemnitati altieri cuiuſmodi ſunt Princeps, Miniſtri Iuſtitię, Patres, Tutores, &c. vel tãtum ex charitate, vt etiam poteſt eſſe quælibet priuata perſona.

Dubitatur primo. An omittens obuiare cũ poſſit ſine ſuo damno, & debeat tantum ex charitate, teneatur reſtituere.

Rationes, & textus qui ab aduerſariis afferuntur quõ intelligendi.

Reſpondeo negatiuè, *a* ratio quæ ſupra vinculum enim reſtitutionis oritur ex obligatione iuſtitiæ.

Contrarium docuerunt *b* Ricard. *c* & alij. Cæterum rationes, & textus, quos ipſi adducunt explicari debent de culpa & peccato, non autem de reſtitutione, & ſi in illis aliqua obligatio inſinuaretur, eſt, quia ſupponitur poſitiuè concurriſſe ad damnum, authoritatem, & animum delinquenti addentes, vel quia ex officio tenebantur impedire, vel quia tandem obligatio oriebatur ex re poſſeſſa, cum ſcilicet aliqui ferocia animalia nutriunt, quę perſonis, aut rebus proximi detrimentum afferunt, quod vbi non cauerint ad damnum reſarciendum obligatur.

Si qui ex officio tenetur & cum commode poſſit non obſtat, obnoxius eſt reſtitutioni.

Dubitatur ſecundo. An teneatur ad reſtitutionem qui ex officio damnum impedire tenebatur.

Reſpondeo affirmatiuè *d* modo id commodè præſtare potuerit ideſt ſine graui detrimento, vitæ, honoris, aut rei familiaris.

Cautio.

Hic verò adnot. eſſe pluris faciẽdum damnum publicum, quã priuatum, & conſiderandum an maius ſit ſtipendium, quod quis habet ratione officij, quam damnum, quod illi ſuperueniet, opponendo ſe ne furtum v.g. aut homicidium perpetretur.

Culpa triplex. Lata. Leuis. Leuiſſima.

Dubitatur tertio, ex qua culpa teneatur, qui cùm debeat ex officio omittit impedire, *e* ſuppono autem triplicem eſſe culpam, latam quæ eſt deuiatio à diligentia quam adhibere ſolent in re conſimili homines etiam parum circũſpecti, vt ſi quis v.g. librum ſibi commodatum in publico plateæ loco relinquat, leuem quæ eſt deuiatio à diligentia, quam adhibuiſſent homines circũſpecti, vt relinquere librum in cubiculo aperto, leuiſſima que eſt deuiatio a diligentia, qua vſi eſsent homines valde cautelati, vt relinquere librum in cubiculo, cuius ianuam vidit quidem obſeratam manu tamen non eſt periclitatus ſi ita eſset hoc ſuppoſito.

a S. Tho. 2. 2. & alij apud Say n. 2. §. cõis opinio.

b 4. d. 16. a 6. q. 4.

c Ang. v. furtum q. 26. Caiet. v. reſtitutio.

d Scot. 4. d. 15. q. 2. §. d. 4. & alij apud Say. n. 4. §. At vlt.

e Adrian. in 4. q. ſpeciali Sylu. Gabr. Leſm. &c.

Dicen-

Lata culpa æquiparatur dolo ac proinde vinculum reſtitutionis inducit.

Dicendum primo. Damnum inſequens ex graui, ſeu lata culpa obligare ad reſtitutionem eum, qui tenebatur ex officio impedire ratio, quia lata culpa æquiparatur dolo.

Leuis culpa inducit obligationem reſtituendi in mercenariis & in contractibus qui ſunt in vtriuſque vtilitatem.

a Pet. Nauar. lib. 4. c. 3. dub. 1. n. 5. Salon Arag.

Dicendum ſecundo. a Vt ex culpa leuiſſima non inducitur obligatio, ſic ex leui, tunc quis obligatur ad reſtitutionem, quando officium ipſe quæſiuit, aut operam ſuam ſub mercede locauit, ſecus cùm gratis fuit electus, & ex liberalitate, quis obtulit ſe præſtiturũ quod potuerit, & b rurſus quãdo contractus ſunt in vtriuſque vtilitatem.

Dubium circa famulos.

b c. vnico de cõmodato.

Famuli autem, c quibus ſub mercede domus cuſtodia demandatur, & præſertim ne cuipiam ianuas noctu aperiant, ſi adhuc aliquem ex domeſticis foras permittant exire ad furandum tenentur reſtituere non ratione violatæ cuſtodiæ, cùm hanc ipſe acceperit in domini vtilitatem, non autem extraneorum, ſed ratione conſenſus, & auxilij, quod præſtitit, & ſic conciliantur authores.

Pœna vel pecuniaria, vel corporalis.

Iudex dolosè prætermittẽs cõdemnare in pœna pecuniaria, tenetur ad reſtitutionem.

c Sot. 4. Iuſt. q. 7. a. 3. Arag. 2. 2. q. 62. a. 7. concl. 3.

Dubitatur quarto. An cum aliquis eſt in cauſa vt reus pœnis debitis non plectatur, ipſe loco rei teneatur ad eas perſoluendas & difficultas eſt ſolùm de pœna pecuniaria, quæ propriè dicitur ſolutio, aut reſtitutio, quanquam impediens verè infert damnum tertio, cum ſecus ſit in pœna corporali.

Obligatio reſtituendi vrget Iud. etiam ante aliam ſẽtẽtiam quia ſe habet vt debitum, non vt pœna.

d Ang. in V. pęna q. 18. & alij n. 2.

Dicendum primo. d Iudex per iniquitatem abſoluens aliquem à pœna pecuniaria per legem debita, vel omittens dolosè ferre ſententiam tenetur ad reſtitutionem, ratio quia vt iuſtitiæ cuſtos debet vnicuique reddere quod ſuum eſt.

Dicendum ſecundo. Poſt condemnationem non poteſt Iudex alteri applicare pęnam, quàm ei, cui fuerat adiudicata, ratio quia Per ſententiam iam illi eſt acquiſitum Ius, vnde aliter faciens tenetur ad reſtitutionem.

Quomodò rationes in contrarium eluduntur.

Dicendum tertio. Debitum reſtituendi, quod incurrit Iudex, quod pœnam reis iniuſtè dimittit, obligat eum ipſo facto abſque alterius Iudicis condẽnatione, ratio quia ad id tenetur non quaſi ſoluens pœnam, ſed ſicut ſoluens debitum, quod ſua iniquitate contraxit ex damno dato, & bono impedito.

Confeſſarij non iniungẽtes reſtitutionem vt teneantur ipſi.

e Salon. 2. 2. q. 62. ar. 7. cõtrou. 5. concl. 5.

Fortè e autẽ non ſemper ad integram pœnam reſtituendam obligabitur, in quo habita circumſtantiarum ratione ſtandum erit prudentum arbitrio præſertim cum fiſcus aut ille alius, cui debebatur pecunia, eam adhuc non accepit, &c.

Dicendum quarto, Prædicta intelligenda ſunt de grauioribus pœnis cùm alioquin leges, & Iudices non ita ſolliciti eſſe poſſint in rebus exiguis.

f Nau. ca. 17. nu. 22. verſ. 10. Roſella, Ang. Pet. Nau. Sylu. & alij nu. 16. apud Sayr.

Rationes, quæ in contrarium adducuntur, militant vel in rebus leuibus, vel cum abeſt dolus, vel in pœna corporali. Et demum quæ dicta ſunt de Iudice, proportionaliter, & de cuſtodibus, & alijs debent intelligi, qui ex officio, aut mercede aliorum damna tenentur impedire.

Dubitatur quinto. An confeſſarij non iniungentes debitam reſtitutionem ipſi ad eam teneantur.

Reſpondeo affirmatiue f præſertim ſi ex lata eorum culpa, pœnitentes.

nitentes reſtitutionem omiſerint, quam feciſſent, ſi eis fuiſſet præcepta, vel denegata abſolutio, & confirmatur, quia tenentur ex officio conſulere ſaluti pœnitentis,& conſequenter omnia damna ex eorum negligentia,& omiſſione ſecuta, eis imputantur tanquam cauſis efficientibus.

Contrarium docuit *a* Valentia etiam ſi ſit craſſa ignorantia & lata culpa. Probat quia confeſſarius non tenetur ex officio procurare bonum creditoris,aut læſi in temporalibus, cũ ab eo mercedem non acceperit, nec illorum cauſa officium habeat, ſed ad ſalutem ſpiritualem pœnitentis.

a tom. 3 diſp. 5. q. 6. pun. 3. controu.3.

Soluitur ratio Gregorij de Val.

Reſpondeo, & ſi non principaliter & immediate certe conſequitur, & ratione officij teneri Confeſsarios ne Reipublica aut membra eius,quorum ſtipẽdijs aluntur,damnum patiatur, quare ipſi reſtituere tenentur,cum eorũ cauſa pænitentes non reſtituũt.

Hinc Epiſcopus,& Parochus tenentur de leui culpa, cum prouentus,& decimas habent in ſuam,& Republicæ vtilitatem, cæteri verò confeſſarij non niſi de lata culpa.

Illud denique certiſſimum eſt confeſſarium obligari ad reſtitutionem quando ipſe tacite, vel expreſse cauſa efficax eſt vel vt non fiat reſtitutio, vel vt non fiat ei, cui facienda eſt, vt patet ex ſuperioribus.

De Non Manifeſtante.
Caput XV.

Quæſt. 1.

HVius nomine intelligitur *b* quicunque poſſit damnum impedire, vel efficere,vt à læſo recuperetur, veritatem manifeſtando.

b Med. & alii apud Sayr.n.4.

Dubitatur primo. An teſtis in iudicio legitimo tacens veritatem, teneatur ad reſtitutionem damni, quod inde ſequitur Tertio.

Dicendum primo, *c* ſi loquamur de damno, quod ex teſtis ſilentio patitur tertius, ſecundum communem opinionem teneri ad reſtitutionem, v. g. repetit Petrus in iudicio à Ioanne centum, quos illi debet, negat hic debere illi quidquam, aduocatur Andreas in teſtem,qui debiti erat conſcius, negat hic ſe quidquam ſcire, vnde Ioannes à debito abſoluitur,in hoc caſu Andreas tenetur ad damnum nempe ad ſoluendos centum Petro.

c Nau. c. 25. nu 51. Salon 2.2. q.62. ar.7. controu.5. & q 70. a. 1.

Teſtis non obligatur ad reſtitutionem ob mendaciũ in iudicio dictum.

Dicendum ſecundo. Eum qui non vult veritatem in iudicio teſtificari,non teneri ad pœnam, ad quam reus condemnaretur ex teſtis depoſitione.

Probatur tum quia teſtis non eſt miniſter Iuſtitiæ, nec ex ſtipendio, aut ex officio concurrit ad teſtificandum, & ob id licet

ſit

ſic periurus negando ueritatem, non tamen ad reſtitutionem tenetur; & confertur quia ſicut reus non tenetur ad pœnam legis, priuſquam condemnetur etiam ſi per mendacium ab illa ſe eximat, ita nec teſtis.

a 1. de iuſ. q. 6. ar. 6. concl. 4.

Contrarium docet *a* Sotus, Probat primo ſi illa pœna eſſet debita alteri, & per culpam teſtis proprio domino non reddetur, deberet teſtis reſtituere, ſed pęna applicanda fiſco, vel actori iuxta leges eſt illis debita ex iuſtitia, ergo. 7.

Soluitur prima ratio Sot.

Reſpondeo, diſparem eſſe ratione, nam in primo caſu ſimpliciter & ex natura rei eſt debita domino, in ſecundo uerò non niſi poſt iudicis condemnationem.

Probat ſecundo Iudex tenetur reſtituere pœnam, quam ex ſua culpa reus non ſoluit, ergo & teſtis,

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo negando conſequentiam nam iudex tenetur ex officio, unde ex damno illato fiſco contrà iuſtitiam commutatiuā obligatur ad reſtitutionem, teſtis autem ſecus.

Dubitatur ſecundo. An reus delictum negans in iudicio, teneatur in conſcientia ſoluere pœnam, ad quam ex confeſſione fuiſſet condemnatus. Quæſt. 2. Huius autem dubij ſolutio ab illa generali quæſtione dependet an ſcilicet, quis teneatur pœnam à lege impoſitam ob illius tranſgreſſionem ante iudicis ſubire ſententiam. Circa quam eſt *b* communis opinio contra *c* Alfoſum de Caſtro non teneri niſi poſt latam ſententiam quia cum pœnam ſoluere ſit pati ſuplicium, certè nemo ante iudicis ſententiam tenetur agere in ſeipſum. Hac ergo generali quæſtione ſic interim decisa ad difficultatem ſpecialem uenientes.

b S. Tho. 2. 3. Caiet. Cōra. Adr. Sylu. &c.

c lib. 2. de iuſt. here. punit. c. 6. & l. 2. de lege pœnali c 8. & 9. ſecutus Panormit. in ca. Canonum. n. 11. de conſti.

Nemo ante iudicis ſententiam pœnam tenetur ſubire.

d Reſpondeo Reum negantem ueritatem in iudicio, quā fateri tenebatur, & ob id à pœna abſolutū non obligari ad eā ſoluenda ante condemnationem, Ratio quia eſt pœna, ad qua ſoluendam *e* debet expectari ſantentia iudicis, & patet quia eſt contra ius naturæ, ut idem ſit agens, accuſator, & proditor ſui ipſius quare ſicut antè condemnationem nō tenetur ſubire pœnas corporales, ſic neq; pecuniarias, & iam ſic conſuetudo obtinuit. Et multò minus ad pęnæ ſolutionem tenebitur reus, quando ad eā non condemnatur aut ex iudicis, aut teſtium culpa, debet tamē de periurio pœnitere. & de eo, quod multis infert iniuriam nempè iudici, fiſco & fortè ſocijs, quibus ſi ſit cauſa damni, tenetur omnino ratione debiti, & damni emergentis ſtatim reſarcire ut ſuprà dictum eſt. Contra concluſionem noſtram docuit *f* Sot. Probat quia contra iuſtitiam teſtis legitimè interrrogatus negauit ueritatem, & impediuit iuſtum lucrum fiſci, aut alterius.

d Naua. c. 18. nu. 49. Bannes 2. 2. q 69. ar. 2. p. 2. du. 2. Salon. Arag.

e S. Tho. 2. 2. q. 62 ar. 5.

Reus nō tenetur ſubire pœnam ante ſententiam quia eſſet proditor ſui ipſius.

Damna quæ ex reticentia emergunt debet ipſe reſtituere non quà pœna ſed quà debita.

Reſpondeo Impedientem bonum alteri actu debitum teneri ad reſtitutionem, quia uiolat iuſtitiam particularem, at uero qui negat ueritatem, impedit communem iuſtitiam, ad quam cū non teneatur ex officio non tenetur reſtituere, maximè cum nemo ante condemnationem habet actu ius acquiſitum in pœnam ſecus ſiquis poſt condemnationem bona abſconderet ne ſolueret pœnā, tunc enim impediret fiſcum à bono, ad quod eſt quaſi actu.

f 1. Iuſt. q. 6. ar 6. concl. 4.

Soluitur ratio Soti.

D ubi-

nitentes reſtitutionem omiſerint, quam feciſſent, ſi eis fuiſſet præcepta, vel denegata abſolutio, & confirmatur, quia tenentur ex officio conſulere ſaluti pœnitentis, & conſequenter omnia damna ex eorum negligentia, & omiſſione ſecuta, eis imputantur tanquam cauſis efficientibus.

Contrarium docuit *a* Valentia etiam ſi ſit craſſa ignorantia & lata culpa. Probat quia confeſſarius non tenetur ex officio procurare bonum creditoris, aut læſi in temporalibus, cū ab eo mercedem non acceperit, nec illorum cauſa officium habeat, ſed ad ſalutem ſpiritualem pęnitentis.

a tom. 3 diſp. 5. q. 6. pun. 3. controu. 3.

Soluitur ratio Gregorii de Val.

Reſpondeo, & ſi non principaliter & immediate certe conſequitur, & ratione officij teneri Confeſsarios ne Reipublica aut membra eius, quorum ſtipēdijs aluntur, damnum patiatur, quare ipſi reſtituere tenentur, cum eorū cauſa pænitentes non reſtituūt.

Hinc Epiſcopus, & Parochus tenentur de leui culpa, cum prouentus, & decimas habent in ſuam, & Reipublicæ vtilitatem, cæteri verò confeſſarij non niſi de lata culpa.

Illud denique certiſſimum eſt confeſſarium obligari ad reſtitutionem quando ipſe tacite, vel expreſse cauſa efficax eſt vel vt non fiat reſtitutio, vel vt non fiat ei, cui facienda eſt, vt patet ex ſuperioribus.

De Non Manifeſtante.
Caput XV.

Quæſt. 1.

HVius nomine intelligitur *b* quicunque poſſit damnum impedire, vel efficere, vt à lęſo recuperetur, veritatem manifeſtando.

b Med. & alii apud Sayr. n. 4.

Dubitatur primo. An teſtis in iudicio legitimo tacens veritatem, teneatur ad reſtitutionem damni, quod inde ſequitur Tertio.

Dicendum primo, *c* ſi loquamur de damno, quod ex teſtis ſilentio patitur tertius, ſecundum communem opinionem teneri ad reſtitutionem, v. g. repetit Petrus in iudicio à Ioanne centum, quos illi debet, negat hic debere illi quidquam, aduocatur Andreas in teſtem, qui debiti erat conſcius, negat hic ſe quidquam ſcire, vnde Ioannes à debito abſoluitur, in hoc caſu Andreas tenetur ad damnum nempe ad ſoluendos centum Petro.

c Nau. c. 25. nu 51. Salon 2.2. q. 62. ar. 7. controu. 5. & q. 70. 2. 1.

Teſtis non obligatur ad reſtitutionem ob mendaciū in iudicio dictum,

Dicendum ſecundo. Eum qui non vult veritatem in iudicio teſtificari, non teneri ad pœnam, ad quam reus condemnaretur ex teſtis depoſitione.

Probatur tum quia teſtis non eſt miniſter Iuſtitiæ, nec ex ſtipendio, aut ex officio concurrit ad teſtificandum, & ob id liceat

ſic periurus negando ueritatem, non tamen ad reſtitutionem tenetur, & confertur quia ſicut reus non tenetur ad pœnam legis, priuſquam condemnetur etiam ſi per mendacium ab illa ſe eximat, ita nec teſtis.

a 1. de iuſ. q. 6. ar. 6. concl. 4.

Contrarium docet *a* Sotus, Probat primo ſi illa pæna eſſet debita alteri, & per culpam teſtis proprio domino non reddetur, deberet teſtis reſtituere, ſed pęna applicanda fiſco, vel actori iuxta leges eſt illis debita ex iuſtitia, ergo.

Soluitur prima ratio Sot.

Reſpondeo, diſparem eſſe ratione, nam in primo caſu ſimpliciter & ex natura rei eſt debita domino, in ſecundo uerò non niſi poſt iudicis condemnationem.

Probat ſecundo Iudex tenetur reſtituere pœnam, quam ex ſua culpa reus non ſoluit, ergo & teſtis,

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo negando conſequentiam nam iudex tenetur ex officio, unde ex damno illato fiſcos contrà iuſtitiam commutatiuā obligatur ad reſtitutionem, teſtis autem ſecus.

Dubitatur ſecundo. An reus delictum negans in iudicio, teneatur in conſcientia ſoluere pœnam, ad quam ex confeſſione fuiſſet condemnatus. Huius autem dubij ſolutio ab illa generali quæſtione dependet an ſcilicet, quis teneatur pœnam à lege impoſitam ob illius tranſgreſſionem ante iudicis ſubire ſententiam. Circa quam eſt *b* communis opinio contra *c* Alfoſum de Caſtro non teneri niſi poſt latam ſententiam quia cum pœnam ſoluere ſit pati ſuplicium, certè nemo ante iudicis ſententiam tenetur agere in ſeipſum. Hac ergo generali quæſtione ſic interim decisa ad difficultatem ſpecialem uenientes. Quæſt. 2.

b S. Tho. 2. 3. Caiet. Cōra. Adr. Sylu. &c. *c* lib. 2. de iuſt. here. punit. c. 6. & l. 2. de lege pœna li c 8. & 9. ſecutus Panormit. in ca. Canonum. n. 11. de conſti. *d* Naua. c. 18. nu. 49. Bannes 2. 2. q 69. ar. 2. p. 2. du. 2. Salon. Arag. *e* S Tho. 2. 2. q. 62 ar. 5. *f* 1. Iuſt. q. 6. ar 6. conclu. 4.

Nemo ante iudicis ſententiam pænam tenetur ſubire.

d Reſpondeo Reum negantem ueritatem in iudicio, quā fateri tenebatur, & ob id à pæna abſolutū non obligari ad eā ſoluenda ante condemnationem, Ratio quia eſt pœna, ad qua ſoluendam *e* debet expectari ſantentia iudicis, & patet quia eſt contra ius naturæ, ut idem ſit agens, accuſator, & proditor ſui ipſius quare ſicut antè condemnationem nō tenetur ſubire pœnas corporales, ſic neq; pecuniarias, & iam ſic conſuetudo obtinuit. Et multò minus ad pęnæ ſolutionem tenebitur reus, quando ad eā non condemnatur aut ex iudicis aut teſtium culpa, debet tamē de periurio pænitere. & de eo, quod multis infert iniuriam nempè iudici, fiſco & fortè ſocijs, quibus ſi ſit cauſa damni, tenetur omnino ratione debiti, & damni emergentis ſtatim reſarcire ut ſuprà dictum eſt. Contra concluſionem noſtram docuit *f* Sot. Probat quia contra iuſtitiam teſtis legitimè interrrogatus negauit ueritatem, & impediuit iuſtum lucrum fiſci, aut alterius.

Reus nō tenetur ſubire pænam ante ſententiam quia eſſet proditor ſui ipſius.

Damna quæ ex iniuſtitia emergunt debet ipſe reſtituere non qua pæna ſed quā debita. Soluitur ratio Soti.

Reſpondeo Impedientem bonum alteri actu debitum teneri ad reſtitutionem, quia uiolat iuſtitiam particularem, at uero qui negat ueritatem, impedit communem iuſtitiam, ad quam cū non teneatur ex officio non tenetur reſtituere, maximè cum nemo ante condemnationem habet actu ius acquiſitum in pænam ſecus ſi quis poſt condemnationem bona abſconderet ne ſolueret pænā, tunc enim impediret fiſcum à bono, ad quod eſt quaſi actu.

D ubi-

Dubitatur tertio. An cuſtodes uinearum, & cæteri, qui mercede conducuntur, ſolētes iuramentum preſtare, ſe fideliter munus executurum, non denunciando delinquentes, teneantur ad reſtitutionem.

Cuſtos ex officio non denuntians delinquentes, tenetur ad reſtitutionem. Quia ē ſuper peccat mort. præſertim cū iurauit manifeſtatu'ū ſe delinquentes. Itē tenetur pœnam, quā pleſt n ſi eſſent delinquentes.

Dicendum primo. Teneri ad damnum illatum a delinquentibus, ſi ipſi delinquentes nolint reſtituere, ſiue id ſit lucrum ceſſans, ſiue damnum emergens, poteſt quia ſic exigit officium acceptum mercede.

Dicendum ſecundo. Cuſtos *a* qui iurauit manifeſtare delinquentes, ſi non faciat (modò ne id faceret præcipiat Princeps aut maiores Ciuitatis, qui poſſunt etiam & iuramentum relaxare, non autem Iudex aut Gubernator) peccat mortaliter, cum uiolet iuramentum in re licita, & ſe gerat infideliter in re graui, quā ex iuſtitia ſeruare tenetur. *a* Syl. v. pœna. q. 28. Nau. c. 25. n. 123.

b Dicendum tertio. Cuſtos dum non accuſat delinquentes, quod iuſtè ad pœnam condemnarentur, ipſe ad pœnam tenetur modò ubi certò ſibi conſtet, de delicto, & illud iuridicè probare poſſit. *b* Io. Med. C. de reb. reſti. Petr. Nau. Ara. Salon.

Ratio, quia Fiſcus, ſeu colluſor illatum pœnarum habent a iure quaſi ius acquiſitum, & ſunt in potentia proxima ad illas habendas, & cuſtos tenetur ex officio impedire huiuſmodi damna, quare etiam ex leui culpa tenetur.

Tranſportantes autem merces prohibitas, aut alio quouis modo ſic delinquentes, non tenentur ad illam, niſi poſt Iudicis ſententiam.

Neque inferas idem dicendum de cuſtode, nam reſpectu eius non eſt proprie pœna, ſed debitum ex iniquitate contractum, ut aliàs ſupra ideoque ſtatim ſoluendum.

Et rurſus concluſio non intelligitur in rebus leuibus, aut pro illa rata, quæ ſolet obuenire cuſtodi, hanc enim ipſe poteſt remitere, &c.

Dicendum quarto. *c* Cuſtos accipiens aliquid vt non denunciet, tenetur etiam & ipſum reſtituere. *c* Syl. 3. q. 5.

d Hinc & aſportans merces, ſi dono cuſtodem inducat, ut taceat, uterque ad reſtitutionem tenetur, nempè offerens ad pœnā Fiſco debitam, cuſtos uero ad pœnam, & ad munus acceptum, Et quidem de cuſtode res certa eſt ex dictis. *d* Pet. Na. 3. de reſti. c. 4.

De offerente autem probatur, quia conſuluit, & cooperatus eſt ad iniquam actionem, ſed primo loco tenebitur cuſtos, qui eſt exequutor, & conſequenter principalis.

Obligati ex off. imped. re & non impedientes, tenētur in ſolidū reſtituere.

Ampliatur etiam ſi pecuniam rogatus dederit uiator, modo ne ex loci conſuetudine id fiat, & modicum quid accipiat, & præſertim cum cuſtodes nulla accepta mercedes per uices cuſtodiūt loca publica. *e* S. Ant. p. 2. tit. 1. ca. 12. §. 13.

Dubitatur quarto. An obligati ex proprio officio impedire damnum, & non impedientes, teneantur in ſolidum reſtituere.

Reſpondeo affirmatiuè. *e* Primo tamen tenetur non obſtans.

Secun-

Secundo nō manifeſtans, tertio tacens, unde confeſſarii, concionatores, & prælati cauere debent, ne eorum culpa damna contingant, alioquin ipſi reſtituere tenebuntur.

Cautio ad Confeſſarios concionatores, & prælatos. Si uerò plures negatiue, concurrant, quilibet etiam in ſolidum tenebitur altero deficiente, alias uel omnes ſimul debent pro rata contribuere, ſi fuerunt pares in cauſando, uel ei qui primò ſoluit.

Ex his apparet quid dicendum cum fures data pecunia cuſtodi domus, ex ea merces aſportarunt, quos uicinus uidit & ſiluit, quia & ipſe partem accipit, præfectus uerò eos inueniens ſimiliter accepta pecunia pertranſiit. *Caſus reſolutus.*

Reſpondetur enim & cuſtodem, & præfectum ad totum damnum teneri quia eis incumbebat ex officio obuiare ne ſequeretur, uicinus autem tantum ad partem quam accepit, cum in eo non eſſet obligatio ex iuſtitia *a* quod ſi idem uicinus qui tacuit nihil accepiſſet, ad nihil teneretur, quamuis peccaſſet contra charitatem ut ſuprà.

a Na. Ma. ca. 17. nu. 21.

Quæſt. 5. Dubitatur quinto. An ſiquis nouit ueſtem eſſe furtiuam, teneatur manifeſtare ei qui illam emit.

Reſpondeo & ſi tutius ſit manifeſtare, ſi uerò id omittat non tenetur reſtituere, cum id ei ex officio non incumbat.

Queſt. 6 Quod ſi excommunicatio feratur contra ſcientem, & non reuelantem utique obligabitur.

Prima concluſio. Dubitatur ſexto. An famulus uidens conſeruum aliqua furari teneatur ad reſtitutionem ſi domino non reuelat.

Dicendum primo ſi ſpes eſſet emendationis ſatis erit eum ſecreto prius admonere, aliàs, & peccaret contra charitatem, & multa ſcandala orirentur.

Dicendum ſecundo ſi non adſit ſpes emendationis ex ſua correctione tenetur ſub mortali peccatum illius detegere ei qui prodeſſe poſſet, uel tandem domino pandere, nam lege charitatis potius tenetur conſulere indemnitati tertii Innocentis, quàm uitare damnum nocentis.

An famuli ex iuſtitia ad rerum domeſticarum cuſtodiam teneantur An uerò ex officio, & lege iuſtitiæ ad hac teneatur.

Cautio ad famulos. Reſpondeo affirmatiue, ſi fur ſit extraneus, & etiam ſi domeſticus, modo ipſe ſit ſpecialis æconomus, & cui claues à domino ſint commiſſæ ex his aut conciliantur, aut facile refelluntur oppoſitę ſententiæ uideant autem famuli ne cooperentur malo, aut ne eorum taciturnitas alteri præbeat furandi occaſionem, tunc enim obligantur ad reſtitutionem.

TRACTATVS TERTIVS

De reſtituenda, Seu quid reſtituendum ſit. Cap. I

Quid ſit reſtituendum

DVbitatur primo. Quid ſit in vniuerſum reſtituendum.

1 Reſpondeo primo reſtitui debet omne alienum iniuſtè acceptum, vel retentum vel debitum. *a* ſecundo omnis res
2 aliena in ſpecie ſi extet niſi creditor ſit alia re contentus, ſi autem non extet re-
3 ſtitui debet valor. tertio ſi alienum re-
& 4 tentum eſt fructiferum, reſtituendum eſt vna cum fructibus extantibus, ſi nõ extent, detur pretium, & computetur id in quo quis ditior eſt effectus habita ratione bonæ vel malæ fidei. quarto reſarciri debet lucrum ceſſans, & damnum emergens, & de his pleraque in ſuperioribus dicta ſunt.

a arg. l. cũ à quo, & l. manifeſte c. de ſolut.

Fur tenetur ad iuſtas expenſas factas a domino in quærendare ſua

Dubitatur ſecundo. An fur teneatur reſtituere expenſas à domino rei factas in quærenda re furata.

b Reſpondeo affirmatiuè, modo fuerint iuſtæ, & moderatæ, & niſi probabiliter credatur dominum rei contentum futurum reſtituto ſibi principali.

b Naua. c. 17. n. 140.

Lucrum ex re aliena p ſolam induſtriam acquiſitum nõ eſt reſtituẽdum.

Dubitatur tertio. An lucrum ex re aliena per ſolam propriam induſtriam acquiſitum debeat reſtitui.

c Reſpondeo negatiuè, ſicut nec vſurarius, qui per licitam negationem ex pecunia vſuraria.

c Sco. 4. d. d. 15. q. 2. ar. 4 Riccar. Gab. Maior &c.

Contrarium docuit *d* Altiſiod. Probat primo e puta Radix mortifera eſt nempè res aliena, ergo & arbor, & rami nempè lucrum.

d lib. 3. tr. 21. q. de reſtit vſurarij

Soluitur prima ratio Altiſiod.

Reſpondeo potius radicem eſſe induſtriam quæ bona eſt, & non rem alienam, quæ eſt velut materia, & inſtrumentum.

e Probat ſecundo. Vt nemini patrocinatur dolus, ſic neque iniuria.

e Rom. 11.

Re-

Reſpondeo in caſu non patrocinari iniuriam, ſed induſtriam, & artem negotiandi; meminiſſe tamen oportet quod aliàs dictũ eſt teneri furem etiam ad intereſſe, quod interim patitur creditor

Solutio ſecunda.

Dubitatur quarto. Quos fructus, & intereſſe teneatur quis reſtituere.

a Reſpondeo, de hoc iam ſuprà dictum eſt reſtituendos eſſe naturales, deductis expenſis, & ex mixtis pro rata &c. non autem induſtriales mere &c.

a Authores apud Sayr. n. 5. §. dico ſecundo.

Furtũ eſt etiam uſus rei alienæ inuito domino.

Dubitatur quinto. An pretium ex locatione equi furtiui numerari debeat inter fructus naturales, & cõſequẽter reſtitui debeat una cum equo, idem dubiũ eſſe poteſt de locatione aurei torquis.

b Reſpondeo affirmatiuè; *c* hinc peccat mortaliter etiam qui vtitur re aliena eo uſu qui notabili pretio extimatur, debet tamẽ & haberi ratio eius, qui in bona fide id fecit, ita ut ſolum reſtituere teneatur id in quo factus eſt ditior, undè fallit *d* Nau. volens huiuſmodi pretia eſſe fructus induſtriales, cum ex ſe, ex rei ſequãtur uſu qui eſt prætio æſtimabilis.

b Pet. Na. l. 4. de reſtitu. ca. 1. dub. 6. nu. 48.

c Caiet. 2. 2 q. 66. a. 3.

d c. 17. nu. 25.

Quomodo autem fur teneatur reſtituere rem etiam ſi apud ſe perierit, & in meliori ſtatu, quam habuit à tempore furti iam dictum eſt ſuprà, nec non recompenſatione damni emergentis, & lucri ceſſantis &c.

Dubitatur ſexto. An redditus ex locatione domus furtiuæ ſint reſtituendi. *e* Reſpondeo affirmatiuè, ratio quia non ſunt merè induſtriales, cũ multo plus reddat domus, quam quod in eius reparatione inſumitur, Confirmatur quia alioquin liceret mutuare cum pacto ut ex domo data in pignus mutuans redditus perciperet, computando in ſortem partialem &c.

e Palud. 4. d. 15. q. 2. a. 5.

Domus locatio eſt fructus nõ mere induſtrialis, proinde eius prætiũ reſtitui debet.

Dubitatur ſeptimo. Quid reſtituere debeat is, apud quem res accomodata aut conducta perijt. Supponitur autem rem tripliciter poſſe perire, primo aut caſu omnino fortuito, & abſq; culpa ſecundo ex malitia commodatarij, quia nimirum poſitiuè illã diſtraxit, aut perire fecit, cum tamen poſſet obſtare. tertio ex eiuſdem culpa, quę ut dictum eſt ſupra eſt aut leuiſſima, aut, leuis aut lata.

Tripliciter poteſt res perire.

Suponitur ſecundo culpam grauc aliter apud iuriſtas, & aliter penſari apud Theologos, namſiquis v. g. ad ſe tuẽdum ab aggreſſore, vas argenteum ſibi comodatum reliquit in platea, iuridicè eſt grauis culpa, Theologicè nulla, undè nec de culpa ueniali idem iudicium apud utroſque.

Culpa grauis vel leuis aliter apud iuriſtas, & aliter apud Theologos penſatur.

Supponitur tertio contractus eſſe uarios, nam per quoſdam nõ transfertur dominium, ut ſunt depoſitum, locatum, conductum, commodatum, per quoſdam uerò transfertur ut ſunt emptio, uenditio, permutatio, donatio, & mutuum, quod propriè in vſu conſumptibilibus, & in his, quæ in numero, pondere, & menſura conſiſtunt inuenitur. Item ex contractibus alij ſunt in ſolam cõmoditatem accipientis ut cõmodatum, alij in utilitatem utriuſq; vt conductum &c. alij in ſolam utilitatem dantis ut depoſitum His conſtitutis.

Cõtractuũ multiplex differẽtia.

Si res cōmodata caſu omnino fortuito pereat, commodatarius ad nihil tenetur.

a Dicendum primo de commodato, ſi res commodata pareat caſu omnino fortuito, ut bello inopinato, fulmine, grandine, furto, incendio &c. regulariter commodatarius ad nihil tenetur, fallit tamen hoc.

a c. vnico de commodato, & l. ſi ex plagis §. fi. ff. ad l. Aquiliam, et l. occidit, §. in hac quoq; ff. eod. & l. q fortuitis. C. de pignoratione.

b Primo ſi præceſſit culpa commodatarij, ut v.g. ſi equum commodatum vſq; Neapolim, ducat vſq; Romam, vel ignem ex quo combuſtus eſt, non cautè accendit.

Excipitur. In dubijs tenetur reſtituere commodatarius.

Secundo ſi fuit in mora reſtituendi, cum nimirum diſtulit vltra condictum diem &c. ſi tamen eodem modo apud proprium dominum periturus non erat, nam ſi ſecus, non teneris in conſciētia niſi ad intereſſe propter moram.

In comodato culpa ēt leuiſſima comodatarij eum obligat ad reſtitutionem.

Tertio quando ex pacto conueniunt partes, vt commodatarius teneatur etiam de caſu fortuito.

b Hi caſus habentur in ca. vnico de cōmodato.

Cæterum concluſio intelligenda eſt, cū certo conſtat rem commodatam caſu fortuito perijſſe, alioquin in dubio commodatarius reſtituere teneretur ob meliorem conditionem poſſidentis nempè cōmodatarij, & patet quia in dubijs potius damnum pati debet qui beneficium accepit, quam qui contulit.

Obligatio commodatarij ſemper eſt in integrū.

c Dicendum ſecundo ſi res commodata perit ex culpa commodatarij etiam leuiſſima et ueniali, tenetur reſtituere, ratio quia cum iſte rem acceperit in ſuam utilitatem iure naturæ, tenetur omni ſolicitudine rem cuſtodire, qua quiſq; diligentiſſimus illam ſeruaret.

c c. vnico de cōmodato l. in rebus l. ſi ut certo. ff. de accomod.

Si comodatum eſt ēt in comodantis utilitatē comodatarius tenetur tantum de culpa graui, & leui, non leuiſſima.

d Dicendum tertio. Quotieſcunq; cōmodatarius tenetur reſtituere, in totum omnino, tenetur, ratio quia eius obligatio non oritur ex qualitate culpæ, ut falſo docet e Sot. ſed ex negligentia iuridicè ſumpta & ex natura huius contractus. Et confertur quia iura quæ præſcribunt eiuſmodi reſtitutionem abſolutè loquuntur, & demum quia contra rationem eſt ut commodans ex beneficio alteri collato damnum ſentiat.

d Salon. 2. 2. q. 62. ar. 6.

e Qui ſentit. de reg. iur. in 6.

Depoſitarius ex mercede tenetur de culpa lata & leui, nō de leuiſſima aut de caſu fortuito.

Dicendum quarto ſi commodatarius non accipiat præciſè ad ſuam utilitatem, ſed etiam cumulatiuè ad utilitatem cōmodantis: tunc tantum tenetur de culpa graui, & leui, non autem leuiſſima ratio quia commodatum eſt in vtriuſq; utilitatem, ergo, & damnum &c. quia qui ſentit commodum debet ſentire & incommodum.

f Dubitatur octauo. Ad quid teneatur Depoſitarius quando depoſitum apud ipſum perit.

f Ange. V. depoſitū n. 3. & alii apud Say. nu. 19.

Depoſitarius gratuitus non teneatur niſi de culpa lata.

Dicendum primo. Si depoſitarius pro eiuſmodi officio mercedem acceperit teneri, de culpa lata, & leui, per mercedem enim uidetur ſe obligaſſe ad cuſtodiendum depoſitum ea diligentia quam prouidus, quiſq; & ſollicitus homo ſolet adhibere, qui cauere ſolent à culpa graui, & leui, non autem leuiſſima, aut à caſu fortuito.

Dicendum ſecundo. Si nulla intercedat merces, & depoſitum eſt tantum in utilitatem dantis, non teneri depoſitarium de culpa lata quam g D. Tho. appellat magnam, quia aliàs non inueniretur qui vellet aliquid accipere loco depoſiti, præſertim cum ſi

g 2. 2. q. 62. a. 6.

in

in vtilitatem dantis. Nec obſtat c.2. de depoſito, vbi depoſitarius declaratur obligari etiam in caſu fortuito, & à fortiori deberet eſſe obligatus in culpa leuiſsima, nam in eo caſu interceſſerat pactum; ideoq; ratione ſpecialis conuentionis inducitur obligatio non ex natura contractus ſimpliciter. *Soluitur Obiectio.*

Dubitatur nono. Quando quis ex locato, & conducto teneatur ad reſtitutionem. *In locato & códucto obligatio reſtitutionis naſcitur tantũ ex culpa graui, & leui.*

Reſpondeo cum eiuſmodi contractus ſint in vtilitatem tam dãtis, quam accipientis, proindè obligationem ad reſtituendam naſci tantum ex culpa lata, & leui, neque enim obligatur quis rem conductam cuſtodire niſi ea diligentia quam circunſpecti homines adhiberent, non qua circũnſpectiſsimi.

Excipitur caſus, in quo pactum interceſſerit aut quando culpa etiam leuiſsima aliquo modo ad caſum fortuitum dirigâtur, vinculum autem reſtitutionis in locato, & conducto obligat ad reſtituendum in integrum, ratio quia culpa cadit in totum, non in partem.

In dubijs an culpa fuerit leuis, vel leuiſſima, iudicandum erit contra eum, in cuius fauorem eſt contractus, v.g. contra eum, cui equus eſt commodatus, ratio quia qui a ſentit commodum, debet ſentire & incommodum, & quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, per commodatum autem aut locatum non transfertur dominium. *Quid in dubijs de culpa an ſit leuis vel leuiſſima.*

a Salon vbi ſupra conclu.3. contro.3.

TRACTATVS QVARTVS

Quantum reſtituendum ſit. *Cap. I.*

Regula generalis.

REgula *a* generalis, tantum debere reſtitui, quantum ad æqualitatem debiti, vel damni illati ſufficiat, ſi certum ſit, ſi verò incertum arbitrio boni viri conſideratis omnibus circũſtantijs & hoc ratione iuſtitiæ cõmutatiuæ, nã ratione iuſtitię vindicatiuę aliquid amplius quandoq; reſtitui debet.

a S. Th. 2. 2. q. 62. a. 3. Ledeſ. & alij apud Say. nu. 1.

Item conſiderando eſt an res ablata actu extet, *b* nam tunc eadem reſtitui debet, an ſit fructifera, an actu poſſidebatur, & potuiſſet aliquo modo actualis poſſeſſio impediri ex his enim plus, minuſuè reſtituendum eſſe apparebit.

b l. cum à quo. C. de ſol 5. Th. vbi ſupra a. 4.

Qui nocet inuoluntarie et ex nocumento nõ ſit ditior nihil debet reſtituere.

Queritur primo. Quid reſtituendum ſit, cum quis alteri nocuit in re ad quam tantum erat in potentia v.g. ſegetes conculcando.

Dicendum primo *c* Qui omninò inuoluntariè nocet alteri, & ex eiuſmodi nocumento ſic illato ipſe nihil acquirit, nihil debet reſtituere, obligatio enim ad reſtituendum naſcitur vel ex iniqua rei acceptione, vel ex re accepta.

c ca. ſi tua culpa de iniur. & damno dato.

Inferens dãnũ ſua culpa quomodo illud reſarciat in ſegetibus et animalibus

Dicendum ſecundo. Inferens damnum ſua culpa, debet illud reſarcire & ſi ſint v.g. ſegetes, extimandæ erunt arbitrio boni viri, deductis expenſis, & penſatis caſibus fortuitis, quibus adhuc ſunt expoſitæ. *d* conſultiſſimum certè erit, vt partes inter ſe conueniant de pretio damni.

d S. Th. 2. 2. q 62. a. 4.

Plus reſtituendũ ab eo qui directe quã quĩ indirecte damnũ intulit.

e Damnum vero illatum animalibus debet extimari iuxta præſens tempus, vnde qui titulum alterius occidit, non debet reſtituere prætium bouis, *f* ſemper tamen plus debet reſtituere, qui directe damnum intulit, quam qui indirectè.

e Salõ ibidem conclu. 3.

f Ledeſm. 2 4 q. 18. a 4.

Dubitatur ſecundo. An de re fructifera iniuſtè ablata, vel retẽta reſtituẽdi ſint omnes fructus quos dominus ex illa percepiſſet.

Reſpon. affirmatiuè, intelligendo de ijs fructibus quos attenta com-

communi etiam ordinaria ſimilium hominum diligentia probabiliter & honeſtè percepiſſet, *a* vt alias dictum eſt.

Quid de fructibus quos apud dominum res ablata non ſenſiſſet.

a trac. 2. c. 3.

Dubitatur tertio. An iniuſtus res alienæ detentor debeat fructus perceptos reſtituere, ſi dominus rei nullos ex ea re fuiſſet percepturus.

Reſpondeo, *b* ſi fructus extant, tenetur eos reſtituere, ſi conſumpſit reſtituat quantum ex eis factus eſt ditior, alioquin nihil, ratio, quia nec pertinent ad damnum, nec ad lucrum ceſſans.

b Couar. reg. peccatũ p. 2. §. 6 nu. 3

Expenſæ voluntariæ ab iniuſto poſſeſſore repeti nequeunt in foro exteriori, nec interiori poſſunt cum ſint inſeparabiles a re ſecus de expenſis neceſſariis

Dubitatur quarto. Quid dicendum de expenſis, & meliorationibus factis in re aliena ab iniuſto detentore. De hoc ſupra.

Rurſus dicendum. *c* In foro exteriori nullas expenſas vtiles, & voluntarias poſſe repetere, aut retinere, nec in foro interiori ſi à re nequeant ſeparari, neceſſarias verò ſine quibus res periiſſet, aut fuiſſet in deterius mutata, poteſt in conſcientia retinere.

c l. Domũ c. de rei ven. Med couar. & alii.

Dubitatur quinto. Quantum reſtituere debeat qui pecuniam mutuatam vltrà præfixum tempus retinet inuito domino.

Reſpondeo *d* quantum lucratur mutuatarios, & quantũ damnum continget mutuanti, ex quo ille eſt in mora culpabili reſtituendi.

Non reſtituens mutuum tẽpore præſcripto tenetur ad lucrum ceſſans, & damnum emergens.

d S. Tho. & alii nu. ro §. Reſpondeo.

Dubitatur ſexto. Quid ſi infrà præſcriptum tempus, quo quis pecuniam mutuauit in damnum notabile incidit ob carentiam ſuæ pæcuniæ teneatur mutuatarius recompenſare.

Reſpondeo *e* non teneri ex iuſtitia tum quia nullam iniuriam intulit mutuanti, qui volens, & gratis pecuniam mutuauit, tum quia mutuatarius non accepit pecuniam cum illo onere.

Damnum emergens infra tempus mutuanti nõ eſt recompenſandum ex iuſtitia a mutuatario.

Dubitatur ſeptimo. An teneatur Mutuatarius ad damnum emergens ex eo quod in tempore præfixo ex ineuitabili neceſſitate non ſoluit.

e Aragon. Ledeſm. vbi ſuprà.

Reſpondeo negatiuè, qui enim ſimpliciter non eſt ſoluendo cũ non habeat nec habere poſſit vnde ſoluat, non poteſt teneri ad damnum ſubſecutum, ratio quia abeſt culpa, qui enim fecit totum quod potuit, vt ſeruet ea, ad quę tenetur, ad aliud non obligatur.

Ratione iuſtitiæ iudicatiuæ aliquando plus reſtituendum quã fuerit ablatum.

Secus ſi cum aliquo ſuo detrimento potuiſset reſtituere v. g. domum vendendo, &c.

f Soto. 4. Iuſt. q. 6. art. 4. Ledeſm. Valen.

Ratio quia nemo tenetur ſe indemnem ſeruare cum alterius iactura.

Demum *f* ratione iuſtitię Iudicatiuæ aliquando plus eſt reſtituendum quam fuerit ablatum in pœnam iniuriæ, quæ tertio infertur, in quo ſeruanda erunt ſtatuta, quæ cum iuſta ſint, obligant etiam in conſcientia licet non ante ſententiam.

TRACTATVS QVINTVS CVI FACIENDA SIT Reſtitutio.

De reſtitutione facienda quando dominus rei notus eſt. Cap. I.

Reſtitutio facienda eſt vero Domino.

GEneralis regula *a* eſt verò domino rem eſſe reſtituendam, ſic enim vere damnum compenſatur, & æqualitas inducitur, nomine autem veri domini intelligitur qui iuſto titulo rei poſſeſſor eſt, uel ius habet ad rem, vel poſſeſſionem illius, etiam ſi rei dominium non habeat, ſiue ſit rei adminiſtrator, cuſtos, procurator, tutor, depoſitarius, &c.

Infertur.

Ex quo infertur. *b* Primo rem non furi, ſed uero domino reddendam, niſi forte *c* ut aliàs dictum eſt cùm bona fide quis emit, ut ſe indemnem ſeruet, &c.

2 Secundo ablatum à ſutore, uel fellone, eiſdem eſſe reſtituendum non domino, illis enim rei cuſtodia commiſſa eſt, præſertim cum ij ægre alioquin ſuos labores poſſint recuperare, &c.

3 Tertio *d* auferentem rem à depoſitario etiam, ut domino reſtituat, peccare contra iuſtitiam, & contra charitatem, infert quippe depoſitario iniuriam, teneturque ad damna, quæ illi ex hoc obueniunt.

4 Quarto, quod qui auferret rem à tutore, diſpenſatore, & ſimilibus, qui non ſunt domini, adhuc eiſdem facienda eſt reſtitutio.

Doctores qui de hac materia habes apud Sayr. nu 9

a c.I Reintegranda 3 q.1

b Nau. c. 19 nu. 29.

c Trac. 2 c. 2. dub. 2

d Med. C. de reſt. q. 1. dub. 2. concl. 2

tutio ex quo iuſtam habent rei adminiſtrationem. *Cautio.*

Quandocunque *a* autem reſtitutio fieret verò domino, admonendi interim ſunt illi: à quibus res ablata fuerat, rem vero domino non eſſe reſtitutam, ne eidem bis fiat reſtitutio.

a Caie. V. reſt. ca 4. Sot. Ledeſm.

Sunt autem infraſcripti caſus in quibus res ablata ei à quo ablata eſt minimè debet reſtitui. *Caſus, in quibus res ablata non eſt reſtituē da eo à quo auferitur.*

Primus, *b* Quando is à quo res ablata eſt, non eſt capax dominij, vel adminiſtrationis; vndè ſi quid ab vxore ablatum eſt vi ro eſt facienda reſtitutio idem de Monachis pupillis, &c.

b Pet. Na. q. de reſt. c. ſi

Et ampliatur, *c* ita vt ſi quis aliquid ab eiuſmodi perſonis lucretur in ludo, tenentur illud reſtituere vero domino, nempè Patri, Viro, Abbati, &c.

c Ledeſm. 24. q. 18. a. 5. caſtr. 2. leg. pœnal. ca 2. conclu. 1. corrol. 3.

Quę doctrina limitanda eſt. *Primus, Quando is à quo res ablata eſt nō eſt capax dominij vel adminiſtrationis. Limitatur.*

1 Primo, cum ſupradictæ perſonę habent adminiſtrationem, vt cum v.g. Monacus, cum quo quis luſit eſt procurator.

2 Secundo, cùm probabiliter ſperatur, quod ipſi à quibus ablatum eſt, reſtituent deinceps veris dominis.

3 Tertio, quando non imminet periculum, ex eo quod quis vero domino, & non illi a quo abſtulit, vult reſtituere.

Secundus Caſus, *d* Quando ex reſtitutione verò domino faciendā, grauius damnum eidem domino obueniret, tunc enim differenda in oportunius tempus. *Secūdus caſus.*

d S. Tho. 2. 5. ad 1. & alij apud Sayr. nu. 10.

Ratio quia reſtitutiò facienda eſt in domini vtilitatem, non perniciem.

Hinc infert *e* Caiet. *Infertur 1.*

Primo non eſſe reſtituenda Principi magna debita tempore, quo bellum gerit iniuſtum, ſed aliàs cum nulli imminet iniuria.

e Ibidem.

2 Secundo Clerico procuranti beneficium per Simoniam non eſſe tunc pecuniam reſtituendam.

3 Tertio peccare mortaliter, & Nummularios, qui Clericis ad hunc finem mutuant pecuniam.

4 Quarto non eſſe reddendum gladium petenti eum ab ſibi, vel alteri nocēdum, nam in eiuſmodi caſu cum quis non ſit dominus vitæ ſuæ vel alienæ, neque ius habet ad gladium repetendum ad hunc finem.

An verò ſi quis ita ſibi, aut alteri nocere volenti gladium reſtituat, faciat contra charitatem ſolum, an etiam contra iuſtitiam, ita vt ne dum peccet, ſed teneatur ad damna, quæ indè ſequuntur, quidquid ſit de mente Caiet. qui in hac re ſe non ſatis explicat. *Prima Concluſio. Volēti ſibi aut alteri malum inferre nō eſt reddendum depoſitū uel ablatum, alias peccatur contra charitatem & contra Iuſtitiam.*

f Sot. 4. Iuſt. q. 7. a. 1. & alij nu. 12.

Dicendum primo. *f* Domino repetenti rem ſuam in ſuum, vel alteruis detrimentum, cuiuſmodi ſunt mutilatio, occiſio, damnificatio in bonis fortunæ, &c. deneganda eſt tum ex charitate, tum ex iuſtitia.

g Eccl. 17.

Primum probatur, *g* quia vnicuique mandatum eſt de proximo ſuo & *h* præcipimur eruere eos, qui ducuntur ad mortem.

h Prou. 24

Secundum patet quia quis ſic reſtituendo cooperatur ad malum,& eſt cauſa ſaltem ſecondaria,quæ *a* inducit obligationem ex iuſtitia.

a ca. ſi. de iniur. & damno dato.

Iuxtà exemplum eius,qui reddit gladium ſic malè affecto poſſunt determinari,& alij caſus:vt verbi gratia,qui *b* malleum,aut ſcalam cômodat ei, quem ſcit abuſurum in damnum alterius qui vendit arma ad iniuſtum bellum,qui commodat clauem adulterii ram,&c.

b l. ſi pignora. §. ſi ferramenta, ff. de furtis.

Hęc autem prima Concluſio limitatur.

Limitatur primo. Modò ne ex rei alienæ retentione mihi consimile aut maius immineat damnum.

Primo modo ne ex retentione rei alienæ grauius, aut ſimile damnum mihi immineat,nam tunc damnum quod ſequitur ex reſtitutione eſt reſpectu reſtituentis inuoluntarium,ac proinde inculpabile,& nemo tenetur potius alteri conſulere quam ſibi, vt patet in eo,qui extremè indiget non debere ſibi cibum ſubtrahere,vt alteri ſimiliter indigenti eroget,&c.

Cæterùm animaduerti debet,an malum quod imminet re illa non reſtituta vergat in perniciem totius Reipublicæ , tunc enim cum quouis ſuo periculo & damno reſtitui debet,cum bonũ commune cuiuis priuato præferri debeat.

Publicum malum, priuato præferendum.

Secundo modo ne Iudex præcipiat etiàm tunc depoſitum reſtituendum,debemus enim parere Iudici,& damnum quod conſequitur illi imputabitur.

Limitatur. 2 Modo ne Iudex reſtituendum præcipiat.

Secunda Concluſio principalis. Repetenti rem in abuſum citra iniuriam tertii reſtituenda eſt.

Dicendum ſecundo. Domino repetenti rem ſuam citrà alterius iniuriam,ſed tamen in abuſum verbi gratia,ad ſcortandum, ludendum,&c. Si reddatur fit quidem contra charitatem,ſed nô contra iuſtitiam.

Ratio quia in hoc caſu dominus vtitur iure ſuo,quo non expoliatur ob malum finem ſpiritualem.

Confirmatur exemplis

Hincà ſimili tenetur parochus miniſtrare Euchariſtiam peccatori occulto eam petenti,quia,& ſi iſte non habeat ius ad precandum,habet tamen ius ad ſacramentum petẽdum,idem dicẽdum de viro habente votum caſtitatis,nam & ſi debitum petendo ab vxore peccet illa tamen tenetur reddere , cum vir vtatur in hoc iure ſuo ,quare & ſi quis ex charitate teneatur non reddere pecuniam volenti eam dare ad vſuram , vel emere eccleſiaſticam dignitatem,tamen ſi det,non peccat côtra iuſtitiam,vel quid aliud , in quo tamen ſibi ſpirituale damnum, & nulli iniuriam inferat , quidquid incontrarium dicat *c* Caiet.

Soluitur. Obiectio.

Nec obſtat illud *d* Eccleſiaſtici Deum vnicuique mandaſſe de proximo ſuo , Nam hoc intelligitur quando non imminet grauius malum, cuiuſmodi eſt velle aliquem libertate priuare,& rurſus intelligitur ſecundum ordinem charitatis non iuſtitiæ.

c 2. 2. q. 62 a.5.
d Cap. 17.

Tertius Caſus.

Tertius Caſus eſt quando dominus eſt in loco remotiſſimo,ita vt res ſine maiori ſumptu quam valeat,aut graui periculo tranſmitti nequeat , *e* & hi caſus intelliguntur cùm dominus viuus, & notus eſt, nam ſi è vita deceſſit,reſtitutio facienda erit hæredibus ſiuè neceſſaris,ſiuè ſuccedentibus,&c.

e S. Tho. vbi ſupra Sot. 4. de Iuſt. q. 7. ar. 1. &c.

Dubium

Dubium autem eſt. An qui poſt quæſitos hæredes, & non inuentos rem quam debebat reſtituere, pauperibus diſtribuit, ſi poſteà inueniantur, teneatur rurſus eiſdem reſtituere.

a Sot. Ledeſm. Salon. Arag

Quæ nõ inuentis dominis rerum, tutè quis eas in pios uſus diſtribuat.

a Reſp. negatiuè, & quidem res parui momenti poterit propria authoritate ſic erogare, quæ autem ſunt notabilis valoris, poterunt ſimiliter in pios vſus diſtribui, emanato prius ſuper hoc decreto eccleſiaſtico vel ciuili, iuxtà morem Prouinciæ, & adhibita debita diligentia ad hæredes illos inueniendos & tunc erit tutus in vtroque foro.

b Gab. 4. d 15. q 2. a. 3. dub 5.

Quis facit dum à bonæ fidei poſſeſſore alienum accipitur.

Dubitatur ſecundo. b An accipiens rem ab eo, qui non eſt verus dominus, ſed tamen poſſidet bona fide, debeat eidem reſtituere, an vero domino,

c Pet. Nauar. l. 4. de reſt. ca. 2. dub. 4 nu. 22. Arag. Sot.

Dicendum primo, ſi reddat tali bonæ fidei poſſeſſori, ſatisfaceres, c imò ſi res ſit dubia, neceſſario huic erit reſtituenda, ratio quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis.

Prima Cõcluſio.

Dicendum ſecundo, cum certũ eſt rem eſſe alienam, ſed tamẽ probari nequit, tunc etiam tali bonę fidei poſſeſſori reſtituenda erit, præſertim cum habeat iuſtum titulum, quia nec ipſemet poſſeſſor durante ſua bona fide tenetur in conſciẽtia reſtituere. d Secus ſi probari poſſit rem eſſe alienam, nam facta admonitione ab eo qui rem debet reſtituere, quod is non ſit verus dominus, ſed alius, iam incipit eſſe malæ fidei poſſeſſor. Et confirmatur nam ſicut dominus ipſe ſi rem inueniſſet, quam certo ſcit eſſe ſuam à quocunque tuta conſcientia accipere poſſet, ita etiam quilibet eum iuuare in tali actu, & cooperari poterit, vt proinde vero domino rem illam reddendo non peccet.

d Pet. Naua & Ga. vbi ſup.

2. Cõcluſio

Dubitatur tertio. Emens à fure bona fide rem alienam, cui debeat reſtituere, poſtquam nouerit eſſe alienã. De hoc etiã ſupra.

Quid de emptore bonæ fidei poſtquam nouerit rem eſſe alienam.

Dicendum primo ſi fur non comparet, vel nõ vult pretium reddere, tenetur ipſe reddere vero domino.

b S. Anton. p. 2. tit. 2. c. 1. Sylu. V. reſt. 4. q. 3. Ioan. Med. C. de reſt. qu. 1. dub. 2. So. Caiet. & alij nu. 21. f c. 17, n. 29

Secundo ſi dominus non comparet poteſt furi reddere vt pretium recuperet.

Tertio etiam comparente domino valdè probabile eſt poſſe rem furi reſtituere ſi ab eo pretium ſit recuperaturus, quia quiſque tenetur potius ſibi, quam alteri conſulere, & reddendo rem furi, nõ facit actum malum, cum prebeat illi occaſionem reſtituendi, & ſi fur poſtea non reſtituit, erit per accidens, & conſequenter non cooperatur peccato illius.

Quarto nec domino, nec fure comparentibus eo modo quo inferius dicemus, pauperibus in bonum domini reſtituere debet.

e Panor, in c. in literis. n, 9. de reſt. ſpol.

Dubitatur quarto. An ſuccipiẽs rem à fure, teneatur eam furi reſtituere, an uero domino.

Res furto à fure ſublata nõ furi ſed domino reſtituenda eſt.

Reſpondeo e reſtitui debere vero domino, niſi fortè cum probabiliter iudicatur furem etiam reſtituturum, ſed quia hoc periculo ſum eſt, & fruſtrà fit per plura, quod poteſt fieri æquè benè per pauciora, ideo, &c.

Contrarium docuerunt f Nau. & g alij. Probant quia per leges ciuiles etiam prædones debent manteneri in poſſeſſione.

Re-

Soluitur Nauar. ibi et alibi. Reſpondeo eiuſmodi *a* leges loqui in caſu, in quo non conſtat de vero domino, in quo adhunc conſultius erit in conſcientia paupe ribus in bonum domini erogare. *a l. cũ fundum & l. 1. § ſi predo, ff. de depoſit.*

Dubitatur quinto. An ſicut mandatur rem, quam ſcit eſſe furti uam ad aliquem ferre, debeat contra mandatur vero domino re ſtituere.

Transportans ſcienter rem alienã debet etiam cum amiſſione mercedis. non ei cui mittitur ſed proprio Domino reſtituere. Reſpondeo *b* reſtituendam eſſe domino, quod ſi interim tran ſportationis mercedem perdat, ſibi imputet, qui cum malafide rem furtiuam tranſportandam accepit, ſecus ſi cum bona fide, nam ſi nequeat aliter mercedem ſibi debitam recuperare, poterit ei cui mittitur dare, neque enim cum tanto ſuo detrimento tene tur domino ſubuenire & forte ex ijs concilatur *c* Nau. qui aliter videtur docere. *b Pet. Na. li. 4. de reſtit. ca. 2. dub. 2. nu. 19.* *c c. 17. nu. 2. 9.*

Bona quæ quæ ab Eccleſiaſticis ſurripiũt, cui ſint reſtituenda. Dubitatur ſexto. An bona, quæ perſonis eccleſiaſticis auferum tur, eiſdem reſtitui debeant.

Prima Concluſio. Dicendum primo. Si ſint patrimonialia, vel quaſi ideſt propria induſtria, aut parcius viuendo acquſita, illis debet reſtitui tan quam verus dominus.

Dicendum ſecundo. *d* Si ſint Eccleſiaſtica immobilia, aut etiã mobilia ſpecie extãtia, adhunc eiſdem ſunt reſtituẽda, ratio quia ſunt adminiſtratores eiuſmodi bonorum. *d S. Th. 4. d. 15. q. 1. a. 4. quæſtiuncula vltima ad vlt.*

Dicendum tertio. Si verum ſit prælatum eſſe tantum diſpenſa torum, non dominum prouentum Eccleſiaſticorum (de quo ali bi) tunc ſi probabiliter credatur illum eſſe prodgium, & diſſipato rem reſtitutio facienda erit Eccleſiæ, modò fieri poſsit ſine ſcan dalo, ſi autem ſint domini eiſdem fiat reſtitutio cum non liceat ob prodigalitatem priuata authoritate aliquem proprio domino ſpoliare.

Dicendum quarto. Cum certum ſit prælatum non eſſe dominum bonorum immobilium Eccleſiæ, in caſu quo credatur hæc ab eo dilapidanda, ſi ei fiat reſtitutio, omninò Eccleſiæ reſtitui debent.

De

De reſtitutione facienda quando dominus rei ignoratur. Cap. *II.*

a S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3. ad quintum, & alij nu. 1.

Quæſt. I. *Debita diligentia varie facienda pro varia rei qualitate.*

b Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 5. Petr. Nau. l. 4. de reſt. c. 2. dub. 7. n. 56.

Dominus rei poteſt eſſe ignotus, & in particulari, & etiã in communi.

ILlud *a* in primis certum eſt, cum dominus rei ignoratur debitam eſſe adhibendam diligentiam, vt inueniatur, quo non inuento diſtribuendam eſſe impios vſus, ſic enim expenditur in ignoti domini vtilitatem, *b* quod ſi deinceps verus dominus comparuerit, nihil amplius ei reſtituendum eſt neque ab eo qui erogauit, neque ab eo qui accepit etiam ſi ex paupere in ditiorem fortunam venerit, ſed hæc & alia clarius ex infra dicendis elucefcent.

Dubitatur primo. Cui facienda ſit reſtitutio cum rei dominus eſt incertus.

c arg. c. in c. ſicut dignũ de homic. Sot. ſalõ, &c.

Poſt adhibitam diligentiam ſi nec generaliter nec ſpecialiter innoteſcat rei dominus in pios vſus distribuatur.

Pro ſolut. *c* not. primum. Ignotum dominum non eſſe dicendum niſi poſtquam debita diligentia ad eum inueniendum fuerit adhibita, quæ maior, minorue eſſe debet iuxta rei qualitatem arbitrio boni, & prudentis viri, cum multò exactius, & per loca multò remotiora ſit perquirendus dominus mille quam centum aut viginti aureorum, &c.

Not. 2. Dominum ignorari poſſe vel in particulari, quamuis in vniuerſali ſciatur, vt cum depredatur milites ciuitatem iniuſtè, ſciunt prædam eſſe incolarum talis ciuitatis, ſed quid à ſingulis ciuibus ablatum ſit ignorant, idem de defraudante menſurã mercium, &c. vel ignorari etiam in communi, vt qui in frequẽtiſſimis Nundinis promiſcuè vendendo defraudant, &c.

Si rei plures ſint domini omnium cõſenſus eſt expectãdus verũ in pios vſus debeat diſtribui, aut relaxari reſtitutionis vinculũ.

Not. 3. quod vbi ex generali notitia poſſet ad diſtinctam, & particularem deueniri, enitendum eſt pro viribus illam acquirere. Hic conſtitutis.

Dicendum primo, non extante veri domini cognitione nec in particulari nec in communi, tutè res ablata poteſt poſt adhibitam diligentiam in pios vſus expendi.

Dicendum ſecundo. Cum conſtat in communi ad plures dominos ſpectare rem aliquam, diuidenda eſt inter eos iuxtà maiorem, minoremue notitiam, quæ plus, minuſvè in ſingulorũ fauorem inducit, & ſicut in eiuſmodi caſu non eſt ſatis quod vnus ex eis conſentiat vt res pauperibus erogetur, ità neque etiam ſatis erit quod vnus, aut alius reſtitutionis vinculum remittat, ſed neceſſe eſt omnes concurrere. Hinc ſoluuntur multi caſus.

Primus Caſus.

d Angles. 4. p. 2. q. 2. a. 1. dub. 4.

Primus *d* Iniuſtam ciuitatis prædam Magiſtratibus reſtituendam, quibus incumbet eam diſtribuere pro conſcientia inter eos, qui plus minuſve in ea paſſi ſunt.

Secun-

2 Secundus. Princeps ſciens prædeceſſorem iniuſtè à ſubditis ali qua abſtuliſſe, tenetur populo communiter reſtituere niſi tota Re ſpublica ei debitum dimiſerit.

3 Tertius. *a* Qui per fraudem facit, vt triticum carius vẽdatur, quam ciuitas ipſa emerat, optimè reſtituet ſi ſit in cauſa, vt tantundem vilius vendatur in poſterum, ſic enim ijſdem reſarcitur damnum, quibus fuerat antę illatum, *b* & præſtat ſic facere quam id quod fuerat iniuſtè ablatum, in pios vſus erogare.

4 Quartus. Proportionaliter idem agendum erit ab eo, qui venientibus ad ſuam tabernam res carius iuſto pretio vendidit, ſimiliter de Vſurarijs, &c.

5 Quintus. Bona Peregrini ab inteſtato morientis, niſi obſtet ſpecialis conſtitutio *c* cuiuſmodi, & in Hiſpània, & in Gallia reperiuntur *d* conuertenda ſunt in pios vſus, & quidem vt plurimum ſolent Hoſpitalia, in quib. illi moriuntur ſuccedere ex Priuilegio.

Inquiſitio pro rei domino inueniendo fiat expẽſis eiuſdẽ rei ſi bona fide poſſideatur, ſin minus poſſidentis.

Dubitatur ſecundo. Cuius expenſis facienda ſit diligens inquiſitio, vt rei dominus inueniatur. *e*

Reſpondeo ſi res bona fide poſſideatur faciendam eſſe expenſis rei reſtituendæ, ſi verò mala fide, ſumptibus ſic poſſidentis.

Bona incerta non debẽtur pauperibus iure natura.

Dubitatur tertio. Quo iure bona omninò incerta in pios vſus ſit conuertenda.

Reſpondeo *f* huiuſmodi bona non omninò iure naturali debita eſſe pijs vſibus, nam cum iuri naturæ nõ poſſit derogari, adhuc tamen Papa & Republica poſſent conſtituere, vt aliter quam in pios vſus inſumerentur, & ſicut bona deſerta redeunt ad communitatem, à qua rurſus quibus libuerit poſsunt adiudicari, ita & incerta, ſed cùm ad Summum Pontificem ſpectet temporalia ad ſpiritualia dirigere, optime omninò ſtatuit vt in dominorum ſalutem pauperibus erogarentur.

Soluitur prima ratio ex D. Tho.

Neque ex *g* D. Tho. aliud colligitur quam ſuppoſita Eccleſiæ conſuetudine talia bona deberi pauperibus in commodum ſpirituale veri domini, deberi quidem ſed titulo eleemoſinæ, non Iuſtitiæ.

Soluitur ſecunda quõ non priuentur domini inuiti bonis incertis.

Neq; rurſus valet *h* ratio quod domini priuarentur inuiti ſuis rebus, prçſumuntur enim velle, vt cum recuperatio ſit impoſſibilis, in eorum ſalutem ſpiritualem conuertantur.

Alex. III. Inn. c. i. k.

Et quidem circa erogationem faciendam in vſus pios ex male acquiſitis per vſuram eſt conſtitutio *i* Alex. III. ſicut de extortis prætextu officij idem ſtatuit *K* Innoc. III. quamuis vterque antiquorum veſtigijs, & Euangelico documento inſtiterit.

Inter eorum diſpenſatio in pios vſus poteſt propria authoritate fieri.

Dubitatur quarto. Cuius authoritate facienda ſit bonorum incertorum diſtributio in pios vſus.

Reſpondeo *l* & ſi nulla lege cautum ſit requiri in ea Epiſcopi, aut Confeſsarij authoritatem, expedit tamen aliquando eorum, vel alterius viri prudentis præhabuiſse conſilium.

Primum probatur, nam cũ huiuſmodi diſtributio pauperibus facienda ſit introducta de Iure humano vtique nullis legibus inſtitutum eſt illorum authoritatem præequiri.

a Pet. Nauar. l. 4. de reſt. ca. 2. dub 8. nu. 63.

b Caiet. 2. 2 q. 62. ar. 5. ad 3.

c Pet. Nauar. vbi ſupra.

d Authen. oẽs peregrini c. de ſucceſſio.

e Salon 2. 2. q. 62. a. 5. Sot. 4. Iuſt. q. 7. a. 1. ad 3.

f 4. d. 15. q. 1. & 2. 2. q 62. a. 5. ad 7.

h Caie. ibidem Sylu. & alij apud Sayr. nu. 10. §. Prima eſt.

i in ca. cũ tu de vſuris.

K in ca. eũ ſit nimis de Iudæis.

l Sco. 4. d. 15. q. 2. ar. 4. & alij nu. 16.

Secun-

Secundum etiam ex ſe poteſt. *a* Poterit tamen Epiſcopus ſe in talibus diſtributionibus immiſcere.

Caſus in quibus ep̃s ſe potest ſe in eiuſmodi diſpenſatione intromittere.

Primo cum mortuo eo, cui talis diſtributio incumbebat aut nullus extat hæres, aut hic exequi eam contemnit. 1

Secundo Quando is, qui debet non vult reſtituere, tunc enim poteſt etiam in iudicio contra illum procedi. 2

Tertio quando reſtituens male diſtribuerit, *b* idque dolo, vel lata culpa, quod ſi interueniẽte adhuc Epiſcopi authoritate fieret adhuc diſpenſatio malè, vterq; teneretur ad reſtituendum, *c* non enim dicitur factum quod aliter quam fieri debuit factum eſt. 3

Quarto quando talia incerta fuerunt vſurariorũ manifeſtorum, nam tunc iis mortuis diſpẽſatio ſpectat ad Epiſcopum, imò hic ſolus legis authoritati, reliqui doctioribus innituntur. 4

Contra noſtram concluſionem videtur docuiſſe *d* D. Th. & alii ſcilicet faciendam eſſe huiuſmodi diſtributionem ſuperiorum authoritate.

Probant primo *e* ex C. cum ſit.

Soluitur prima ratio in contrariũ. Soluitur ſecunda.

Reſpondeo ibi contineri caſum particularem de Iudæo, qui multa per publicum officium à Chriſtianis extorſit, cumq. merito de eius fidelitate poſſet dubitari, ideo reſtitutio dimandatur Epiſcopi prouidentiæ, at ex hoc non licet inferre generalem regulam.

Probant ex c. *f* Cum tu.

Reſpondeo ex hoc, tantum elici ius compellendi Vſurarios ad reſtitutionem eſſe penès Epiſcopos, quamuis adhuc authoritas reſtituendi remaneat apud eoſdem vſurarios, *g* niſi vbi ex vſurarii cupiditate, & malitia probabiliter timeri poſſit, quod non fideliter ſit reſtituturus.

Soluitur tertia. Corrolarium de authoritate epiſcopi circa reſeruationem caſus non reſtituentium incertum.

Probant tertio Epiſcopum eſſe patrem pauperum ergo ad eum ſpectat diſtributio.

Reſpondeo vtiq; ne neglienter, aut infideliter fiat, aut in aliis caſibus ſupra poſitis. *h* Poteſt autem Epiſcopus prohibere Confeſſarios ne abſquè ſuo conſilio eos abſoluant, qui bona eiuſmodi non reſtituunt, atq; eorum abſolutionem ſibi reſeruare, cum hoc ad ſpiritualem animarum regimen ſpectet, *i* quamuis adhuc actualis incertorum diſtributio fieri poſſit ab eiſdemmet pœnitentibus.

Quid ſi poſt diſtributa ſi huiuſmodi incerta in uſus pios uerus dominus cõpareat.

Dubitatur quinto. An comparente vero Domino poſt diſtributionem factam in pios vſus, iterum ei ſint reſtituenda.

Reſpondeo de hoc etiam ſupradictum.

Dicendum primo cum præceſſit debita diligentia, & multo magis ſuperiorum authoritas, ad nihil amplius teneri, *K* Bona enim fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur. 1

Dicendum ſecundo. Si non totum in pios uſus ſit diſtributum, quod ſupereſt domino reddendum. 2

Dicendum tertio. Neque ſuffragari in contrarium Bullam compoſitionis *l* quia non preſumitur Papam eam concedere niſi in caſu in quo uerus dominus non inueniatur. 3

a Rodriguez. in Sum. p. 1. c. 41. conclu. 9. & a lii, nu. 17.
b Sylu. V. reſtitutio 3 q 5
c Arg reg. qui ex timore de reg. iur. in 6.
d in 4. d. 15. q. 1. ar. 5. quæſtiũcula 4. ad 3. & opu. 21. Hoſt. Palu. &c. nu. 15.
e De Iudæis.
f De vſuris.
g c. quanquam eo ti.
h De hac re habes authores. n. 19.
i Na. c. 17. nu 92
K Arg. re. 83 de reg. iur. in 6
l pe. Nau. 3. de reſti. c. 2. n. 57.

Dubitatur ſexto. An quis poſſit eiuſmodi incerta ſibi, aut cõſanguineis titulo paupertatis applicare.

Vt poſſit quis ſibi aut conſanguineis bona incerta applicare.

Reſpondeo affirmatiuè modò paupertas certa ſit, *c* nam ſi & alii taliter egenti poſſunt erogare huiuſmodi bona, ergo & ipſemet ſibi applicare, ſi verò dubia, requiratur Confeſſarii, aut Parochi conſilium & rurſus ſi paupertas ſit tantum ad tempus, poterit tantum prolongare reſtitutionem, vbi autem ſibi applicauerit, non tenetur ad aliud pro anima dominorum, quam quod facerent alij pauperes, nec rurſus obligantur reſtituere ſi ad pinguiorem fortunam deuenirent, ſemper enim laudabile erit non omnia ſibi hoc iure applicare, ſed etiam partem aliis pauperibus diſtribuere.

c S. Th. 2. 2. q. 32. a 9. ad. 3. & alii apud Sayr. n. 21 *d* c. 25. nu. 122

Corrolarium

Ex dictis infert *d* Nauar. Beneficiatum verè pauperem, qui tenetur ad reſtitutionem fructuum pro officij omiſſione poſſe eoſdem ſibi applicare ſaltem accedente conſilio Confeſsarii.

e c. non ſatis c eſt p bã da. d. 85 *f* gabr. 4 d. 15. q. 20 a. 3. vterq. Nau. Corduba &c. *g* Lopes p 1. instruct conſcien. c. 137.

Dubitatur ſeptimo. An ſatis ſit dare indigentibus, an verò neceſſarium ſit & mulieribus, & magis indigentibus erogare.

Vt ſit neceſſarium pauperibus diſtribui bona incerta.

Reſpondeo *e* quamuis optimum ſit eligere pauperiores, & mulieres *f* id tamen non eſt neceſſarium, ratio quia cum ſolũ ex diſpoſitione iuris poſitiui hæc bona pauperibus debeantur, certè per hoc non cauetur niſi vt pauperibus erogentur, modo ne exceſſus talis ſit vt vnus v. g. ſit tantum communiter indigens, alter verò grauiter, aut vnus grauiter; alter verò extremè.

Ampliatur Cõcluſio. Neque *g* eſſe neceſſarium vt magis vnius quam alterius loci pauperibus diſtribuantur, ratio quæ ſupra non enim hoc iure poſitiuo decernitur.

h S. An. p. 2. tit. 2. c. 6 Sylu. & alii n. 23

Dubitatur Octauo. An poſt adhibitam exactam diligentiam, & non inuentum verum dominum poſſit quis per bullam Pontificiam tuta conſcientia componi, vt portione reſtituta reliquum ſibi adiudicetur.

Poſt factam authoritate Pontificia compoſitionẽ reliqua incerta poſſe ſibi debitor tuta conſcientia retinere. Nauar. De Orina. Quando etiã extante domino poſſint eius bona erogari in pios vſus.

Reſpondeo affirmatiuè *h* eſt enim Papa generalis vniuerſorum diſpenſator, & ex iuſta cauſa introduxit huiuſmodi compoſitiones nempe vt homines faciulius reſtituant, aliàs non reſtituturi ſi nih il ipſis cederet, quod ſi tuta conſcientia grauium Doctorum opinionem ſequi poſſumus, quomodo nutabimus circà id quod ſummi Pontificis authoritate decernitur?

a c. 17. nu. 93. *b* Cõuar. reg. peccatum p. 2. §. 1. n. 3. Salon. Nau. &c. *c* Ang. v. reſtitutio. 2. §. 7

Addit tamen *a* Nauar. Procurantes huiuſmodi compoſitiones eſſe in peccato quouſque eas adipiſcantur, ſi cum poſſint interim pauperibus erogare, omittant facere, & rurſus eſſe in pec-
1 cato ſi poſt ſecutam compoſitionem haberent animum quod e-
2 tiam illa non extante vellent ſibi incerta retinere.
3 Dubitatur nono. An extante domino poſſit etiam quandoque licite dari pauperibus vice illius.

Reſpondeo affirmatiue Primo cum dominus lõgiſſime abeſt, tunc enim æquiualent incertis, cum ratione diſtantiæ ea recipere nequeat. *c* Secundo multò magis ſi & diſtat dominus, & res reſtituenda ſit modica. Tertio cum neſcitur vbi habitet, & veriſimile eſt non compariturum. In his prudentia locum habet.

Dubi-

Dubitatur decimo. An quæ dicta ſunt de iniuſtè acquiſitis, & retentis intelligi etiam debeant de perditis, & inuentis.

Eſt autem quæſtio de ijs inuentis, quæ de proximo conijcitur habuiſſe dominos, & de ijs quæritur; an poſt diligentem inquiſitionem poſſit quis ea ſibi licite retinere.

a Reſpondeo affirmatiue, contra Riccard. & alios.

Probatur primo, diſtributio incertorum dependet ex lege poſitiua, ſed nulla lex poſitiua præcipit huiuſmodi incerta diſtribui in pios vſus ergo poſsunt retineri, *b* & ſi qui canones in contrarium afferuntur, certum eſt eos loqui *c* vel de bonis peregrinorum ab inteſtato morientium, de quibus ſuprà, *d* vel de debitis iniuſte, & ex delicto contractis, *e* vel quando non eſt adhibita diligentia quæ requiritur.

Probatur ſecundo: Naturalis ratio videtur dictare, vt poſt debitè requiſitum dominum, & non repertum habeatur res pro derelicta, & conſequenter cedat primò inuenienti.

Intelligitur porrò Concluſio *f* modo inuenta non ſint bona Eccleſiæ, licet neſciatur cuius particularis Eccleſię ſint, *g* quæ enim ſemel Eccleſiæ fuerunt, non ſunt amplius in profanos vſus conuertenda, & modò inuentor non ſit religioſus, qui voto paupertatis abdicauit à ſe quodcunque dominium, etiam ius inuentionis. *h* Cùm verò Dominus rei intrà tempus ad vſucapionem vel præſcriptionem neceſſarium comparuerit, ei facienda eſt reſtitutio ſecus ſi poſt elapſum.

a So. 5. Iu. q. 3. ad 2. Ledem. & alii n. 8.
b 4. d. 15. ar. 5. q. 7. Palud. So. & alii nu. 27.
c Authen. oēs Peregrini. C. conuenit de ſucceſſion.
d ca. cum tu de vſu.
e ca. illud ſiquid inueniſti 14 q. 5.
f Salon. 2. 2. q. 66. a. 5. contr. 1.
g arg. reg. ſi. reg. ſemel de re. iur. in 6.
h Bannes ibidē a. 5.

Incerta, quorum domini post debitam diligentiã n8 comparent, poſſunt licite retineri.

Probatur. 1. 2. 3.

Limitatio ex parte inuentorum, & inuenientium.

De reſtitutione ob actum debitum, aut aliàs malum, & illicitum. *Cap. III.*

Si rei alienæ inuentori promittatur præmium poterit illud ne dum accipere ſed exigere.
Idem licet ex loci conſuetudine.
Necnon ſi precibus agat nõ quidem cominus
Licitum eſt vero domino ad redimendam vexationem dare aliquid inuentori hic autem tenetur reſtituere.
Labores & impenſæ pro re aliena inueniendo recompenſari debent.
Pretium accipi poteſt vel pro re illicita, vel licita ad quam teneri quis ex obligatione vel ex officio, vel tantum ex charitate.

AN rei alienæ perditæ inuentor licitè à vero domino præmium petere, & accipere poſſit.

Dicẽdum primo ſi pactum præceſſerit, quod inuentori dabitur præmium tunc poterit ne dum illud accipere, ſed exigere, pactis enim & promiſſis ſtandum eſt.

Dicendum ſecundo. Idem licebit, vbicunq; etiam ſine pacto mos ſit inuentori aliquid dare, ratio quia laudabilis conſuetudo & vim pacti vel legis habet.

Dicendum tertio. Adhuc neque pacto exiſtente, neque conſuetudine poteſt inuentor non vi, ſed precibus aliquid petere loco præmij, ratio quia preces non tollunt, aut cogunt voluntarium.

a Dicendum quarto. Secluſis hiſce caſibus non licet inuentori petere, aut accipere præmium, nam cum ex iuſtitia alienum reddere quis teneatur, gratis id facere debet, vnde in caſibus primæ, ſecundæ, & tertiæ Concluſionis non accipitur præmium pro re aliena, ſed in boni nuncij retributionem.

a Bart. in l. Falſus, § qui alienum. ff. de furtis, & alij, nu. 1. §. 2. e contrario.

Quod ſi quæras, qui ſi dominus aliquid det Inuentori tantum ad redimendam vexationem, nempè, vt rem ſuam recuperet.

Reſpondeo dominum licitè dare inuentorem autem illicite accipere, cum ex iuſtitia ab iniqua vexatione deſiſtere teneatur.

Dicendum quinto. Dominus debet recompenſare expenſas, & labores inſumptos pro re inuenienda, & hic eſt ſenſus *b* cap. dudum, quem citat Hoſtien. in quo agitur de ſerui fugitiui perquiſitione, & ſumptibus pro eo factis, quos ſerui dominus debet reſarcire.

b De electione.

Dubitatur ſecundo. An accipiens pretium pro eo, quod ex officio, & iuſtitia tenetur debeat reſtituere, & cui. Pro Deciſione.

Not. primo, pretium poſſe accipi contra legem, vel pro re aliàs in ſe licita, vt pro ferenda ſententia, miſſa audienda, &c. ad quam quis teneri poteſt vel ex officio, vel tantum ex charitate vt ſupra vt teſtis non vocatus vltrò ſe ingerens, non fornicari &c. vel ſecundo pro re turpi, & illicita, cuiuſmodi ſunt homicidium, adulterium, ſententia iniqua &c.

Not.

Not. ſecundo Acceptio *a* illicita poteſt contingere tripliciter Primo ex parte dantis tantum, vt ſi quis pro beneficio Eccleſiaſtico det aliquid quod accipitent putet gratis ſibi dari. Secundo ex parte accipientis tantum, vt cum quis ut ſuæ conſulat neceſſitati ſoluit vſuras, vel ut Iudex iuſtitiam admniſtret, uel ne quis crimen aliquod admittat, dans enim bonum finem intendit, cum alioquin accipiens illicitè accipiet, obligatus aliàs ſine pecunia ad ea facienda, vel omittenda. Tertio ex parte vtriuſq; vt cum vterque malum finem intendit, cuiuſmodi ſunt damnum, iniuria, in iuſtitia &c.

a S.Th. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad 2. So 4 Iuſt. q. 7 a. 1. ad 2.

Acceptio illicita tripliciter ex parte dãtis tãtum ex parte accipientis tantum Ex parte utriuſque.

Not. tertio, ea ad quæ tenemur ſiuè ex iuſtitia ſiuè ex charitate poſſe aliquando nullo labore, aut impenſis fieri, aliquando ſecus, vt teſtis cum ex longinquo debet venire ad Tribunal, aut Iudex, qui proferenda ſententia multos libros debet euoluere, &c. His præmiſſis.

Dicendum primo certum eſſe quod Iudex *b* cæteriq; miniſtri iuſtitiæ licitè poſſunt taxatum ſtipendium accipere, ſi tamen aliquid vltrà ratione eius muneris quod exercent, acceperint, peccant, & tenentur reſtituere, ratio quia ex pacto tacito, vel expreſso cum Republica, acceptauit ſtipendium tanquam iuſtum pretium, ergo illud non debet transgredi, undè id quod ultra accipit dicitur extortum per commiſſionem, Idem proportionaliter in mercatoribus, qui uendendo, taxatum prætium tranſgrediuntur.

Vt licitè miniſtri Iuſtitiæ taxatũ ſtipendiũ poſſunt exigere, ſea nihil amplius rõne officij ſecus peccant, & tenentur reſtituere.

Quod autem ij qui ſic *c* accipientes vt faciant, vel omittant id quod ex iuſtitia, tenentur, obligentur ad reſtitutionem, patet quia dans dedit inuitus ad redimendam, ſcillicet vexationem & conſequenter cum dando non transferat dominium, quod accipit tenetur reſtituere tanquam alienum, & iniuſtè acceptum.

coniuſſionẽ

b S.Th. 2. 2. q. 32. ar. 7. & q. 62. a. 5. ad 2. Gab. & alij n. 5.

c S. Augu. ep. 54. ad Macedon & refertur i c. nõ ſane 14. q. 4.

Dicendum ſecundo. Certum etiam eſse quod cum in officio Iudicis v.g. & cuius ſuis alterius duo ſint, & munus exercere, litigantes audire, cauſarum merita expendere &c. & iuſtè exercere v.g. litigantes non retardare, ſententiam iuſte proferre &c. ad utrunq; ſufficit taxatum ſtipendium, vt ſit qui ultrà exegerint, tenentur reſtituere.

d Adr. qu. 16. de reſt. Iõ. Me. C. eod. q. 25. Salõ 2. 2. q 62. a. 5. cõtrou. 3. conclu. 3. Bañes &c

Dicendum tertio, *d* probabilius eſse ſic accipientem ſtatim ex natura rei, & ratione iniquæ acceptionis ante omnem repetitionem aut ſententiam condemnatoriam reſtituere debere, & hoc cenſendum eſt locum habere etiam in eo, cui cùm non incumbat ex officio tueri Iuſtitiam, accipit aliquid pro non committendo verbi gratia homicidio, quamuis maior ratio ſit in illis.

Accipiẽtes aliquid vltrà ſtipendium pro executione officij, ſtatim reſtituere tenentur.

Contrarium docuerunt *e* Sot. & alij nempe non obligari ad reſtitutionem quouſque à dante repetantur, licet in accipiendo peccent mortaliter. Probant, nam licet quis gratis facere teneatur, quia tamen non tenetur abſtinere ab illo furto, aut homicidio aut iuſtam ferre ſententiam in gratiam, & obſe-

e 4, Iuſt. q. 7, a, 1. ad 2, Ledelm, 2, 4. q, 18, a, 5 Nau, c, 17, nu, 33, Lopez, Rodrigu, Beia apud Sayr, nu. 8,

Soluitur prima ratio in contrariũ. Soluitur tertia. quium dantis,& hæc ipſa gratia, & obſequium eſt pretio extimabile, & actio grata eſt,& vtilis danti,conſequenter poteſt pro ea pretium accipere, & retinere, aduc dans illud repetat.

1 Reſpondeo quamuis eiuſmodi actiones in genere, & eſſe naturæ ſint pretio extimabiles,& utiles, quia tamen debentur ex iuſtitia nullum in genere moris, & quoad humanum contractum poſſunt præmium habere.

2 *Cum nulla culpa interuenit ex parte dantis eidem facienda eſt reſtitutio.* Probant ſecundo, quia donans libere donat.

Reſpondeo imò inuoluntarie nempe ad redimendam uexationem.

Probant tertio *a* lex in his donationibus non prohibet translationem dominii, ſed tantum concedit in iudicio rei datæ repetitionem.

Nedum pretium ſed & pretii promiſſio irritam reddit ſententiam. Reſpondeo nihil mirum ſi lex ciuilis, quæ tantum conſiderat actus externos, & forum iudiciale,in quo facienda eſt repetitio, tantum repetitionis meminerit,omiſſa reſtitutionis obligatione, quæ ad furtum interius ſpectat.

Reſpondeo ſecundo noſtra ſententia probatur non ex lege ciuili, ſed ex iure naturali quod docet acceptum pro re ex iuſtitia facienda, cum in ſe contineat inæqualitatem reddere obnoxium reſtitutionis.

Dantes aliquid iudici præſumũtur in foro exteriori velle illum corrumpere. *b* Dicendum quarto cum nulla culpa interuenit ex parte dantis,eidem debet fieri rectitutio,ratio quia cum inuoluntariè dederit,non transtulit dominum.

Dicendum quinto. Sententiam *c* latam a iudice ratione pretij eſſe nullam, *d* imò ad hoc ſatis eſt promiſsionem acceptatam a iudice præceſſiſſe.

Si tamen vel ad redimendam vexationem detur, & licite datur, & poteſt repeti. Dicendum *e* ſexto. Quamuis in foro exteriori præſumatur dantem aliquid iudici pro iuſtitia ex parte ſua ferenda, *f* ſi tamen certo alicui conſtet ſe habere ius, & prudenter timet iudicis iniquitatem niſi munùs offerat ne dum dando non peccat, ſed datur ei repetitio, ratio quia licitum eſt iure naturæ propiæ redimere vexationem, & vti in bonum finem malitia alterius, quando autem non eſt ita explorata iudicis malitia,non liceret munus ei offerre.

Pretium pro opere iniuſto aut iniurioſo acceptum vt contra ius poſitiuum, & naturale debet ante omnem ſententiam, & repetitionem reſtitui. Dubitatur tertio. An qui aliquid accipit pro opere contra iuſtitiam faciendo teneatur reſtituere, & quæſtio eſt de pretio accepto, non de damno illato.

g Reſpondeo affirmatiuè,idq; ne dum de *h* iure poſitiuo quo redditur inhabilis,& ſic accipiens vt retineat,& ſic donans vt rei dominium transferat, ſed etiam ſecundum *i* Aug. naturali iure, quod omnibus indidit maleficia non eſſe venalia nec mereri mercedem & ſicut iure naturę quod furto ablatum eſt reſtitui debet, ita & quod loco mercedis pro actione iniurioſa,& rurſus naturæ repugnat vt quis mercedem ex eadem actione recipiat,ex qua tenetur de damno alteri illato,& ſicut alienũ, quod alteri debetur non eſt vendibile,ita neque damnũ alteri illatum erit pretio extimabile, proinde eiuſmodi pretium ſic acceptum ante omnem repeti-

a l. vt pura ff. de con. ob turbẽ cauſam.
b S Ant p. 2. ti. 2. §. 1. Alen. p. 3. q. 40, m, 6, a 3. § 2. & alii apud Sayr. n. 9.
c l. venales C. quando Prouocare non eſt neceſſe c, cũ ab omni de vita, & honeſt, clẽr,
d Bart, ad finẽ l. vlt. C. de pœna iudic.
e l. 2. ff. de cõ ob turpem cauſam.
f Ale, Ga, & alii nu, 10.
g Alẽ. Ga. Adr. Ang. So. Io. Medin. & alii nu. 12,
h l, multa C, de modo mulctãdi,
i S. Augu, Epiſt, 54. ad Mace-

petitionem, & ſententiam reſtitui debet, ratio quía ad eandem virtutem iuſtitiæ pertinet pręcipere opera iuſta, & prohibere iniuſta, ſicut ad eandem ſpectat reddere vnicuiq; ius ſuum, & prohibere ne damnum, aut iniuria alteri inferatur, & ſicut tenetur iudex gratis facere iuſtitiam, ita & gratis vitare iniuſtitiam.

Contrarium docuerunt *a* Nauar. & alij volentes.

Primo eiuſmodi pretium non eſſe reſtituendum ſub pręcepto, quia ſaltem retineri poteſt vel vt id quod donatum eſt, vel vt id quod habetur pro derelicto.

Reſpondeo eiuſmodi præſumptionem eſse erroneam, vnde & Aug. *b* dicebat, qui pro re iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere niſi timeret, vel puderet emiſſe, quare potius pręſumendum eſt dantes dediſse inuitos, & patet omnino ſic accipientes redduntur inhabiles *c* lege poſitiua ad retinendum, idq; in odium delicti *d* etiam ſi gratis datum ſit.

Volunt ſecundo ſaltem non obligari antè repetitionem, aut ſententiam.

Probant quia ſi lege humana id præſcribitur, ergo eſt pœna, ergo eſt expectanda ſententia.

Reſpondeo primo falſum eſse tantum lege humana naſci eiuſmodi obligationem reſtituendi ſed multo magis naturæ lege, vt ſupra dictum eſt. *e* ſecundo etiam ſi tantum lege humana hoc cautum ſit, certè hæc non eſt pœnalis niſi reſpectu dantis, tertio ſi etiam reſpectu accipientis pœnalis eſt, cum tamen in priuatione conſiſtat, ipſo facto, & ante iudicis condemnationem obligabit vt poteſt in pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuę.

f Cęterum pœnitens qui vellet hanc eandem ſententiam ſectari eſset abſoluendus, cum habeat pro ſe graues authores, & eo amplius ſi iniuſtitia non eſset commiſsa, nec pretium in iudicio repeteretur, & ipſe eſset indigens non poſset præſumi in non petendo qui dedit dediſse gratis, & liberè.

Dubitatur quarto. Cui nam reſtitui debeat hoc quod pro actione iniuſta, & iniurioſa acceptum eſt.

Dicendum primo effectu non ſecuto reſtituẽdum eſse ei qui dederat ante omnem iudicis ſententiam, ratio quia non donauit niſi propter illum effectum, quare eo non ſubſiſtente rei illius dominium à ſe non abdicauit, & nemo eſt explorandus re ſua niſi per iudicis ſententiam.

g Dicendum ſecundo. Pactum, & ſtipulatio de re turpi, aut quomodocunque mala antè rem completam eſt nulla, imò & peccatum eſt, & reſcindenda, *h* in malis enim fides eſt reſcindenda.

Eſt peccatum quod committitur in promiſſione pro re turpi aut aliter mala perpetranda eiuſdem ſpeciei cum actu ad quem ordinatur, imo & vnum numero peccatum eſt cũ opere ad quod ordinatur vt pars integralis eius, niſi fortè cum tanta intercedit moralis diſcontinuatio, vt merito efficiantur plura num. peccata.

a In Ma. c.17.n.30. Tol.5. inſtruct. ca. 21. Pe.Na. & Rodriga. apud Say.n.11.
b ep.54 & refertur in C.non ſane 14.q.5.
c l.affectionis, ff. de donat. l. miles ita, §.miles, ff. de teſtam. militum.
d S.Th. 2.2.q.62.ar.5.ad 2. Couar.Salon &c.
e Sot.4.iu. q.7.nu.1. ad 2. Salõ Ara. Cordub. &c.
f Lopez p. 1. inſtruc. conſc. ca. 106.
g Caiet. 2.2.q.32.a.7. Couar. et alii nu.19.
h C.in malis 22.q.4.

Soluitur. Nauar. ratio volens non eſſe reſtituendum eiuſmodi pretium niſi de conſilio.
Soluitur eiuſdem ratio qua probatur ſaltem non eſſe reſtituendum niſi poſt repetitionem aut ſententiã.
Poteſt & quis ſectari Na. opinionem in conſcientia.
Effectu malo non ſecuto reſtitutio facienda eſt ei qui rem dederat pro tali effectu.
Pactum & ſtipulatio de re mala ante ſecutum effectum irrita, & reſcindenda.
Peccatũ quod in promiſſione pro malo effectu cõmittitur eſt eiuſdem ſpeciei cum eff.ctu, imò & vnũ n. niſi moralis diſcontinuatio ea multiplicet.

Effectu malo ſecuto pretium eius reſtituendũ eſt ei qui dedit & hoc ante iudicis ſententiam.

a Dicendum tertio effectu malo ſecuto pretium pro eo acceptum non eſt reſtituendum antè iudicis ſententiam; hic enim habet tantum ius ad compenſationem damni illati, non pauperibus, tum quia hoc debitum certum eſt, tum etiam quia & incerta neque pauperibus debentur iure naturæ, ſed humano, non debet remanere accipienti in odium delicti, b ergo redibit ad eum qui dedit, ratio quia eius voluntas virtualis præſumitur fuiſse, vt ſi alter rem illam non poſſet retinere; ad ſe rediret, ac proinde dominium à ſe non abdicauit niſi ſub conditione nec quidquam obſtat quod ſcienter dederit.

Hæc concluſio eſt cõtra c Alen. d Gab. & e Caie. poſt iudicis vero ſententiam erit illius, cui per ſententiam adiudicatum fuerit.

Dubitatur quinto. An reſtituendum ſit id quod accipitur pro opere, ad quod aliàs quis tenetur non ex iuſtitia ſed ex charitate. v.g. vt interſit Sacro, vt non fornicetur &c.

Pretium pro opere ad quod quis gratis tenetur præcepto charitatis debet reſtitui eidemqui dedit.

f Reſpõdeo affirmatiue, ratio quia quæ gratis ipſo iure ſunt facienda, non poſſunt eſſe venalia, alioquin eſſet aperta contradictio, at quæ ex præcepto charitatis facienda ſunt, gratis facere debemus, ideoque acceptum pretium ei, qui dedit debet reſtitui.

Nec dicas poſſe recipi in compenſationem laboris, & moleſtiæ, quam quis in illo opere exercendo patitur, nam hæc gratis ſunt ſubeunda.

g Ex his infertur nihil poſſe accipi pro baptiſmo ſuſcipiendo pro non committendo ſacrilegio, aut fornicatione, &c. quia ad hæc iure diuino, aut etiam naturæ tenemur gratis, h atque adeo ſiquid pro eis accipitur, reſtituendum erit.

Poteſt aliquid accip. pro opere neceſſario ad ſalutem non per modum cauſæ finalis, ſed per modum inuitantis, & ſub conditione.

Quamuis autem pretium pro his dari nequeat per vicem cauſæ finalis, & principalis ita ſcilicet vt quis pretio ad opus neceſſarium ad ſalutem indicatur, adhuc tamen munera dari poterunt per modum inuitantis, allicientis, & diſponentis, necnon & ſub conditione ſi talia opera adimpleuerint, ratio quia vnuſquiſque poteſt dare quod ſuum eſt ſub conditione eorum, quę mala non ſunt, non eſt autem malum, vt alius operetur bonum, aut vt à malo deſiſtat eſto ad hęc gratis teneatur.

Si opus pro quo datur pretium non ſit malum ex ſe ſed ratione circunſtantiæ non inducit vinculum reſtitutionis.

Confirmatur, nam eſt licitum ad huiuſmodi allicere minis, precibus &c. ergo & muneribus, i & ipſamet Eccleſia multa mala ſub pœnis prohibet, vnde poterit quis promittere ſub conditione ſe ducturam aliquam in vxorem ſi aut fiat chriſtiana, aut turpitudinem relinquat. Idem denique docet S. K Aug.

Quęrenti vero an reſtitutio faciẽda ſit ante iudicis ſententiam.

l Reſpondeo negatiue, cum ei qui pretium dedit concedatur ius repetendi, quidquid alij dixerint.

Dubitatur ſexto. An meretrices pro actu turpitudinis aliquid accipientes teneantur reſtituere.

m Dicendum primo cum datio eſt mala non ex obiecto, ſed ex circunſtantia loci, temporis, perſonę, ſcandali, iuramenti &c. licitè accipiens poteſt pro eo pretium acceptũ retinere v. g. ſi quis rem

a Adrian. 4. q. 19. de reſti. §. fi. So. 4. iuſt. q. 7. a. 1.
b c. non ſane 14. q. 5.
c p. 3. q. 40 m. 6. ar. 3.
d 4. d. 15. q. 2. ar. 3. dub. 3.
e In ſum. V. reſtitutio c. 4.
f Salon. 2. 2. q. 62. a. 5 contro u. 3 concl. 4. Nauar. Mol. Ara.
g Adrian. quodl. 10. art. 1. Io. Me. C. de reſti. q. 26.
h Molin. diſp. 93.
i Arg. ca. vt Clericorum de vita, & honeſt. cler.
K Epiſt. 52 ad Mace. & habetur c. Den. 23 q. 4.
l Gl. in l. 4 ff de con. ob turpẽ cauſã Na. Mar. c. 17. nu. 33. S. Th. 2. 2. q. 81 a. 4.
m Io. Me. C. de reſt q. 20.

a Pet. Nauar. 4. de reſtit. c. 2. poſt. dub. 12. n. 126.

tem uendidit in loco ſacro, aut in die feſto, non tenetur ad reſtitutionem, quia opus ex ſe non eſt peccatum, licet ratione circunſtantiæ ſit malū ſic licitè accipitur prætium pro opere, quod quis fecit in die feſto, quamuis faciendo peccauerit, ſimiliter, & qui contra iuramentum ſeruiuit, poteſt accipere mercedem, licet periurium commiſerit, &c.

b C. de reſtit. q. 20.

c S. Tho. 2.2. q. 32. a. 7. Caie. ibi. et alij n. 31.

Et hoc procedit etiam *a* ſi iuraſſet ſe pretium non accepturum accipiendo enim peccat, irrogando Deo iniuriam, ſicut cæteris peccatis, at non contra iuſtitiam. Et confirmatur quia non iurauit reſtituere, ſed nō accipere, quarè ſemel admiſit peccatum nec ex eo inſequitur ex ui iuramenti uinculum reſtitutionis.

Contrarium docuit *b* Med. probat exemplo eius qui iurauit ſe vſuram ſoluturum, tenetur eam ſoluere &c. Reſpōd. eſſe diſparē rationem, nam hic non iurauit reſtituere prætium, ſicut ille ſoluere vſuram, Cæterum nec ipſe Medina, hac in re ſibi ſatis conſtat.

Soluitur obiectio Ian. Med.

d c. 38.

Dicendum ſecundo. *c* Mulier pro actu meretricio licite poteſt accipere pretium.

e cap. 6.

f l. 4 § ſed & quod meretrici ff. de cód. ob turpē cauſam.

Probatur primo, ex lib. *d* Geneſ. vbi Iudas ſeruat pactum de hædo mittendo ad Thamar, quam ipſe credidit meretricē & quidem quod ipſe pactum obſeruauerit neque à Scriptura neq. à Patribus reprehenditur, quamuis peccauerit ratione operis, & in Prouer. *e* id quod datur ſcorto uocatur pretiū, ergo poteſt retineri.

Mulier pro actu meretricio poteſt licite retinere pretium.

Secundo authoritate *f* Vulpiani aſſerentis quod turpiter agat meretricium exercendo, ſed non turpiter accipiendo cum ſit meretrix & confirmatur ex *g* l. Affectionis vbi meretrix ſecundum aliquos dicitur a merendo.

Probatur 1 Exēplo Thamar, et Iudæ.

g ff. de donat.

h Cou. in reg. peccatū p. 2. § 2. n. 4. et colligitur ex l. 4. §. ſed & qđ meretrici ff. de cód. ob turpē cauſam.

Tertio. Conuētio & datio, quæ iure naturæ valida eſt, nec vlla lege humana prohibetur eſt efficax etiam in conſcientia ad transferendum dominium, etiam ſi ab extrinſeco uitietur, huiuſmodi eſt promiſſio, & datio, quæ fit mulieri impudicæ, ſatis enim eſt, ut vſus corporis, quem alteri cōcedit ſit pretio extimabilis quamuis concedendo non ſuo uiro peccet contra temperantiam, &c.

2. authoritate legum.

3. Ratione; quia vſus corporis eſt pretio extimabilis.

Dicedum tertio. *h* Habet meretrix poſt conſummatum actum ius repetendi pretium in foro exteriori, & ſi pacto non ſit taxatum, poteſt adhuc repetere dari aliàs conſuetum.

Meretrix habet ius repetendi pretiū in foro exteriori ſi denegetur.

i Sot. 4. Iuſt. q. 7. a 2. & alij n 34.

K Sot. ibi. a. 1. ad 2. Cou. & alij n. 35.

Dicendum quarto. Quamuis pactum de prætio ſoluendo pro actu meretricio antè patratum facinus nullum ſit, eo tamen peracto obligat ad ſoluendum etiam in conſcientia.

Prima pars patet, nam cum pactum ordinetur ad peccatum antequā executioni mandetur, debet potius reſcindi quam obſeruari. *i*

Secunda pars probatur, quia eſt pretium ex iuſtitia debitum nempè pro locatione pretij corporis, ergo, & fornicator dare tenetur etiam in conſcientia, & meretrix licite poterit retinere.

Fallit primo rōne exceſſus hic autem uarie maturisque penſandus.

Fallit autem hoc primo modò ne ſit aliquis exceſſus in eo quod accipit, K Cæterum in hoc aut ſtandum eſt arbitrio boni uiri, aut pretio cōſueto, & hoc rurſus patitur exceptionē, nam aliter taxādū eſt cū mulier eſt ſatis celebris, aut nondū expoſita præſertim

ſecluſa fraude, & cum qui fornicatur nullam poſſit ſuæ effrenatę cupiditatis neceſsitatem prætaxare, ac proindè ſponte, non coactè conſentiat, ideoque tunc iuſtum pretium erit quod inter ſe paciſcentur, ratio quia res tantum valet quãtum extimatur ab emptore ſecluſa fraude, & rei neceſſitate.

Cũ qui dat non habet dandi facultatem.

2 Fallit ſecundo. *a* Quando qui dat non poteſt dare vt ſunt religioſi, quare tunc mulier ad reſtitutionem tenetur Monaſterio, & licentia expendendi *b* conceſſa à Prælato ſemper intelligitur ad honeſtos & legitimos vſus, cum aliam concedere non poſsit.

a Palud. 4.d.15. q. 3.a.5. conclu.4.

b Molin. tom.1. de iuſt. tract. 2. diſput. 94.

Militibus *c* autem non omnino prohibitum eſt dare pretium turpitudinis, ſed tantum largas donationes, hoc enim cederet in perniciem Reipublicæ, vnde & eis reſtituendæ ſunt, *d* ſed poſt Iudicis ſententiam retento pretio conſueto, & proportionaliter colligitur quid dicendum ſit de acceptis à filio familias, à ſeruo, vxore, &c. *e* vnde præmonendæ ſunt à confeſſarijs circa huiuſmodi accepta à non potentibus dare.

c l. Affectionis, ff. de donat. l.2. C. de donat. inter vir. & vxor.

d l. Miles ita §. 1. ff. de teſt. milit.

e Adrian. in 4.q.1. de reſtit. & alii nu. 37.

Cum quis promiſsit exceſſiuam quantitatẽ et ſub iuramento.

Fallit tertio, *f* cum quis promiſit meretrici exceſsiuam quantitatem pecuniæ dare, quæ verè eſſet prodigalitas, non enim tenetur ſeruare promiſſum etiam ſi illud iuramento firmauerit, ratio quia iuramentum de re illicita nec mortaliter nec venialiter obligat, imò eſt peccatum illud & facere, & adimplere, exceſſus autem penſandus eſt prudentis arbitrio, & vice eius actu turpitudinis ſecuto dandum eſt pretium ordinarium conſideratis circunſtantijs vtriuſque, &c.

f Pet. Nauar. 4. de reſt.ca.2. dub.12.

Etiam viri à mulieribus moderatũ pretiũ pro ſui corporis vſu poſſunt recipere.

Dicendum quinto. *g* Poſſe etiam, & viros à fœminis recipere moderatum pretium pro ſui corporis vſu.

g Couar. reg. peccatum p. 2. §.2. nu. 2. & alii nu. 38.

Contra prædictas concluſiones docuerunt *h* nonnulli volentes pro actu turpitudinis non poſſe aliquid dari, aut recipi vt pretium, ſed vt quid gratuitum.

h Sot. Le-deſm. & alii num. 39.

Soluitur prima ratio in contrarium.

Probãt primo, *i* leges irritant promiſsiones ob cauſam turpem.

Reſpondeo intelligi de cauſis, in quibus interueniunt ſcelera contra iuſtitiam.

Sed inſtant ex *K* l. Mercalem, quæ in terminis loquitur de venerea turpitudine.

Reſpondeo *l* per eam negari actionem ex ſtipulatione ob lenocinium propriæ uxoris, & ſimilium.

Irritatur a legibus non turpe lucrum ſed facinoſorũ

Probant ſecundo. Non licet Iudici aut teſti aliquid accipere in pretium, quia actus mali ſunt intrinſecè, ſicut nec pro homicidio ergo neque pro fornicatione, cum & ipſa intrinſecè mala ſit.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo non licere pro illis actibus mercedem accipere, tum quia lege prohibitum eſt, tum quia ſunt contra iuſtitiam, at uerò lucrum meretriciũ & lege permittitur, & iuſtitię nõ aduerſatur.

Pro-

i Ang. Bald. Iaſon in l.4.§. ſed & quid meretrici, ff. de condit. ob turpem cauſam, Couar. Nau. apud Say. nu. 27.

K l generaliter l. ſi flagitia, ff. de uerb. oblig.

l C. de cond. ob turpem cauſam.

m Ex Couar. in reg. peccatum p. 2.§.2. n. 2.

Probant tertio. *a* Spiritualia vendi non poſſunt ob ſuam præſtantiam ergo nec vſus meretricius per ſuam vtilitatem.

a c. ró 10. Med. C. de reſt. q. 20.

Soluitur. 3

Reſpondeo ſpiritualia ne dum vendi non poſſe ob excellentiam, ſed quia iubemur gratis dare iuxtà illud gratis accepiſtis, gratis date, quæ ratio in proprii corporis locatione non militat.

Probant quarto *b* Quæ acquiruntur a Iudæis ratione officii inter Chriſtianos ſunt illicita ergo à ſimili quæ acquiruntur per actum illicitum meretricium.

b c. cum ſit de Iudeis

Soluitur. 4

Reſpondeo *c* negando conſequentiam nam & Iudæis interdictum eſt ſpecialiter officia exercere inter fideles, ac proinde eo nomine nihil acquirere poſſunt, & Chriſtianis in pœnam delicti ſtatutum eſt ne à cenſuris abſoluantur niſi prius in tertiæ ſanctæ ſubſidium expenderint quæ in aſportandis armis ad Saracenos acquiſierunt.

c c. ad liberandū eo. tit.

Cæterum actus meretricius nec in *d* foro exteriori punitur, nec à legibus prohibetur lucrum indi proueniens.

d Ledem. 2. 4. q. 18. a. 5

Soluitur. 5

Probant quinto. Meretrix *e* non habet dominium ſui corporis ergo pro illius vuſ nihil poteſt accipere.

e L. liber homo ff. ad l. Aquiliam.

Reſpondeo habere dominium uſus, quod ſatis eſt.

Soluitur. 6

Probant ſexto. *f* De re iuſtè acquiſita poteſt fieri elemoſina, ſed olim prohibitum erat facere oblationem de acquiſitis per meretricium.

f Deut. 23.

Reſpondeo prohibitam fuiſſe oblationem eiuſmodi non quod ex iniuſto ſed quod ex turpi lucro ob decorem, qui decet re ſacras

Secundo ex Abulenſe non quamcunque oblationem acquiſitam ex meretricio fuiſſe prohibitam, ſed tantum publicam, ut ſi meretrix daret notorium pannum ſericum &c. idque ad uitanda ſcandala.

Prohibita eſt olim oblatio ex lucro meretricii ob decorem, non ob iniuſtitiam. Abulen.

Dubitatur ſeptimo. Quid dicendum de aliis, quæ non ſunt publicè expoſitæ, & de uirginibus ſub cura parentum exiſtentibus & de religioſis poſsint licitè accipere pretium ob actum turpem, & qui promiſit teneatur obſeruare.

Reſpondeo affirmatiuè *g* immo maius pretium eis debetur ob maiorem earum honeſtatem, & quamuis negetur eis actio petendi debitum in iudicio & puniantur ob huiuſmodi delicta, nulla tamen lex eas inhabiles reddit ad pretium accipiendum, ideoque uſque ad condemnationem, & priuationem acceptum retinere poſſunt.

g Monald. in ſum. ti. de reſt. male acquiſi. Henr. in c. peruenit de adulteriis. S. An. p. 2. tit. 2 c. 7. §. 2. & alii nu. 42. *h* in l. 2. & ibi Angelus c. de condi. ob turpē cauſam pan. in c. quia pleriq. n. 14. de immunit. Eccleſ.

Debetur, pretium per actum uenerum etiam iis quæ non ſunt publicæ meretrices.

Contrarium docuerunt *h* Cynus, & alii nihil ſcilicet, poſſe acquirere & acceptum fiſco adiudicandum.

Probant primo ex *i* lege Leuius Titius Vbi ſtatuitur fiſco competere quidquid mortua rea ſcelere acquiſiuiſſe probari poterat.

i ff. de iure fiſci.

Reſpondeo caſum illum eſſe particularem, nam adultera acceperat pretium ab amaſio nedum ad turpitudinem, ſed necem ſui uiri, ideoque non mirum ſi ob ſceleris atrocitatem pretium fiſco adiudicatur.

Probant ſecundo, ex a l. ſincera.

Reſpondeo ſolum in ea prohiberi exceſſiuas donationes, quæ præſertim à militibus fieri conſueuerunt vt ſupra.

Soluitur. 2

Soluuntur 2.

Probant tertio. Pater eſt cuſtos corporum filiarum ergo ipſæ nihil poſſunt accipere, &c.

Reſpondeo, ſed ipſæ habent dominium vſus.

Sed inſtant, coniugatæ vſum corporis tranſtulerunt in uiros ergo iſtæ ſaltem, &c.

Reſpondeo, ſed non dominium vſus.

Ratio cur detur actio petendi pretium tantū publicis fornicariis non autem occultis eſt ad euitanda ſcandala & diſpendia exceſſiua.

Ratio autem b cur publicis meretricib. detur actio in iudicio petendi pretium, & non occultis, eſt tum ad euitanda ſcandala, tū quia ſub habitu honeſtatis, cum plures alliciantur, profuſiora diſpendia ſequerentur, &c.

Quod per uim, aut fraudem extorquet meretrix reſtituit debet.

Pretium autem c Monialibus, aut coniugatis debitum ſi ſit modicum eiſdem acquiritur, ſi autem ſit in notabili quantitate monaſteriis & maritis, præſertim in iis locis, vbi conſuetudo eſt, lucra etiam honeſta uxorum cum ſunt notabilis quantitatis cedere ipſis uiris, ſemper tamen cauendum eſt, ut in eiuſmodi reſtitutionibus prudenter agatur famæ, & honori conſulendo, &c.

Blanditiis extortum nō eſt reſtituendum.

Dubitatur octauo. An ſi mulier aliquid blanditiis extorqueat ab amaſio, reſtituere teneatur.

Quod promittitur hiſtrionibus ut ſe ſactant illud effectu ſecuto dandum eſt.

Dicendum primo. Vbi per uim, aut fraudē fornicaria aliquid accipit ab amaſio tenetur reſtituere augmentum iuſti pretii, ratio quia in eo ſolutio iniuſta eſt, d idem dicendum, ubi aliquid ab eodem petat coram aliis, ità ut denegare uerecundia illi ſit.

Dicendum ſecundo. Quod blanditiis etiam fictis, & ementitis extorquetur, non eſt reſtituendum, tum quia uſitatiſſimæ ſunt tū quia per illas nulla amaſio infertur iniuria, aut uiolentia.

Denique quod ſcurris, & mimis, & eius generis perſonis promittitur ut ſinant ſe uel alapis cędi, uel aliter illudi, ſecuto effectu eis debetur in conſcientia, ratio quæ ſuprà.

a C. de donat. inter vir. & ux.

b Io. Med loc. cit.

c Sot. Ledeſ. S. Anton. & alii apud Say. n. 44.

d Bann. 2. 2. q. 62. a 15. dub. 5. conclu. 2.

e S. Tho. 2. 2. ar. 5. ad 2. Caie. Med. Sot. Nau. Salō & alii nu. 45

f Alen. 4. p q. 24. m. 5. 2. 3. § 6. Coua. Valen. & alii nu. 46.

De loco, Vbi reſtitutio facienda eſt. Cap. IIII.

Reſtitutio regulariter facienda eſt in loco vbi res accepta fuit.

a cap. Epiſcopi, & cap. reintegranda 3. quæſtio. 1.

CErtum eſt primo Reſtitutionem regulariter faciendam *a* eſſe in loco, vbi res accepta fuit, Dixi regulariter, cum alioquin non deſint caſus, in quibus alibi reſtituendum ſit vt infrà.

Vtrum verò qui mercatoribus actu aſportantibus merces illas aufert, debeat in reſtitutione mittere proprijs expenſis, an eorundem mercatorum.

Vbi creditor, & debitor ſunt in loco vnde res ablata fuerit, ibidem eſt reſtituenda.

b caie. 2. 2 q. 62 ar. 5. Ang'es, & Pet. Nauar.

Reſpondeo poſſe *b* deduci expenſas, quas iſti feciſſent, nam quamuis creditor ſeruari debeat indemnis, lucrari tamen non debet ex furto rei ſuæ, quod ſi mercatores aut amicitia, aut induſtria modicas, vel nullas expenſas feciſſent, nihil tunc latio deducere poteſt, ſicut & debitor tenetur ad lucrum ceſſans, & alioquin ex iniqua mercium retentione damnum obueniret dominis.

1. Propoſitio. Locum reſtitutionis indicit aut cõſtituant Iudices ſententia.

c Io. Med. C. de reſt. q. 2. dub. 3 Ledeſm. et alij nu. 3. §. Alterum

Certum eſt ſecundo, *c* quod vbi creditor, & debitor ſunt in eodem loco vbi res fuit ablata, ibidem reſtitui debet, & quia circa hoc variæ poſſunt difficultates emergere, ideo illas nonnullis propoſitionibus dirimemus.

2 Propoſitio. Expenſa in reſtitutione præiudicat mutanti locum.

d Nauar. capit. 17. nume. 42. Lopez. p. 1. inſtruc. conſc. ca. 108. &c.

Prima propoſitio *d* Reſtitutio debita ex contractu, aut quaſi contractu fieri debet in loco ſolutioni deſtinato, ſi verò locus ad ſoluendum expreſſus non ſit, ibi fieri debet, vbi coram Iudice cõpetente petetur.

Quando debitor etiã poſt condictum tẽpus ſolutionis non dicatur in mora.

Secunda. *e* Si debitor explicito contractu antè condictum tempus ſolutionis domicilium mutet, tenetur ſuis ſumptibus tranſmittere ad locum, in quo creditor manet, ſecus ſi creditor domicilium interim mutauerit, tunc enim expẽſas ipſe reſarciet, quando vero vterque locum mutauerit, vtriuſque commune diſpendium erit.

e Sot. 4. iuſt. q. 7. ar 1. Cou. & alii n. 5.

Imò *f* vbi creditor antè tẽpus ſolutionis recedit, & ſciẽs, & potens nõ mittit nuntiũ, vt ſibi reſtituatur, debitor non cẽſebitur eſſe in mora ſi non ſoluat præfixo tpe, nec tenebitur ad damnum, ꝙ indè emerſerit. videtur enim tũc creditor cõſentire dilationi, *g* ſi autem

f Lopez. parte prima, inſtruct. conſc. capit. 108. quæſtione ſecunda, Sylu. V. Mora. 9.

g Angles quarta par. 2. queſt. cui facienda ſit reſtitutio, art, 1. diffic. q. concluſ. 3.

Depoſitum non eſt reddendum cum diſpendio depoſitarij, niſi cum ipſe locum mutat.

autem crederet compenſandas eſſe ſibi à creditore expenſas in tranſmiſſione pecuniæ teneretur id facere ex charitate, alias non.

a Et quæ dicta ſunt, locum habent etiam in depoſito, abſceden te enim domino à loco, in quo erat, non tenetur ad illum tranſ mittere ſuis expenſis, alioquin damnum pateretur pro opere iuſto præſertim cum depoſitum ſit in vtilitatem depoſitantis, b ſecus ſi qui à loco diſcedit eſt depoſitarius, &c.

a Io. Med. C de reſt. q.2. dub. 2

Vbi in rei alienæ reſtitutione tempus non eſt appoſitum expectanda eſt domini repetitio modò ne ſuſpicemur illi ſubrepſiſſe obliuionem, &c.

Tertia Propoſitio, c Qui iuſto titulo rem apud ſe habet alienam verbi gratia, mutuo commodato depoſito, ſi nullum ſit appoſitum tempus reſtitutionis, poteſt apud ſe retinere quouſque dominus illam repetat, ſed ſatis eſt ſe eſſe paratum ad reddendũ, & hoc modò ne probabiliter ſuſpicari poſſit dominum non conſentire retentioni rei ſuę ex obliuione, aut ignorantia, aut timore aut impotentia, &c.

b Pet. Nauar. 4. de reſt. ca. 3. dub. 3. nu. 18.

c Rodrig. p.2. Sum. c.43. concl.4.

Tunc enim debitor tenetur ſaltem ei ſignificare ſe rem eius habere, & promptum eſſe reſtituere, &c.

Poſſidens bona fide vbi nouerit rem eſſe alienam non tenetur ad expenſas pro re tranſmittenda.

Mutuatarius quando tenetur ad expenſas in mutui reſtitutione.

Pœnam etiã poſt condemnati nem non tenetur q. ex [illegible]

Quarta. d Vbi quis rem, quam poſſidet bona fide eſſe nouerit alienam, ſatis eſt ſi in eodem loco, in quo inuenitur habitare ſit promptus reſtituere, & dominum qui fortè eſt abſens certiorem faciat ſe promptum eſſe ad reſtituendum, aut faciendum, quod ipſe voluerit, & nunquam tenebitur ad expenſas ſi res ad dominum ſit tranſmittenda, cum enim ad reſtitutionem teneatur ſolũ ratione rei alienę, & non iniuſtæ acceptionis, nullam culpam commiſit, ac proinde ſatis vtiliter rem domini gerit, illum certiorando, &c. vt ſuprà.

d Ledeſm. 2.4 q. 28. a.5.

Sed quid ſi poſt denunciationem factam domino de re ſua, contingat debitorem aliò pergere,

Reſpondeo ſi ſcienter, & culpabiliter ſecum detulit, potens rem in tuto, & commodiori loco relinquere ſecum aſportet, tenetur prçciſe ad ſumptus, qui ex illa aſportatione inſequuntur.

Quinta Propoſitio, e Mutuatarius non tenetur proprijs expenſis reſtituere, quando qui mutuauit aliò perrexit, nec de loco ſolutionis quidquam conditum eſt, ſecus ſi mutuans rem mutuatam ſecum ſuiſset aſportaturus, in quo caſu conſiderare oportet quas ille in aſportando feciſset expenſas, & eas recompenſare.

e Io. Med. C. de reſt. q.1. dub. 3

Sexta Propoſitio. f Debitor pœna etiam poſt ſententiam non tenetur illam deferre ad creditorem, ſed ſatis eſt ſi det petenti, &c.

f Pet. Nauar. 4. de reſt. ca. 3. dub. 2. nu. 17.

Malæ fidei poſſeſſor quãdo proprius expenſis ad dominum abſentem rem tranſmittat.

Septima. g Poſseſsor malę fidei tenetur proprijs expenſis reſtituere ſi à loco, in quo rei dominus eſt abſceſſit, quod ſi dominus abſcedat, adhuc tenetur rem illo tranſmittere, vbi creditor degit, detractis expenſis, quas idem creditor feciſſet.

g Panor. in c. cum tu. n.9. de vſurp. & alij apud Say. n.13.

Ratio primæ partis eſt, quia in culpa eſt & rem auferendo, & ſe longius abſentendo, & dominus indemnis ſeruari debet.

Ratio

a Io. Med. Angles Petrus. Nau. Lop. &c.

Ratio ſecundæ, eſt quia & ſi creditor debeat ſeruari indemnis, lucrum tamen non debet illi ſuperadijci.

Cum autem eiuſmodi *a* debitor ſciret expenſas, quas nomine creditoris oporteret facere ſibi non recompenſandas, ſatis erit rem in tuto loco deponere, creditore interim certiore facto.

b Sco 4. d. 15. q. 2. ad argum & alij nu. 16.

Cum autem res *b* quæ reſtitui debet eſt modici valoris aut certè mediocris, expenſæ vero pro ipſa ad ſuum dominium tranſmittenda ſunt æquales aut maiores, vtique mitius videtur dicendum, vt aut expectetur tempus oportunius, aut exquirenda ipſius domini voluntas, aut prudentum conſilium requirendum, penſatis ex vtraque parte circunſtantijs, quidquid *c* Caiet. doceat in contrarium.

c 2. 2. q. 62 a. 5. ad 3. &c.

Et debitum ex delicto ſtatim & ex licito contractu imediatè poſt tempus elapſum proprijs expenſis reſtituẽdum. Quomodo conueniant & differant debitor & iniuſtus poſſeſſor.

d Sylu. V. mora q. 1. & 4. & V. obl. q. 9. & V Solutio q. 5. Caie. &c. nu. 7.

Octaua Propoſitio, ſicut debitum ex delicto verbi gratia, furto ſtatim eſt reſtituendum, quia acquiſitum eſt contra iuſtitiam, ita & debitum ex licito contractu ſtatim elapſo termino debet proprijs expenſis ad creditorem deferri, *d* nam moroſus debitor æquiparatur quodammodo iniuſto poſſeſſori, id quod procedit etiam ſi à creditore non admonetur, *e* cum dies ſtatuta pro domino interpellet, hoc vero procedit in foro exteriori, nam in interiori iuſta cauſa excuſat.

e c. vlt. de Locato, & conducto

Diximus moroſum debitorem æquiparari quodammodo iniuſto poſſeſſori, quia & ſi conueniant in eo quod vterque rem alienam iniuſtè occupat, differunt tamen quod debitor poteſt moram purgare indicando creditori vt mittat ad recuperandam rem ſuam, & procurando ne dominus plus expendat, quam ſi rem præfixo tempore recuperaſſet, *f* Iniuſto autem occupatori non ſatis eſt indicaſſe, ſed tenetur proprijs expenſis mittere.

f Eſt cõis. vide author. in princ. cap. apud. Say.

De

De tempore quo facienda eſt reſti-tutio. Cap. V.

Státim reſtituen dū eſt.

DVbitatur primo. Quando reſtituendum ſit.

Reſpondeo ſtatim, ac quis commodè poteſt niſi dilatio à creditore impetretur.

Ratio quia etſi, vt ſupra dictum præceptum reſtituendi ſit quodammodo affirmatiuum, eſt etiam & quodammodo negatiuum quatenus prohibetur per ipſum, non retinere alienum ideoque reduci ad præceptum illud non furaberis præcepta verò negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, & cōfirmatur quia non minus malum eſt rem alienam vſurpare, quam retinere inuito domino, eſt ergo ſtatim reſtituendum, idque quoad actum internum, ideſt animi præparationem, & promptitudinem mathematice debet intelligi, quoad verò externum, ſeu executionem non niſi moraliter expectata oportunitate.

Idque intel ligendū eſt mathematice quoad animi promptitudinem & moraliter quoad executionē.

Dicetur autem continuari peccatum quoad vſque voluntas retinendi alienum non retractetur, eritque vnum, aut multiplex, quatenus eadem voluntas ſemel, aut pluries interrupta reintegratur, idemque contingit ac in peccato odij, a ſunt autem ſecundum Vaſquez varij modi, quibus voluntas dicitur interrumpi, ac proindè numericè multiplicari. a tom. 2. diſpur. 75. c. 3.

Primus, quando prior voluntas alia expreſſa voluntate reuocatur.

Modi quibus ſecūdū Vaſquez ex actibus interrupta voluntatis peccatum. & ipſum peccatum multiplicetur.

Secundus quando intercedit ſomnus, in quo cum non cenſeatur prior actio continuari, certè ſiquis experge factus velit idem, quod ſomnum, hæc volitio non erit eodem numero cum præcedente.

Tertio, quando intercedit inconſideratio vt v. g. cum quis Romam petat inimicū occiſurus, & in itinere ità diſtrahatur, vt amplius de fine quem ſibi propoſuerat ne in confuſo quidem coſideret, ratio quia cùm hęc inconſiderantia non ſit capax bonitatis, aut malitiæ, prior illa voluntas, quę praua erat cum ipſa continuari non poterit.

Quarto quando interim in aliud negotium impertinēs ad prio
1 rem finem diuertitur, & his quatuor modis inquit Vaſquez tantū
2 tres priores poſſunt in materia reſtitutionis interrumpere volun
3 tatem, & multiplicare peccatum, additque vice quarti quem ipſe
4 reijcit, alium nempè impotentiam reſtituendi, ea enim ſuperueniente ceſſat præcedens peccatum, quia tunc rei alienę detentio deſinit eſſe voluntaria.

Caie-

Caiet. *a* in hac materia docet primo eum qui non reſtituit cum poſſit non peccare continuò, ſed ſolum eſſe in ſtatu peccat: præteriti per modum habitus.

Primũ dictũ Caiet. Impugnatur.

a Tr. 17 de contrit. r. §. pro cuius clariori notitia, & 2. 2. qu. 69 a 3. in reſp ad 3.

1 Ratio eius eſt, quia detinere rem alienam propriè non eſt actio ſed actionis effectus ab actione non dependens niſi in principio, 2 potuit enim quis rem ſemel ablatam alicubi reponere, & conſequenter nihil amplius circà illam exercere, ſed in hoc ſortaſſis non eſt audiendus Caietanus ipſa quippè rei alienæ detentio eſt quædam vſurpatio continuata, immo & vſurpatio mala eſt propter detentionem.

Secũdũ dictũ Caiet. Quib. modi multiplicitèr peccatum iuxta Sotum. Quidcirca hoc idẽ ex ſent. mulc. Can

Et rurſus ad peccatum actuale non requiritur, vt ſit actio quædam phyca, ſed ſatis eſt, vt ſit aliquid per modum actionis ſignatum, vt eſſe armatum armis prohibitis, &c.

Docet ſecundo Caietanus quoad multiplicationem peccatorum toties quis peccare, quoties de nouo elicit actum, uel internum de non reſtituendo, vel de re alienanda, aut conſumanda, & cæt. vel eternum quia ſcilicet re aliena utitur in propriam vtilitatem, & cæt. & quia actus externus, & internus ſunt vnum peccatum ſi quis cogitans aliquid eſſe alienum pluries utitur, aut è contra ſemel vtens pluries cogitat, non niſi vnum peccatum committit.

Prima cõcluſio. Retinens iniuſte rem. alienam eſt in ſtatu actualis iniquitatis

b 4. Iu. & Cordu. in ſum. q: 68 punct. 1.

Sot. *b* addit tres alios modos, quibus in non reſtituendo peccatum multiplicetur.

Primus eſt, quando de nouo proponit non reſtituere. 3

Secundus, cum creditor ab eo exigit debitum, & non reddit.

Tertius, cum videt creditorem egere, & non ſoluit.

Non multiplicatur peccatum niſi per ſpecialẽ actum voluntas retinendi alienum renotur

c Rela. de Sac. pœni. p. 4. §. rurſus etiam

Melchior Cano, *c* addit multiplicari hoc peccatum quoties de nouo occurit commoditas reſtituendi, & non reſtituitur, & alii pleraque addunt, ſed rem omnem ſequentibus concluſionibus complectemur.

d Pet. Nauar. 4. de reſtit. c. 4. dub. 2 &c.

Dicendum primo. Iniquè *d* rem alienam retinens nedum eſt in peccato habitualiter ſed actualiter eſt contra primum dictum Caiet.

Dicendum ſecundo. Non multiplicari peccatum quo adusque voluntas retinendi alienum per ſpecialem actum non remouetur. 4

Non reſtituens cum commode pôt aggrauat ſuum peccatum

e So. Ara. Salõ. n. 15 f Pet. Nau. l 4. de reſt c. 4 Sot. Salõ Bannes

Dicendum tertio. Qui differt reſtitutionem cum commodè poteſt, ad minus aggrauat peccatum ratio quia in hunc modum creſcit damnum, & iniuria proximi. 5

Dicendum quarto toties peccatur de nouo contra præceptum reſtituendi quotis fit nouus conſenſus, & noua commiſsio contra illud negatiuum non detinendi alienum inuito domino, prout ex ſupra dictis contingit autem hic nouus conſenſus, & noua comiſsio.

Ex nouo cõſenſu inducitur nouũ peccatum. modi quib. contingunt noui conſenſus

h Arag. 2. 2. q. 62. a. 8.

Primo *e* quando habito bono propoſito reſtituendi, rurſus illud abiicitur.

Secundo. Aduertens, ſeù debens aduertere ſe habere alienum, & non proponens firmiter reſtituere data opportunitate. 6

Tertio

a Tertio quando præſente actus oportunitate, & aduertens non reſtituit, peccat de nouo etiam ſi non proponat illud non reſtituere.

a Ca. Angles cordubа Tolet. apud Sair. n. 13.

Quoad alios modos allatos ſuprà ex Soto, Nauarro quod dicendum potius eſſe circunſtantias aggrauantes quam modos, peccatum ipſum multiplicantes, multoque minus cenſeri debet multiplicari peccata ex ſomno, & inaduertentia, cum ſatis ſit uirtualis uoluntas, & alioquin omnia ſcrupulis ſcaterent, & cæt.

Obiicitur Vaſquez ſententia in parte

Dubium ad utraque partem probabile.

Dubitatur tertio. An grauius peccet qui per unum annum inique detinet centum, an qui illo anno pluribus uicibus furetur centum.

Reſpondeo reſolutionem pro utraque parte eſſe probabilem, & quidem *b* grauius peccare eum qui detinet centum probari poteſt ex eo quia continuè detinendo plus impedit dominum in uſu rei ſuæ, quam ſi frequenter eam ſubtraheret, *c* & ſaltem intenſiuè plus peccaret, quia in eodem ſemper numero peccato delinquit, uidetur manifeſtum, ex alia parte plus peccare qui uices iterando centum furatur, *d* probant alii quia illæ repetitiones mortalium furtorum maiorem præſeferunt malitiam, plus enim aggrauant actus poſitiui, quam negatiua permanſio in peccato, & præterea permanentia illa annualis poteſt prouenire ex deſidia, & negligentia ubi è contra iterata illa furta nonniſi ex malitia.

b Palud. 4 d. 15. q. 2. ar. 6. conclu. 1

c Pe. Nau. l. 4. de reſtitu. c. 4. dub. 2. nu. 18.

d So. 4 iuſ q. 7. ar. 4. Salon, carbo &c.

e Med. C. de reſtit. q. 5. dub 3 Adr. q. 2. de reſtitu. dub. 7. So. & alii nu. 21.

Non eſt abſoluendus qui cum integre poſſit ſemel reſtituere id uult facere iteratis uicibus.

Dubitatur quarto. An ſit abſoluendus qui cum totum debitum ſemel poſsit commodè ſoluere, illud pluribus uicibus offert ſe ſoluturum, & quęſtio intelligitur irrequiſito creditore.

e Reſpondeo negatiuè, quia iam peccat mortaliter actu non reſtituendo, cum poteſt commode integrum debitum, ergo non poteſt abſolui, & confeſſarius ſic nulliter abſoluendo etiam peccat, ſi uero dilationem huiuſmodi per uices iteratas pœnitenti concederet, confeſſarius ad nihil tenetur creditori.

f So. Med. Ledeſm. Adr. corduba, Rodrig. Carbo & alii nu. 23.

Idque procedit etiam ſi non integre ſemel reſtituendo creditor parum incommodi, & ipſe plurimum emolumenti ſit percepturus. Soluitur prima ratio in contrarium.

Ratio quia ex hac conceſsione potius bonum quam utile illi obuenit.

Dubitatur quinto. An adhuc potens commode integrum debitum reſtituere, & nolit niſi iteratis uicibus, poſsit abſolui in caſu quo & dominus parum detrimenti patietur, & ipſe debitor plurimum emolumenti ſit percepturus.

f Reſpondeo etiam negatiue, probatur ut ſupra quia per iniquam dilationem uere conſtituitur in ſtatu peccati mortalis, & ſi proprium commodum ſuffragari poteſt debitori numquam reſtitueretur, ſicut non eſt præſumendum creditorem conſentire in rei ſuæ detentione etiam cum paruo ſuo incommodo ſed eſſe inuitum.

g c. 17 nu 65. Directorũ ut. de reſtitu. Hoſtienſ. quos ſequitur Ange. V. Reſti. ult. §. 5 Gab. Syl. &c. n. 22.

Contrarium docuerunt *g* Nauar. & alii, probant primo. Confeſſarius annuens reſtitutioni faciendæ per plures uices utiliter gerit negotium creditoris, cum alias nihil ei reſtitueretur.

Reſpondeo hoc procedere in foro exteriori, in interiori autem

tem cum non ſit conſtitutus procurator creditoris, ſed ſpiritualis iudex, debet benè diſpoſitos abſoluere, & malè diſpoſitos reijcere, cuiuſmodi ſunt qui cùm poſſint commode vna vice totum reſtituere, non faciunt.

Probant ſecundo, ex duobus malis minus eſt eligendum & cæt.

Reſpondeo procedere quando eiuſmodi mala ſunt neceſſaria, & ineuitabilia, at vero pœnitentis malitiæ aſcribitur, quod integrum debitum nolit ſemel reſtituere.

Soluitur ſecunda.

Quæ hactenus dicta ſunt procedunt etiam in debito ex licito contractu prouenie nte, aut ex delicto, modo debitum ſit liquidum & creditor nolit concedere dilationem.

Dubitatur ſexto. An ſemper teneatur pœnitens in hac materia obedire.

a Reſpondeo regulariter teneri propter reuerentiam, quæ confeſſori debetur fallit hoc cum pœnitens eſt doctior, & ei iniungitur id, ad quod verè non tenetur, tunc enim citra mendacium verbis ambiguis reſpondendo quod nimirum faciet libenter id, ad quod obligatur poterit abſolutionem petere, & obtinere.

Pænitens in materia reſtitutionis regulariter tenetur obedire Confeſſario.

Dubitatur ſeptimo, An abſoluendus ſit, qui ante ſemel fuit abſolutus cum propoſito reſtituendi, ſed non reſtituit.

b Reſpondeo affirmatiuè, non enim ob vnam, aut alteram negligentiam quam facilè ſolent incurrere homines neganda erit abſolutio, modo confeſſarius aduertat illum verè eſſe contritum, & firmiter proponat ſe ſtatim reſtituturum.

Si qui ſemel aut iterum promiſſionem de reſtituendo non impleuit, adhuc eſt abſoluendus modo promittat denuo ſe vere reſtituturum.

Idemque dicendum de alijs occaſionibus peccandi, quæ non ſunt iuxta promiſſiones relictæ habita ratione perſonarum, & occaſionum.

Contrarium docuit *c* Caiet. volens omnino non eſſe abſoluendo antè quam realiter reſtituat.

Caſus ſunt in contrarium in quibus locum habeat.

d Sed fortaſſis hęc ſententia locum habet vel cum quis eſt in 1
articulo mortis, & poteſt commodè reſtituere, vel in *e* publicis 2
vſurarijs, quia non niſi præſtita cautione de reſtituendo, debent 3
abſolui, vel de publico peccatore, qui ęre alieno tenetur ad euitandum ſcandalum, cum eius iniqua debita ſint notoria, vel de raptoribus eccleſiarum vt habetur ex c. 1. de raptor.

Dubitatur Octauo. An qui ſępius promiſit reſtituere, & non reſtituit ſit abſoluendus.

Qui multoties promiſſam reſtitutionem non impleuit non eſt regulariter abſoluendus.

f Reſpondeo regulariter non eſſe abſoluendum.

Ratio quia prudenter iudicari poteſt nec modo reſtiturum, qui autem prudenter timetur in priſtinam culpam recurſurus non eſt abſoluendus, imò addit Med. in hoc caſu teneri Confeſſarium ad reſtitutionem cum ipſe moraliter cauſa ſit ne pœnitens reſtituat.

Dixi regulariter *g* nam poſſent de nouo tales circunſtantiæ accidere vt prudenter conijciat Confeſſarius pœnitentem ſtatim reſtiturum præſertim cum in rigore ſatis ſit pœnitentem eſſe contritum.

a Sylu. V. reſtitutio. q. 6. Angles 4. q. 2. de reſti. a. 2. dub. 3.
b Ledeſm. 2. 4. q. 18. a. 8. Bart. Med. 2. inſtruc. Confeſſ. c. 11. Reg. 1.
c V. reſtitutio c. 6. & Mercardus c. 16. Philiarcus to. 2. lib 6. c. 28.
d Pet. Na. li. 4. de reſtit. ca. 4. dub. 13. n. 82. poſt Palu. 4. d. 14. q. 2. ar. 6. concl. 2.
e Angen. c. qa in omnibus de vſu.
f S. Ant. p. 2. ti. 2. c. 8. Tabi. & alij n. 17.
g Greg. de Valen. to. 3 diſp. 5. q 6. pun. 7.

De cauſis quæ Excuſant ne reſtitutio ſtatim fiat. Cap. VI.

a Adr. 4. q. 18. & 29. & alij q. 1.

Prima cauſa excuſans a ſtatim reſtituendo ignorantia probabilis

PRima cauſa excuſans eſt *a* ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis, vt theologi loquuntur facti, aut iuris, quod res ſit aliena, eſſet autem probabilis ignorantia facti, ſi quis bona fide acquiſiuiſſet hæreditaté, & iuris quando ius eſſet controuerſum, & obſcurum circa aliquem contractũ ita vt nec iuris doctis planè conſtaret an eſſe reſtituendum; hac ergo durante ignorantia nemo tenetur reſtituere, ſecus de craſsa, vt ſiquis calicem à milite emat, debet enim credere, aut ſaltem dubitare quod ſit furtiuus..

b Lopez. d. 1. inſtr. conſ. ca. 132. Rodrig. p. 2. ſum. c. 47. concl. 9.
c lib. 5. ca. 12. dub 6.
d Nau. ca. 17 n. 5. 6. & alij nu. 4.
e 2. 2. q. 62. a. 8.
f So 7. iuſ. q. 7. a. 4. ad 2.
g Tabiena V. reſtitutio & alii nu. 6.
h Vbi ſupra ar. 5 ad 4.

b Hinc infertur primo non obligari hæredem ad credendum, quod alicui fuerit aliquid legatum à teſtatore etiam ſi vnicum teſtem omni exceptione maiorem adducat, quamuis per hoc non negetur poſse ad vnius teſtimonium deponi ſcrupulum, & ſic mulier poteſt tranſiere ad ſecundas nuptias ad relationem vnius fidelis teſtis, qui referat ſe interfuiſse morti viri illius.

Infertur ſecundo. Dubium pro æquali parte an res ſit propria vel aliena non eſse cauſam ſufficientem, quæ obliget ad reſtitutionem cum in dubijs melior ſit conditio poſsidentis, & patet ex ijs quæ *c* ſupradicta ſunt.

Secunda cauſa Impotẽtia.

Secũda cauſa *d* eſt impotẽtia, quod autem ad hęc excuſet probatur quia facit retentionem alienæ rei inuoluntariam, & probatur quia ad impoſsibile nemo tenetur. Quod auté ĩquit *e* D. Th. in eo caſu petendam eſse à creditore dilationem, procedit cum neceſsitas non eſt certa, & manifeſta.

Debitor in extrema neceſſitate nõ tenetur reſtituere etiã ſi & creditor extremè indigeat.

Sed hic oritur Primum Dubium. An quando debitor reſtituendo incideret in extremam neceſsitatem, & creditor non recuperando ſuum, extremam quoq; inopiam ſit perpeſsus, adhuc reſtituere teneantur.

f Reſpondeo negatiuè, ratio quia in extrema neceſsitate ceſſat ius gentium, quod diuiſit dominia, & ſumus in iure naturali, in quo omnia ſunt communia, & ideo creditor, qui alias erat eius dominus, non poteſt tunc rationabiliter eſse inuitus, cum enim tunc debitor ſit in poſseſsione vtiq; in pari neceſsitate melior eſt conditio poſsidentis. *g* Confirmatur ex D. Th. qui docet in extrema neceſsitate magis ſubueniendum eſse patri extremè egenti, quam creditori.

Ergo à fortiori magis ſibi, quàm creditori cum nemo ſibi ſit ſeipſo proprinquior.

Contrarium docuerunt *a* Scot. & alij ſed infirmis innixit fundamentis.

a Sco. 4. d. 15. q. 2. §. ad argumenta. Gabr. Io. Me. Ang. &c. apud Say. n, 5,

Ampliatur

Et quidem concluſio procedit quomodocunq; quis ante extremam neceſſitatem in rei alienæ poſſeſsionem deuenerit, & ſiuè prius creditor, ſiuè prius debitor in extremam neceſsitatem inciderit, licet debitor peccauerit non reddendo cum commodè poterat.

Fallit cū creditor eſt perſona vniuerſalis neceſſaria bono publico.

b Tantum in caſu quo creditor eſſet perſona publica, & valde neceſſaria bono communi teneretur debitor etiam in extrema neceſsitate ad reſtitutionem, ratio quia bonum publicum præfertur priuato.

b Caie, 2, 2, q. 31, a, 3. Tolet. inſtruc. Sac. lib. 5. c. 24.

Quando iuramentum de reſtituēdo obliget in extrema neceſſitate.

Secundo dubium. An ſi quo die aliquis iurauit ſe reſtituturū ſit in extrema neceſſitate, ratione iuramenti reſtituere teneatur.

c Reſpondeo negatiuè, ratio quia ipſo naturali iure intelligitur facta exceptio extremæ neceſſitatis niſi fortè iurauit ſi etiam in extrema neceſſitate reſtituturum.

c Carbo tr. de reſt. 4. ergo. dub. vlt.

In extrema neceſſitate magis ſubueniēdum Patri, quā creditori.

Tertium Dubium, cui potius ſubueniendum patri, an creditori cum ambo ſunt in extrema neceſsitate.

d Reſpondeo potius patri, ratio quia tunc ceſſat ius gentium, & dominium, maneatq; ſolum ius naturale, ſecundum quod debitum pietatis erga parentes eſt coniunctius & antiquius, quam quod ex particulari iuſtitia oritur.

d S. Tho. 2. 2. q. 101 ar. 3. & in 3. d. 34. q. 1. a. 2. ad 8. & alij n. 9 §. Alij vt Sotus.

Soluitur ratio in contrarium.

Contrarium docuit *e* Ledeſmius, probat quia creditor habet maius ius ad rem ſuam, quam habeat debitoris pater qui non poſſidet rem alienam.

e 2. 4. q. 18 ar. 3. Carbo. Tabi. Tolet. nu. 9,

Reſpondeo aſſumi falſum, ceſſat enim tunc ius gentium & cum vrgentior tunc cauſa ocurrat adimplendi præceptum pietatis deſinit merito reſtitutionis obligatio. Et confirmatur, nam ſicut in extrema neceſsitate poteſt debitor ex ſupradictis ſibi potius quā creditori ſubuenire, ſic etiam potius poterit ſubuenire patri quā creditori cum pater, & filius vna caro cenſeantur, *f* imò ſunt qui doceant quod & ſiquis poſsit magis creditori ſubuenire, quā ſibi ex eo quod vnuſquiſq; poteſt cedere iuri ſuo, adhuc tamen non poſsit patrem prętermitere, vt creditori ſubueniat, cum non poſsit pręiudicare iuri parentum.

f Salon. 2. 2. 62, a. 5,

Ampliatio. quapropter extremam neceſſitatē ſublata ſūt neq; in re dita ad pinguiorem fortunam ad bene reſtitui.

g Ampliatur Concluſio vt ne dum pater, & mater in caſu extremę neceſsitatis præferri poſsint creditori, ſed etiam fratres, aut amici à quibus inſigne aliqued beneficium nobis collatum ſit.

g Bannes. 2. 2. q. 62. a. 5, dub, 10

Quartum Dubium. An ſiquis poſt extremam neceſsitatem redeat ad pinguiorem furtunam: adhuc reſtitutionis vinculo ſit obnoxius.

h So. 4, iu. q. 7. ar. 1, ad 4, & alij n, 12.

Dicendum primo *h* Siquis in extrema neceſsitate conſtitutus accipiat ſolum quod eſt neceſſarium ad vitæ conſeruationem, reſq; accepta ſit vſus conſumptibilis, & parui momenti, etiam ſi poſtea ad pinguiorem fortunam venerit, non tenetur amplius reſtituere

ſtituere ratio, quia tunc omnia, & indigens poteſt aliena conſumere ac ſi eſſent propria.

Simpliciter indigens alienis utetur etiā magni valoris abſque vinculo reſtituendi.

Et confirmatur, nam ſi tunc iure naturæ conceditur uſus rerum neceſſariarum, cum in rebus uſu conſumptibilibus uſus non diſtinguatur à dominio ſicut uerè conceditur uſus, ita verè conceditur & dominium, & cōſequenter reſtitutionis vinculum non redibit.

Si ſecus reſtitutionis obligatio ſopita tantū, & non extincta cenſetur.

a Lopez. p.q. inſtr. conſc. ca. 115.
b Angles, 4. ſent. q. quis a reſtitutione ſit liber.
c Val. to. 3. diſp 3. q. 9. pūct. 4. & alij nu. 14.
d Pet. Na. 4 reſtit. c. 4. dub. 4. n. 24.
e in c. Odoardus de ſolut. ſ Sco. Gavalen.
f Vbi ſup. nu. 25. & 26.
h Salon. 2. 2 q. 62. ar. 8. contro. 3. ante 1. conclu & alij n. 17.
i Gibr. 4. d 15. q 2. ar. 2. conclu 2. l. 1. & al j nu. 17. §. ſecūdum.

Dicendum ſecundo a etiam ſi res ſublata magni valoris ſit, eamq; ad exigentiam ſuæ extremæ neceſſitatis quis inſumpſerit, & ſimpliciter non habet vnde reſtituat, tutus erit in conſcientia.

Dicenduū tertio. Vbi aliquis non eſt ſimpliciter indigens ex eo quod quamuis non habent hic, & nunc, habet tamen alibi bona, aut breui ſe ſperat habiturum, ſaltem ex amicorum beneuolentia, tunc ſopita, & non extincta cenſetur reſtitutionis obligatio, & ſatis erit ſi quaſi loco mutui accipiat aliena.

Res quæ uſu non conſumitur poſt tranſactam neceſſitatē debet reſtitui.

b Dicendum quarto res quæ vſu non conſumitur debet tranſacta neceſſitate reſtitui, ut equus v. g. quem quis conſcendit ad hoſtis inſidias declinandas, ratio quia alienæ neceſſitati ſatis per mutuum ſubuenitur.

Extrema neceſſitas excuſat, & abſoluit à debito antecam cōtracto.

c Dicendum quinto. Qui debitum antè contraxit, & poſtea in extrema neceſſitate incidit, ſi ad pinguiorem fortunam venerit, tenebitur reſtituere, ratio quia extrema neceſſitas tantum conceſſit ei ut rebus illius uteretur quandiu indiguit.

Confirmatur ex d Grego. q. 4. Clericum non habentem vnde ſoluere noluit excommunicare, ſed ſatis eſſe eum cautionem præſtitiſſe de reſtituendo, cum ad pinguiorem fortunam venerit.

Ampliatur

e Procedit autem concluſio tam in debito iuſte contracto, cuiuſmodi ſunt mutuum emptio &c. quam iniuſtè; ratio quia debet fieri compenſatio domino rei facta per iniquam rei acceptionem, & retentionem.

Reycitur Per Naua. ſententia.

Contra hanc ſecundam partem docuit f Pet. Naua. volens debitum iniqua acceptione per ſurperuenientem extremam neceſſitatem extingui.

Tertia cauſa excuſās à reſtitutione.

Sed contra tunc enim prodeſſet iniquitas, & deterior eſſet conditio contractus legitimi, quam iniquæ acceptionis.

Graue dānum debitoris.

Rurſus tertia cauſa excuſans à reſtitutione eſt graue damnum debitoris Pro clariori notitia.

Debitor extreme indigentē non tenetur reſtituere etiā ſi creditor eadē extrema neceſſitate urgeatur.

Quæritur. An cum ſui ſtatus, bonorumq; detrimento quis reſtituere teneatur, in hac difficultate.

g Primo certum eſt ſtante pari extrema neceſſitate ex parte debitoris, & creditoris non urgere uinculum reſtitutionis, patet ex ſupra dictis, tunc enim omnia ſunt communia, & melior eſt conditio poſſidentis. &c.

h Secundo ſtante pari graui neceſſitatis debitor ad reſtituendum tenetur, tunc enim melior eſt conditio creditoris, petitque ęquitas ut in eo caſu debitori præferatur, & rectè præſumatur

in eo caſu iniuſtè ſi debitori non reſtituat, cum ex ordine charitatis debeat hic ſibi potius quam debitori conſulere.

Et confirmatur, quia ſi debitor habet ius grauis neceſſitatis creditor habet idem, & prętereà ius dominij, quarè non debet duplex perpeti detrimentum, nempè priuari re ſua, & in grauem neceſſitatem incurrere &c.

Cum autem hæc duo certa ſint controuertitur. An quando debitor reſtituendũ in grauem incideret neceſſitatem, caditq; à ſui ſtatus decentia, creditor autem ex reſtitutionis dilatione non niſi leue iacturam patitur reſtituere teneatur.

Aliud eſt à ſtatu cadere, aliud ſtatum imminuere.

Dixi cadere à ſtatu, non autem minuere, caditq; à proprio ſtatu qui v.g. cum ante ſuis redditibus uiueret, poſtea; ſeruire alteri cogeretur, aut cum artifex antea laboraret, neceſſarium ei foret artis vendere inſtrumenta &c.

Ille vero dicitur ſtatum minuere citrà notam paupertatis, cum lautius anteà in uictu, veſtitu, aut famulatu ſe haberet, incipit poſtea parcius in eiſdem ſe gerere ſuperflua reſecando.

Status poteſt acquiri, & retineri licitè & illicitè.

Item ſtatus in quo aliquis inuenitur uel eſt iuſtè, acquiſitus & retentus, nempè labore proprio, aut hereditaria ſucceſſione, uel acquiſitus quidem iuſtè, ſed conſeruatus iniuſtè nempè modis illicitis, vel demum eſt iniuſtè acquiſitus, vt potè furtis, illicitiſq; contractibus. His ſuppoſitus.

Prima propoſitio. Quantitas ingens non eſt ſufficiens cauſa ad tollendã vel differendã reſtitutionem.

a Dicendum primò ſi debitor graue damnum ex eo ſolum patitur, quod ſubſtantia reſtituenda eſt magna, non ideo reſtitutionem pro rogare poteſt in toto, vel in parte. — *a Caie. 2. 2. q 62. ar. 8. & in sũma V. reſtitutio c. 6 & alij apud Nayr. h 23.*

Ratio, quia hoc non eſt pati damnum in bonis proprijs ſed reddere alienum uero domino, atque ad eo quantitas ingens non eſt ſufficiens cauſa ad tollendam, vel differendam reſtitutionem.

Confirmatur quia aliàs melior eſſet conditio eorum qui debita magna per iniuriam contraxerunt, quam qui minora, & rurſus contrarium eſſet in fauorem latronum, qui quo maius furtum committerent eo magis à reſtituendo excuſarentur.

2 Graue damnũ in quod incidit, eſt lucrum ceſſans ex aliena pecunia non excuſat à reſtitutione ſtatim facienda.

b Dicendum ſecundo nec excuſari debitorem reſtitutione ſtatim faciẽda, ex eo quod graue damnũ, in quod incidit eſt quia ex bonis alienis lucrari deſijt, hoc non eſt perdere proprium, ſed non uti aliene, & patet nemo ius habet lucrandi ex aliena pecunia inuito domino, & confirmatur in eo qui vſurpauit aliena, nã ſi ea prius quã negotiationi, & lucro exponat retinere nequit, ergo neque poſtq; expoſita ſunt. — *b Sot. 4. in q. 7. a. 4.*

Excipitur primo. Scoti regula.

Ab hac concl. excipiuntur duo caſus.

c Primus quando poſſeſſor bonæ fidei ex iuſta acceptione puta mutuatarius Pecuniam ſibi mutuatam bona fide negotiationi expoſuit putans antè aduentum ſolutionis indè aut aliundè habiturum lucrum vnde conſtituto tempore ſoluat, non tenetur ceſſare à lucro quando aliàs res emptas vtiliſſimè uenderet. — *c Ludoui. Lopez. p. p. inſtruc. conſc. ca. 117. cõcl. 4.*

Ratio patitur ex illa regula *d* Scoti. Quandocunque dominus rei rationabiliter velle debet reſtitutionem differri, poteſt illo — *d 4. d. 15. q 2. a 4.*

illo inuito ſolutio illa differri, vel omitti, in hoc etiam caſu debet rationabiliter dominus eſſe contentus, cum negotiatio facta ſit bona fide, & grauis iactura debitori ſuccedat ſi impediatur, & interim ei poſſit damnum reſarciri.

Secundus caſus eſt *a* quando quis hoc fine & neceſſitate negotiatur, vt paulatim ex illo lucro multis creditoribus, ſatisfaciat, ſperatque ſe paulatim omnibus ſatisfacturum, ſi tempus ei ad ſoluendum concedatur. Ratio quia ſic vtiliter agit ſuorum creditorum negotium.

Excipitur ſecundo.

a Io. Med. c. de reſt. q.5. dub 2. verſ. dixi- notantur. &c.

Dicendum Tertio. Quando *b* debitor iuſte ſtatum acquiſiuit, nec poteſt reſtituere ſine graui, & notabili ſui ſtatus iactura, aut rerum ſuarum non tenetur ſtatim reſtituere, ſed poteſt id differre vſque ad meliorem commoditatem modò creditor ſimilem iacturam ſtatus ex eiuſmodi dilatione non patiatur. Et procedit concluſio ſiue quis ſtatum iuſte conſeruat ex bonis proprijs, ſiue iniuſte ex bonis alienis, & ſiue contraxit debitum inculpabiliter per infortunia, ſiue culpabiliter per prodigalitatem, tenetur tamen citrà notam paupertatis ſtatum minuere, & neceſsaria retinere vt paulatim reſtituat.

Tertia propoſitio. Status iuſte acquiſitus nō eſt immutendus, ſed minuendus pro reſtitutione.

b Solu. V. reſtitut o. 5.q.3 et alij p. 27.

Prima pars patet quia cenſetur quis moraliter impotens cùm pro reſtitutione facienda cogitur ſtatum immutare, & proinde creditor ſi conſimile detrimentum ei non imminet, eſt irrationabiliter inuitus, & confirmatur quia plerunque ſtatus immutatio in infamiam, & iacturam familiam vergere ſolet, nemo autem regulariter cum famæ iactura tenetur ad reſtitutionem.

Secunda pars probatur. Tenetur enim quis facere ea, quibus ad reſtituendum opportune iuuatur, ſed hoc contingit reiectis ſuperfluis, & ſolùm neceſsarijs ad ſtatus decentiam retentis ergo, &c. Et conſumatur quia hæc eadem citrà notam facere poteſt etiam ſi quis nullo à re alieno grauetur, ergo multò magis pro reſtitutione facienda.

Corolarium

Hinc ſequitur *c* non teneri comitem verbi gratia vendere comitatum vt reſtituat, aut nobilem vt ſeruiat, aut vt manibus laboret, vel neceſſariam diſtrahere ſuppellectilem, ſed ſatis eſſe ſi ſuperflua reſecent, & parcius viuant, *d* itemque nec obligari artificem pro reſtitutione facienda vendere ſuę artis propria inſtrumenta, *e* nec filium adulteræ qui iam bona fide in ſtatu honorifico eſt conſtitutus, reſtituere bona hæredi, quam certò deinde nouit eſse legitimum, ſed ſatis eſt ſi ſtatum minuat citrà notam paupertatis, & demum idem aſserendum *f* quotieſcunq; quis cogeretur domum, aut aliquid aliud notabiliter minus iuſto pretio vendere, non enim debet creditor ob leue ſuum commodum permittere, vt ſuus debitor in graue incidat detrimentum in rebus ab eo licite poſſeſsis.

Quarta propoſitio. Si ex reſtitutione ſtatim facienda cogatur debitor ſtatum mutare poteſt iam differre, etſi ex dilatione damnum immineat creditori futurum, modò hoc ipſo reſarciatur.

c Cord. in Summ. q. 68. punct. 3. & al j a. 29.

d S Ant. p. 2. tit. 2 c. 8

e Báñes 2. 2. q 62. a 8

f Nauar. c. 17. n. 57.

g Lopez p. 1. inſtruc. conſc. ca. 48. & alij. nu. 34.

Dicendum quarto, *g* cum debitor bonę, & inculpabilis fidei ex reſtitutione ſtatim facienda patitur totalem ſtatus iacturam, non tenetur reſtituere ét ſi creditor aliàs ex dilatione notabile damnũ paſſurus ſit in futuro, ſatiſq; erit ſi debitor paratus

ſit reſarcire eiuſmodi damnum deductis deducendis arbitrio boni viri, ſecus ſi damnum creditoris eſſet de præſenti, quia citrà extremam neceſſitatem ſemper eſt melior eius conditio quàm debitoris, nec licet cum æquali damno alterius ſibi copiam procurare.

Contrarium docuit *a* Angles volens debitorem bonæ fidei, & ex iuſta acceptione non teneri ad reſtituendum cum ſui ſtatus iactura eſto creditor ex dilatione ſolutionis ſtatum quoque mutare compellatur.

a 4. ſen. q. 2. de reſt. a. 2. diffic. 9. concl. 6.

Soluitur obiectio Angles.

Probat quia ſicut in pari caſu turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis, ità & in pari caſu neceſſitas melior erit conditio debitoris qui poſſidet.

Reſpondeo ſimilitudinem valere tantum in pari caſu extremæ neceſſitatis cuiuſmodi non eſt ſtatus mutatio, in hac enim eſt & par neceſſitas, & par ex parte debitoris ius dominii, vt ſupra dictum eſt.

Solum fortaſſis procedit ſententia Angles cum debitor bonæ fidei teneretur reſtituere cum maiori detrimento, quam ſit pretium rei reſtituendæ.

Secunda propoſitio. Moralis ſpes quod commodius aliàs fiat reſtitutio ſine ſtatus mutatione, aut notabili bonorum iactura excuſat à præſentanea reſtitutione modò creditor non ſit in pari neceſſitate.

Dicendum quinto. *b* Debitor bonæ fidei etiam cuius omnia bona ſunt reſtitutioni obnoxia, vt contingere poteſt in filio vſurarij qui bona fide paternam adijt hæreditatem, non tenetur ſubitò reſtituere cum ſui ſtatus mutatione, & notabili ſuorum bonorum iactura ſi ſit moralis ſpes quod tempore opportuno reſtituere poterit ſine illo incommodo, modò creditor non ſit in eadem neceſſitate, ſi autem eiuſmodi moralis ſpes non adeſſet, vel creditor eſſet in pari neceſſitate ſtatim tenetur reſtituere, reſeruatis tantum quæ neceſſaria eſſent ad eam vitæ rationem conſeruandam, quam ſuæ conditionis homines retinent.

b Ledeſm. 2. 4 q. 108 a. 5. & alij n. 33.

Prima pars probatur tum ex illo euang. *c* Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, tum quia aliàs dominus irrationabiliter eſſet inuitus.

c Matt. 18

Secunda pars patet ex ſupradictis, cùm nemo debeat ſtatum ſuum cum alterius detrimento ſeruare, vnde & in conſcientia obligatur, & poteſt in foro exteriori compelli.

Poſſe demum ſibi neceſſaria retinere patet ex *d* legum diſpoſitione & recto rationis dictamine.

d L. miles ff. de Iud. l. 1. ff. de his qui cedũt bonis & inſt. de actio. §. fi.

Sexta propoſitio. Iniuſtè acquiſita ad ſtatum reſtituendum obligant etiam cum ſtatus iactura.

Dicendum ſexto. *e* Qui ſtatum iniuſtè acquiſiuit nempè per vſuras, extorſiones &c. tenetur ſubitò reſtituere etiam cum talis ſtatus iactura, & etiam ſi creditor ſimilem neceſſitatem non patiatur, reſeruatis tantum quæ ſibi, & ſuis viderit neceſſaria ad viuendum iuxta priſtinum ſtatum, quem ante habebat ratio concluſionis eſt quia non eſt minor iniquitas ſtatum ex male acquiſitis tueri, quam illum comparare auferendo res alienas, cum ergo ſit contrà iuſtitiam res alienas auferre, ſic & contrà iuſtitiam, erit aſcendere ad ſtatum altiorem, aut conſeruare nouum ex ſolis reb. alienis, & iniuſtè acquiſitis, & confirmatur quia vere ille non habetius, aut vllum titulum ad eiuſmodi ſtatum, qui cùm ex iniuſti-

e Caiet. in ſumma V. Reſtit. c. 6 & alij n. 36.

iniuſtitia ſit acquiſitus verè eſt alienus, ac proindè reſtituendo nullum patitur damnum, cum de ſuo nihil amittat.

Præmonitio.

a Angles 4. ſent. q. 1 de reſt. a. 2 diffic. 9. Lopez p. 2. inſtruct conſc. ca. 118.

Hinc *a* præmonendi ſunt tales iniuſti acquiſitores, vt ſaltem a creditoribus ſpontaneam dilationem ſi certi ſint, ſi uerò incerti compoſitionem cum ſede Apoſtolica ſatagant obtinere.

b Nau. ca. 17.

Dictat *b* autem naturalis æquitas neque iniuſtum debitorem in tantas anguſtias redigendum, vt cum ſine graui creditoris incommodo fieri poteſt, hic ei compatiatur, nec velit res ipſius ex præſentanea reſtitutione vilisſimo diſtrahi pretio, ne & uindictam ſumere, & afflictionem afflicto addere uideatur.

Septima propoſitio.

c In c. cũ tu de vſuris.

Quod uerò poſsit iniuſtus acquiſitor retinere ſibi neceſſaria ad priſtini ſtatus ſuſtentationem patet, cum ante iuſte poſſideret, quod etiam *c* Alex. tertii authoritate confirmatur.

C. ſtante extrema neceſſitate ſi res iniuſta ſublata ſuperſtes ſit illicò reſtituatur etiam cum proprii ſtatus mutatione.

d Sũm aaron. p. 2. c 5. n. 22 *e* Frãc. victoria Lopez, Rodrigu.

Dicendum ſeptimo *d* cum res obnoxia reſtitutioni ex iniuſta acquiſitione extat, & debitor extrema neceſsitate non laborat, tenetur illicò reſtitere etiam ſi ſtatum mutare cogatur, ratio quia tunc debitor nullum incurrit damnum, nec debet quis ex alterius bono, & aliena iactura locupletari.

Octaua propoſitio.

Dicendum octauo, res iniuſte *e* acquiſita ſi modici ualoris ſit, & creditor paruum ſentiat detrimentum ex reſtitutionis dilatione, non niſi cum commode fieri poteſt debet reſtitui.

Res modici ualoris commode eſt reſtituenda præſertim tum ex dilatione paruum incommodum ſentiat creditor.

f Sco. 4. d 25. ad arg antefinẽ, Gabr. ibi. q. 22 2. cõclu. 2. & 2 Iii n. 43.

Ex dictis facile inter ſe conciliari poſſunt authores, & rationes quę à ſingulis adducuntur iuxtà ſuperiorum concluſionum intelligentiam nobis minime refragantur.

Secundum dubium eſt an teneatur quis reſtituere *f* cum detrimento propriæ famæ.

Non eſt regulariter reſtituendum cũ famæ detrimento.

g Riccar. in 4. d. 25 a. 5. q. 4. et alii num. 45.

Reſpondeo negatiue & hoc regulariter cum aliquando poſſit contingere caſus quod bonum externum ſit adeò ingens, ut præponderet medioeri famæ, in quo ſtandum erit iudicio uiri prudentis, ſic enim & ingens argenti maſſa pluris extimatur modico auro quamuis alias ex ſui natura aurum ſit pretioſius argento, ratio, quia irrationabiliter dominus eſſet inuitus ſi uellet potius proximum infamari, quam pati modicum incommodum ex dilatione reſtitutionis ſibi faciendæ, Affertur hic exemplum de muliere adultera quando cum detrimento propriæ famæ debeat reuelare uel non, ſed de hoc alibi dictum eſt latisſime.

Nemo ſe vendere tenetur ut reſtituat.

Tertium Dubium. An teneatur quis ſe uendere, ut reſtituat.

Reſpondeo negatiuè *g* quia ius tam ciuile quam diuinum ſuauiter procedit, & confirmatur quia libertas eſt maius bonũ quã res externę.

Item prohiben leges dari hominem in pignus debiti ergo multò magis uendi ad illud ſoluendum, patet, non minus appetitus conſeruandi uitam, quam libertatem eſt inſitus a natura, ſed nemo cum uitæ diſcrimine tenetur reſtituere, ergo nec cum diſcrimine libertatis.

h Exo. 22.

Nec obſtat quod Hebræis mandatum *h* fuerit, ut qui furto ſub

Hebræis ad furtum propenſis iuſte mandatum ut ad reſtitutionem facienda etiam diuenderentur.

latum reddere non poſſet, venderetur, hoc enim tunc temporis populo illi ad furtum propenſo expediebat.

Intelligitur autem concluſio modo ne aliquis proximum in libertate damnificauerit, alioquin habita ratione perſonæ teneretur pro eo ſe ſeruum facere, ſi eum non poſſet aliter liberare.

De aliis quinque cauſis, quæ ex parte debitoris a reſtitutione facienda excuſant. Cap. VII.

Concluſionis limitatio. Quarta cauſa a reſtitutione excuſans ceſſio bonorum.

QVarta cauſa, quæ à reſtitutione excuſat eſt ceſſio *a* bonorum, quæ fit in manu creditoris, aut Iudicis, remedium qui dem flebile ſed oportunum ad carceres, aliaſq; pænas, & cenſuras euadendas, ſed hic dubium eſſe poteſt. *a l. 1. C. qui bon. ced ex po. l Debitores ff. eod. Cou. 2. uaria. resol. c. 1. num. 6. & alii, apud Sa n. 1.*

Qui bonis cedit, poteſt ſibi & familiæ neceſſaria retinere, modo illa non fuerint omnino iniuſte acquiſita.

An qui bonis ſuis cedit poſſit tuta conſcientia retinere ſibi, & familiæ neceſſaria.

Reſpondeo affirmatiuè nedum in foro exteriori, ſed etiam in conſcientia, & antè iudicis ſententiã modo bona iuſtè fuerint acquiſita, & modo ceſſet fraus, & dolus proindè non põt rurſus a Iudice neceſſaria petere ad uictũ, &c. ſècus ſi fecerint bona pro iniuſtè acquiſita, nam tunc & Reſpublica, & creditor rationabiliter cenſentur inuiti, cũ ad commune bonũ ſpectat nihil in tali caſu propria authoritate vſurpari.

Ex redditu ad pinguiorem fortunam reuiuiſcit obligatio reſtituẽdi.

Vbi autem contigerit *b* eos qui bonis cedunt ad pinguiorem venire fortunam tenentur in integrum etiam in foro exteriori ſingulis creditoribus reſtituere, ratio quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, cauſa autem non reſtituendi erat neceſſitas. *b Nau. ca. 17. nu. 36 c & p. Odoardus d ſolut. & l. 1. C. qui bon s cedere poſſ. & l. ſunt qui ff. de re iud.*

Quinta cauſa. Legitima rei præſcriptio.

Quinta cauſa eſt legitima rei præſcriptio de quà ſuprà, per legitimam autem intelligo canonicam, non legalem, ſecundùm quam perperam cenſetur rata, quæ incipit cum mala fide, &c. *d lib. ſup. c. 12*

Sexta cauſa Solutio facta ei qui creditor eſt creditoris Caſus.

Sexta cauſa eſt ſolutio facta à debitore alicui creditori ipſius creditoris de eius conſenſu.

Dubium autem eſt an facta eo inſcio *e* aut inuito liberet a reſtitutione, Et pro clariori notitia ſit *d* caſus; ego debebam Petro decem, & totidem debebat Petrus Ioanni, ſed Ioannes ob defectum probationis non poterat iuridice, ſeu alia uia ſua decem recuperare, defunctus eſt Petrus, quæritur an ſalua conſcientia poſſim illa decem, quæ debebam Petro, dare Ioanni, prẹſertim cum debitum meum ſit occultum. *e Ponitur a Med C. de reſt. q. 3. cauſa. 5.*

Dicen-

a l. ſi liber homo. ff. de negot. geſt. & l. inuito ff. de ſol. & l. pen. & fi. de neg. geſt.

Dicendum primo. a In foro exteriori me poſſe iterum cogi ad ſoluendum ſi aliunde quàm propter me Petrus contraxit debitum cum Ioanne, & è contrà. *Prima concluſio.*

Dicendum ſecundo, ſi ſolutio fiat in fraudem primi, & immediati creditoris peccato ſoluendo, & teneor de damno. 2

Dicendum tertio, etiam ceſſante fraude ſi meus creditor iuſtè rem poſſidebat, & res illa extat ei teneor reſtituere. 3

Ratio, quia alias eſſet exercere officium Iudicis quod non licet perſonis priuatis imo neu Iudex in tali caſu remoto creditore rem illam adiudicabit alias daretur bellum ex vtraque parte iuſtum, tum quia hac ratione via ad multas lites aperiretur, tum denique quia non licet mihi iuſtum poſſeſſorem re ſua expoliare aut ei immediatè non reſtituere, cùm ipſe verè ius habeat ad rem ſuam à me recipiendam, ita vt ſi ei non reſtituero, me de iniuria poſſit expoſtulare.

Dicendum quarto, ſi meus creditor rem illam iniuſtè retinebat, tunc etiam eo inſcio, aut inuito, non pecco reddendo vero domino.

Nau. c. 17. nu. 81. Rodr. p. 2. ſumma. c. 47. cócl. 4

Dicendum quinto, quando res non eſt eadem numero reſtituẽda, ſed ſpecie, aut valore, tunc remota fraude, & præiudicio primi creditoris, vtcunque illam antea poſſidentis, ſi rem creditori mei creditores reddidero præſtita cautione quod meus creditor ab eo amplius non moleſtabitur, immunis ſum in conſcientia à reſtitutione, ratio quia ſic nulla fit iniuſtia, cumque vtiliter vtriuſque negotium geratur, nemo eorum poteſt rationabiliter cenſeri inuitus.

c arg. ca. quampio 1. q. 2. & c. cum ſecũdũ de præbend.

Vnde ad caſum propoſitum, Reſpondeo poſſe ſolui debitum Ioanne pro petro defuncto, nõ enim fit iniuria petro, cũ fiat quod ipſe faceret ſi viueret non hæredibus, cum ipſi vt ſuccedũt in bonis defuncti, ſic & in obligationibus, & debitis, non demum ſecũdo creditori, cum potius eius negotium vtiliter geram. *Caſus reſolutio.*

d Palu. 4. d. 15. q. 2. a. 1. concl. 3. & alij apud Say. nu. 10.

e lib. 9. c. 34.

Septima cauſa eſt recompenſatio, b fitque dupliciter primo cũ debitor confert aut conferri procurat creditori aliquod officium ſæculare æquiualens, c non autem eccleſiaſticũm beneficium, quia per ſpirituale non poteſt ſolui temporale, & committeretur Simonia. Secundo cùm debitor æquale debitum creditori remittit, quod procedit cum res hinc indè debita eſt æqualis naturæ, ſecus ſi ergo v. g. debeo equum & alius pecuniam poteſt enim cõtingere, vt illius carior ſit equus quam pecunia, d quare procurandũ ne creditore aut inuito aut inſcio, aut damnum patiente fiat eiuſmodi compenſatio & prætereà, vt adſit circunſtantiæ, quas ad compenſationem e alibi requiri diximus. Circa hæc autem. *Septima cauſa Recompenſatio quam ſit ſimpliciter*

f Ledeſm. Carb. tra. de reſt. q. 85. dub. 2.

Dubitatur primo, an ſtante ex vna parte debito ex mutuo verbi gratia, aut alio contractu licito, & ex altera ſtante promiſſione iuramento firmata ſoluendi totidem poſſim vbi compenſatione, & non ſoluere.

Reſpondeo f inſpiciendam eſſe iurantis intentionem, an iurando intenderit cedere iure compenſationis vel ne, &c. *Intentio iurantis inſpicienda.*

Dubi-

Dubitatur ſecundo. An compenſari poſſint debita iuſtitiæ cum beneficijs gratuitis.

Reſpondeo negatiuè, *a* ratio quia qui gratis dat non intendens per illud ſoluere debitum, transfert rei dominium tittulo donationis ac proindè non manet liber ab antiqua obligatione iuſtitiæ.

Per gratuita beneficia non compenſantur debita iuſtitia. Octaua cauſa.

Addunt tamen *b* Doctores quod ſi quis quando dedit, oblitus erat debiti ex uoluntate interpretatiua iudicari poteſt quod uoluerit reſtituere, quæ doctrina fortè non eſt recipienda.

3 Illud *c* quidem certiſſimum eſt fieri poſſe compenſationem quando a debitore aliquid, procuratur pro creditore, ad quod obtinendum iuxtà ſolitum aliquid ipſe creditor expendiſſet quãuis debitor gratis ex aliqua cauſa ut potè beneuolentia aut affinitate obtinuerit, præſertim accedente prauio pacto quo creditor exſpenſas fieri conſuetas ſoluere eſt pollicitus.

d Ratio quia & ſi ipſe, gratis acceperit, adhuc remanet obligatus, &c.

Religoinis ingreſſus. Sxiſti V. Bulla.

Octaua cauſa debitorem a reſtitutione excuſans eſt religionis ingreſſus, & quidem in hac materia olim plures inter *e* Doctores agitabatur difficultas, ut v. g. an ſatis eſſet bonis cedere, an foret neceſſarium poſt editam profeſſionem regredi ad ſatisfaciendum creditoribus.

Nunc tamen ex Bulla Xiſti V. declaratum eſt tam habitus ſuſceptionem, quàm profeſſionem ſecutam eſſe inualidam in ijs qui in ſeculo ære alieno grauati erant.

a Arag. 2. 2. q. 62. a. 8. cauſa 4. Rodrig. p. 2. Sum. c. 47. conclu. 2.

b Qui ſupra.

c Lopez. p. 1. inſtruc. c. 130.

d Habes apud. Say. a. n. 13. & deinceps.

e Quæ incipit cum de omnibus uide Hier. Sorbum in annot. ad cõpend. priuil. fratrũ min.

DE

De aliis cauſis quæ uel ex parte creditoris vel ipſius rei interitu, vel ratione publicæ autoritatis à reſtitutione excuſare poßunt. Cap. VIII.

a S. Tho. 2.2 q. 62. a. 6. ad 3. & alii n. 1

b statutũ de reſcr. in 6.

c c. exigit & c. felicis de cenſibus in 6.

Ex parte creditoris prima cā ab ſoluens a vinculo reſtitutionis eſt Voluntaria eiuſdem remiſſio.

INter cauſas, quæ ex parte creditoris a vinculo reſtitutionis abſoluunt.

Prima eſt libera, & ſpontanea eiuſdē remiſſio, cum *a* enim vnuſquiſque ſit ſuorum bonorum dominus, vtique per hanc transfert dominium debiti in debitorem, manetque dominus tutus in conſcientia, cum nihil iam inuito domino retineat.

Prima conditio vt remiſſio facta a creditore ſit efficax, ut fiat ab habente poteſtatem.

Ad efficaciam autem, & ualiditatem eiuſmodi remiſſionis debent nonnulla concurrere.

d in clem. Nolentes de hæret.

Primo, vt fiat ab habente poteſtatem remittendi, & condonandi qua carent filij familias, pupilli, inſani, miniſtri Principum, ut exactores gabellarum, &c.

Vis. & Metus. Ignorantia Fraus, & dolus.

Secundo ut perſona quę remittit ſit libera, ratio quia fundamentum donationis eſt libertas, unde debent abeſſe quæ tollunt uolũtariũ, cuiuſmodi ſunt uis, metus, ignorantia fraus, & dolus.

e Gloſ. in reg. 4. reg. peccatum V. reſtituitur, & ibi Anch. & Ferancus de reg. iu. i 6. & Frederi. cōſ. 11. & 118. & Calde. conſ. 1. & alii nu. 9.

f Caie. 2. 2. q. 62. a. 6. & in Sũma v. reſt. c. 7. Nau. Sot.

Tertio, ut talis remiſſio non ſit ipſo iure prohibita cuiuſmmodi eſt primo reſpectu Iudicum, *b* qui titulo exercendi iuſtitiam aliquid accipiunt præter eſculenta, & poculenta, quæ paucis diebus conſumi poſsunt.

Non requiritur praſẽtia pecuniæ ad liberã validam remiſſionẽ a creditore.

Secundo reſpectu Viſitatorum *c* qui munera pręter taxatas expenſas recipiunt tempore uiſitationis, aut in itinere.

Tertio reſpectu Inquiſitorũ qui modis illicitis aliquid extorquēt

Dubium ſolum eſt. An oporteat petentem remiſſionem offerre pecuniam creditori, & animum habere paratum ſoluendi, ut remiſſio dicatur liberè facta.

Reſpondeo negatiuè, *d* & animus ſoluendi tantum requiritur in caſu quo creditor remittere nolit.

Probatur nam reſtitutionis obligatio, ſolum pēdet ex eo quod retinetur res aliena inuito domino ergo, eo condonante ceſsabit, eſto actu non offeratur res ipſa, imò conſulunt *e* alioquin tutius eſse ubi debitor pauper eſt, & creditor diues remiſſionem impetrare, aut per interpoſitam perſonam, aut certe non præſente pecunia, quæ ſic allicit oculos ut potius impediat quam iuuet remiſſionem.

Con-

Soluitur ratio Gerardi Senenſis, & Dyni. Contrarium docuerunt Gerad. Senen. a & Dyni, Probant quia res per quas cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur, ſed obligatio reſtituendi naſcitur ex actuali rei alienæ acceptione ergo ſine actuali reſtitutione eiuſdem nunquam tolletur.

a In Reg. peccatum

Reſpondeo ad minorem naſci obligationem reſtituendi ex acceptione rei alienæ inuito domino, at quia hic poteſt non amplius eſſe inuitus per remiſſionem etiam non præſentialiter oblata pecunia ergo eiuſmodi actualis præſentia non requiritur.

b S. Thō. 2.2.q. 62. ar.5 ad 1. caie. Ban. Salon Arag. ibi. & aliij n. 10.

Secunda cauſa excuſans b ex parte creditoris eſt damnũ ſpirituale ſeu corporale ipſius creditoris ſi tali tempore aut loco fiat reſtitutio c vnde S. Ambroſius aiebat interdum non eſſe officium *S. Ambroſius.* reddere, quod acceperis, vt ſiquis contra patriam opem barbaris ferens pecuniam apertus hoſtis repoſcat, &c. Ex quibus elicitur ampliari hanc cauſam, etiam cum reſtitutio in publicum vergit detrimentum, ſed de huiuſmodi cauſa ſupra abunde tractatum eſt.

c li. 1. offic. ca. vlt.

Tertia cauſa. Excõicatio nominatim creditoris. Tertia cauſa eſt communicatio facta nominatim ipſius creditoris, non autem debitoris, alioquin ex cenſura commodum reportaretur.

d Gl. in c. abſolutos in verbo pacto de hæt. Panorm. in c. Veritatis nu. 39. de dolo & contumatia, & aliij nu. 13. § ſecunda eſt.

Porrò, vt authores, qui in hac materia videntur contrarij inuicem concilienter diſtinguendum eſt, nam vel debitum habuit originem ex verbis, putà ex ſtipulatione, promiſſione, aut iuramento & tũc tale debitum per creditoris d excommunicationem ſuſpenditur, cum verba promiſſoria etjam iuramento firmata interpretationem admittant, is enim qui iurauit vel talem non habuit intentionem, vel ſi habuit, incautum fuit iuramentum, & minimè obli*Ius humanũ cedit iuri naturali, & diuino.* gatorium iure humano talem intentionem prohibente, e ſi verò contractum eſt debitum ex re ipſa putà ex furto, mutuo &c. non ceſſat per excommunicationem creditoris obligatio reſtituendi, ratio quia communicare cum excommunicato tantum iure humano eſt prohibitum, præceptum autem reſtituendi in hoc caſu cum non ex voluntate ipſius debitoris, ſed ex iure naturali, & diuino oriatur, meritò præponderabit. Ita à ſimili per excõicationẽ non excuſatur quis à reddendo debito coniugali, nec tollitur debitum filiale erga patrem ob eandem rationem.

e Io. Maior. 4. d. 18. q. 4. Sylu. Frãcus Valent con. & alij nu. 13. §. prima eſt.

Tertia cauſa. Res interitus. Tertia cauſa f excuſans à reſtitutione eſt ipſius rei reſtituendæ interitus, circa quam g Dicendum primo, eum qui debitor eſt in genere non liberari ſpeciei peremptione, etiam ſi nulla eius culpa intercedat, ratio quia debitoris obligatio eſt immediate in perſona, mediatè autem & indirectè in re. h Excipitur tamen cum res *Debitor rei in genere non liberatur a reſtituendo ſpeciei peremptione. Exceptio.* tempore oportuno creditori offertur, & eo nolente recipere obſignata apud fidelem cuſtodem deponitur ſi enim deinde pereat, debitor manet à reſtitutione immunis, ratio quia purgauit moram rem offerendo tempore oportuno, tum quia ex quo res obſignata eſt, certa, & determinata euaſit, factaque eſt tanquam res creditoris, obſignatio enim debite facta locum habet ſolutionis, atque adeo apud alium depoſita manet tam ad periculum, quam ad vtilitatem creditoris, ſibique imputatur ſi poſtea pereat.

f Palud. 4. d. 15. q. 2. a. 1. cõcl. 5. et alij n. 13.

g l. Incendium C. ſi cert. pet.

h Sylu. Verit. 3. q. 5.

Et

Et idem docet Petr. Nau. quando ipſemet debitor agens vicem depoſitarij fideliter reſeruet, & ſtipendium ob eam cuſtodiam non recipiat.

Quando dicatur opportunè offerri reſtitutio.

Vt autem opportunè dicatur offerri, inſpiciendum eſt, an terminus reſtitutionis appoſitus ſit in fauorem debitoris, tunc enim præueniri poteſt tempus, ſecus ſi in fauorem creditoris, quando *a* vero terminus non eſt præſcriptus, quocunque tempore debitor rem offerat ſi creditor occupare nolit, & res pereat illi peribit, non debitori.

a 4. de reſtit. ca. 1. dub. 3. nu. 53.

Poſſet *b* autem creditor rem antè terminum repetere. Primo ſi creditor vergat ad inopiam *c*. Secundo ſi debitor fugam moliatur. Tertio ſi eſſet ſuſpectus, *d* & tunc cogi poſſet ad præſtandam cautionem.

b Ang. V. ſolutio §. 25.

c Silu. V. ſolutio q. 6.

Caſus in quibus præueniri pōt tēpus repetend. debitum.

Ex hac concluſione *e* elicitur quod in caſu quo quis ex grege mille ouium emit centum indeterminatè, & poſteà grex vniuerſus perit illæ centum etiam peribunt emptori, ſiue pretium fuerit ante ſolutum, ſiue tantum præſtita fides de eo ſoluendo, ratio quia per emptionem iam erat tranſlatum dominium ex illo grege millium in emptorem, licet indeterminate, ſiue per indiuiſum, res autem domino ſuo perit.

d ff. de his quæ fiunt in fraud. creditoris.

e L. ſi fide iuſſor §. ſi ff. quod ſatis dare cogatur.

Animalia ex grege indeterminate empta grege pereunte pereunt emptori.

Nec obſtat regula illa, quod periculum ſtat apud venditorem ratione incertitudinis rei venditæ, hoc enim procedit quando venditur incertum de incertis, v.g. Equus de illo vel illo grege vinum ex hoc, vel illo dolio, non autem quando incertum de certo, vt in caſu propoſito.

Periculum ſtat apud venditorem quādo venditur incertum de incerto, non autem quando incertum de certo.

Dicendum ſecundo. Quando res debita eadem numero ſeù vt loquuntur Iuriſperiti eadem in ſpecie reſtituenda eſt, vt in pignore, locato commodato, &c. depoſito, excuſatur debitor à reſtitutione ex ipſius ſpeciei pereptione, modò abſit dolus, fraus, culpa, & mora, aut ſaltem moram purgauerit offerendo eum creditori tempore ſuo, *f* aut niſi rem ſibi retinuerit ratione expenſarum, quas bona fide circà rem fecit.

Quando res debita eadem numero reſtituenda eſt excuſatur debitor ex eius pereptione, modo abſit culpa.

f Lop. p. 1. inſtr. cōſ. c. 129. Palud. Sylu. Per. Nau.

Dubitari tamen hic ſolet an ſi res erat etiam eodem modo apud dominum peritura poſt moram ſicut perijt in manu debitoris, remaneat reſtitutionis obligatio.

g Nau. c. 17. n. 80.

Reſpondeo negatiuè *g* ſiuè debitum ſit ex delicto, ſiuè ex contractu, Ratio quia in tali caſu nullum damnum illatum eſt creditori quòd ipſe alias non fuiſſet paſſurus, nec minus habet in ſuis bonis per non ſolutionem debitoris, quam alioqui fuiſset habiturus ſi res antè interitum fuiſset reddita.

h Io Med. C. de reſt. q. 3. cā 6. & q 6. concl. 6. Nau. & alii nu. 18. §. Alii tamen.

Contrarium docet *h* Palud. ex eo quod debitor fuit in mora.

Reſpondeo moram non obſtare cùm nullos fructus tempore intermedio fuiſſet percepturus creditor ob rei interitum, ſecus autem eſset ſi dominus rem illam non fuiſſet ſeruaturus vſque ad illud tempus quo poterat interire, aut interim aliquam vtilitatem fuiſset percepturus, tunc enim tanquam moroſus debitor teneretur proportionaliter, aut ad rem integrè reſtituendam, aut ad intereſse, &c.

i 4 diſt. 25. q. 2. a. 1. conc 5.

Soluitur ratio Palud.

Quar-

Quarta cauſa. Publica poteſtas quæ contingit tripliciter. Primo lege. Lex ciuilis vt tutos faciat in conſcientia debet eſſe non dum permiſſiua ſed conceſſiua.

Quarta Cauſa à reſtitutione excuſans eſt publica poteſtas, quæ tripliciter contingit.

Primo lege aliqua, *a* & hic modus non ſemper facit tutos in conſcientia, nam ſecundum ius *b* ciuile qui citrà dimidium iuſti pretij defraudat emptorem in foro exteriori non poteſt moleſtari, & rurſus ſecundum hoc idem ius præſcriptio mala fide incepta eſt valida, cum tamen neutrum horum in foro conſcientiæ locum habeat, & ratio huius diſparitatis eſt, quia iuri ciuili ſatis eſt, præcauere maiora mala, cum tamen ius pontificium intendat immunes nos ſeruare ab iniquitate.

2 Iudicis ſententia. Tertio diſpenſatione aut compoſitione in qua.

Ad dignoſcendum, autem quando lex ciuilis, reddat etiam tutos in conſcientia, debemus inſpicere an ſit tantum permiſſiua, an etiam conceſſiua, primum enim non eſt ſatis ſed requiritur etiam hoc poſterius vt alibi dictum eſt.

1 Adſit cauſa neceſſaria & vrgens ſi debitum ſit certum, & de iure naturæ vim habens.

d Secundo publica poteſtas, contingit per iudicialem ſententiam, & quia hæc innititur allegatis, & probatis, cum veritas eſt in contrarium, non eſt ſtandum ſententiæ ſed veritati, & hoc in conſcientia, quare ſi is, pro quo iudicatum eſt, certo nouit ex falſis teſtium, & ſcripturarum proditionibus ſententiam eſſe latam, tenetur ſatisfacere condemnato etiam, ſi is ob impotentiam aut ignorantiam &c. non appellauerit, nam quamuis ſic amittat ius ſuum in foro contentioſo, non tamen in foro conſcientiæ.

2 Incertitudo creditoris promouet compoſitionem.

e Tertio diſpenſatione aut compoſitione circa quam.

3 Hæc cum ſpectet ad ſummum Pontificem præſertim exercenda eſt cum Eccleſiaſticis.

f Dicendum primo, quando debita ſunt certa, & ipſo iure naturali vim habentia, vt ex mutuo emptione, &c. non poteſt concilium generale, Ciuitas, Rex, aut Summus Pontifex contra domini voluntatem illa remittere, niſi adſit cauſa rationabilis, Debet autem eſſe cauſa vrgens, vel publicam vtilitatem concernens aut ob culpam creditoris, aliàs facit contra iuſtitiam cum nemo inſons ſuo iure priuandus ſit.

Imò etiam ſi debitum eſſet tantum de iure ciuili qualis eſt falcidia, & reſtitutio in integrum debet adeſſe cauſa neceſſaria licet minus vrgens quam in debito de iure naturæ, & hoc ne potius ſit diſſipatio quàm diſpenſatio legis.

Dicendum ſecundo cum bona ſunt incerta id eſt, incogniti creditoris ſiuè ſint per contractum licitum, ſiuè illicitum acquiſita poteſt in illis fieri compoſitio, & quidem à ſolo Papa, ratio quia ipſe ſolus eſt diſpenſator bonorum, quæ in pios vſus inſumi debent bona autem incerta ſunt ex ijs quæ in pios, vſus diſpenſari debent, quarè ipſe ſolus per bullam compoſitionis hoc poteſt facere de quo ſuprà.

g Dicendum tertio, huiuſmodi compoſitionem præſertim poſſe exercere ſummum Pontificem cum Eccleſiaſticis, aut quia fructus ex beneficijs perceptos malè expenderunt, aut quia non fecerunt reſidentiam, aut quia diuinum officium non recitarunt & cæt.

a Valẽ. to. 3. diſpu. 5. q. 6. punc. 7 Io. Me. Angles &c.
b contra præſcript. mala fide eſt, c. fi. de præſcript. & reg. 1. regu. poſſ. ſſor de reg. iur. in 6.
c Sot. 4. iu. q. 4. ar. 5. & alij nu 20.
d Authores apud Sayrũ. nu. 21.
e Syl. V. reſtitutio 7. q. 2. verſi. quintum.
f Bannes. 2. 2. q. 62. ar. 5. dub. 8.

De modo reſtitutionis. Cap. IX.

Communis *a* eſt omnium ſententia eo modo faciendam eſſe reſtitutioné quē cauſa cur debeatur poſtulat, & quidē ſi delictum, ob quod facienda eſt reſtitutio ſit publicum vt v.g. publica vſura, publicè etiam facienda eſt reſtitutio vt aliorum tollatur offenſio, *b* ſi tamen de facto quis ſecreto reſtituit, nō eſt neceſſarium iterum publicè reſtituere, ſed aliter ſcandalo occurrere, ratio quia reſtitutio tantum ex lege charitatis, non aũt iuſtitiæ in caſu publici ſcandali publice fieri debet, quare cum aliter ſcandalo ſatisfit, nulla alia obligatio remanebit.

c Rurſus non eſt neceſſario facienda reſtitutio per eundem met qui damnum intulit, vel rem abſtulit, ſed ſatis eſt ſi per tertiam perſonam fiat, & in hoc valet illa regula, *c* qui per alium facit p ſeipſum facere videtur, & hoc præſertim locum habet cum imminet famæ periculum, in quo caſu oportunum erit vti opera confeſſarii.

Sed quid Dicendum ſi res in manibus tertię perſonæ cui data ſit ad reſtituendum pereat, vel ab eo ſi applicetur.

d Reſpondeo primo, ſi tertia illa perſona ſit electa à creditore tunc quomodocunque ei non reſtituatur, ſibi imputetur qui talem internuntium elegit, unde conſimiliter dicendum me non teneri ad reſtitutionem equi ſi quis equum, accomodauit, accomodauit, & famulum, qui poſtea à me equum ſurripuit.

e Secundo etiam, res peribit domino, ſeu creditori, quando hic opinionem dedit, vt eam tranſmitteret, per quem uellet, & debitor elegit uirũ, qui aliàs probus, & fidelis habitus eſt, & concluſio procedit in utroque foro.

Tertio electio internuntij, facta ſolum debitoris authoritate, nunquam præiudicat creditori, ratio quia quãdiu in manu internuntii eſt, res, debitor retinet eius dominium, cuius ſignum eſt; quia ſemper poteſt reuocare, datam commiſſionem, ergo ſi pereat interim debitori peribit, *f* ſiue perſona electa, ſit confeſſarius, ſiuè quicunq; alius contra *g* Scotum, & *h* Gabriel.

i Quarto, ſi quod debet reſtitui ſolum ratione rei acceptæ, ut contingit in re inuenta, depoſita, conducta &c. conſignetur idem nuncto fideli internũtio, etiam propria authoritate, & electo, &

in-

a De hac materia authores tractantes habes apud Sayrũ in principio.
b Pet. Na. lib. 4. c. 5.
c reg qui per alium de reg. iu. in 6.
d Angles in flor. sē. p. 1. q. 2. de reſtit. a. 1. d ffic. 11. concl. 4. & alii.
e Salon. 2. 2. q. 62. ar. 5. contro. uerſ. 5
f Nau. ca. 17. nu. 67. Tole. lib. 5 c. 24.
g 4. d 15. q. 2. a. 4
h Ibidē q. 2. a 2
i Ledeſm. 2. 4. q. 18. a. 5. & alii a. 6.

Reſtitutio facienda eſt iuxta modum cauſa per quam [illegible].
Poteſt reſtitutio fieri per tertiam perſonam.
Infidelitas tertiæ perſonæ electæ a creditore illi imputatur.
Internuntius ex optione data a creditore electus & alias pro fidelis habitus facit ut res ipſi creditori pereat.
Electio internuntii facta authoritate debitoris obligat eundem ſi res interim non reſtituatur.

interim aut caſu fortuito, aut huius malitia pereat, debitor ad nihil amplius tenetur, ratio tum quia talis debitor, rem illam habet non in ſuum commodum, ſed creditoris, reiq; dominium perſenerat penes creditorem, ac proindè ſi perit, illi peribit, tum ét quia debitor fecit quod potuit, cum non teneretur per ſcriptum offerre, ſed ſatis fuerit elegiſſe internuntium reputatum fidelem Quinto, quando res, quę mittitur nō eſt eadē numero, ſed æquiualens, tunc ſiuè debita ſit ratione iuſtæ acceptionis, ſiue iniuſtæ & committatur nuntio fideli, & pereat, debitori perit, non creditori atque adeo in foro conſcientiæ adhuc ad eius reſtitutionē obligatur ratio, quia talis debitor rem in ſuam tantum vtilitatem accepit, eiuſq; dominium penes ipſum manet, quare tenetur rem illam integram & illæſam reſtituere, & conſequēter ipſi peribit iuxtà vulgarem regulam, vt *a* qui ſentit commodum, debeat ſentire & incommodum.

Qui ſentit commodum debet ſentire & incommodum.

a reg. 55. de reg. iu.

Dubitatur ſecundo. An ſi lata ſit excommunicatio ob quædā furta, incurrat illam Petrus, qui pœnitentia ductus abſolutionem petiit, cui dum abſolutionis beneficium negaretur niſi prius reſtitueret, vt famæ ſuæ conſuleret totam reſtitutionis ſummam confeſſori tradit vt pro eo ſolueret, confeſſor autem pecunia ſolutionis accepta, illam nunquam reſtituit.

Facienti quantum in ſe eſt non eſt deneganda abſolutio.

Dicendum primo, talis pœnitens ab excōicatione illa generaliter lata uere abſolutus pro eo tempore fuit, tum quia fecit quantum in ſe fuit, facienti autem quod in ſe eſt non eſt deneganda abſolutio, tum quia ſi pænitens fuiſſet impotens ad ſoluendum, adhuc data ſufficienti cautione pignoris, vel iuramenti abſolui potuit, & debuit ergo à fortiori ſoluendo effectiuè, & realiter tum quia cum excommunicatio generalis fuerit, etiam ſi lata ſit ab homine, quiuis tamen Confeſſarius ab ordinario approbatus, ab ea poteſt abſoluere, ſicut ab excommunicatione iuris non reſeruata.

Dicendum ſecundo, ſi talis pœnitens poſtquam ſciuit reſtitutionem non fuiſſe factam, propoſuit adhuc ſoluere quamprimum poſsit non eſt excommunicatus, ratio quia antequam veritatem nouit, vere fuit abſolutus vt dictum eſt, & poſtea non peccauit ergo, &c.

b Pet. Na. lib. 4. de reſt. ca. 5 dub. 1, nu. 19

b Dicendum tertio, ſi in caſu quo tenetur reſtituere, (qui colligendus eſt ex dubio præcedenti) denuo ſit rebellis faciens propoſitum non reſtituendi peccat mortaliter, & poteſt excommunicari, ſemel enim fuit legitime abſolutus, & abſolutio non fuit ad reincidentiam, & cæt.

Quo

Quo ordine reſtitutio Facienda ſit. Caput X.

Debita ſunt. Certa Incerta Semper aliena. Aliquãdo appropriata Bona fide et licite. Mala fide, & illicite. Actio creditorum ĩ debitores eſt, vel realis, vel perſonalis.

NOt. primo quod debita vel ſunt certa, quorum ſcilicet creditores ſciuntur vel incerta, & rurſus quędam ſemper fuerunt aliena quæ ſcilicet, nunquam in debitoris dominium tranſierunt, quædam aliquando eidem appropriata, quamuis obnoxia reſtitutioni remanerent, & demum quędam ſunt bona fide, & licitè contracta, quædam e contra.

Not. ſecundo Creditorum alij habent actionem realem in debitorem quia ſcilicet, huius bona ſunt illis aliquo modo hypothecata, alij perſonalem. His præaſſumptis.

Prima regula. Ordo in reſtitutione non eſt neceſſarius, cũ omnib. creditorib. ſatisfieri poteſt et pactum aliter non requitit.

Prima regula Cum debitori liquido conſtat habere ſe tot bona quibus omnibus creditoribus commode ſatisfaciat, neq. eſt tẽpus conſtitutum quo ex ijs vnius alteri pręferatur poteſt in reſtituendo ſeruare ordinem quem maluerit, ratio quia ſic nulli infert iniuriam.

2 Cum bona debitoris non ſunt ſatis ad ſatisfaciendum omnibus, ſeruatur ordo.

Secunda ſi bona debitoris, non ſuppetant ad ſatisfaciendum omnibus creditoribus, ſeruandus eſt ordo quem iuxta circuſtantias præſcribit ius naturæ aut municipale, aut commune, aut ſententia iudicis, aut prudentum iudicium.

3 Debita certa incertis praponẽda et ex eis dẽ ſatisfaciendo, modo iſta non extent eadem numero.

a Tertia. quando omnibus ſolui non poteſt, tunc debita certa incertis ſunt præponenda, ratio quia illa debentur iure naturæ, & ex iuſtitia, hæc iure poſitiuo, *b* niſi cum debitum incertum eſt, idem numerò v. g. calix, hic enim cum nunquam fuerit in dominio debitoris non eſt applicandus pro ſolutione certorum debitorum, ſed debet Chriſto reſtitui.

c Hinc colligitur, peccare eos qui habentes debita, & certa, & incerta procurant incertorum compoſitionem, vt de reliquo certis creditoribus tantum ſoluant, quantum poſſunt, cum teneãtur illis ſatisfacere ex incertis.

d Hinc etiam colligitur, quod prius ſoluenda ſunt, debita certa, quam legata certa ad pias cauſas, ratio quia illa ſunt de præcepto hæc de conſilio, & oblatio non eſt facienda ex alienis, quare ſi poſt ſatisfacta debita iuſtitiæ aliquid ſupererit, id in legatorum eiuſmodi adimpletionem inſumatur.

e Quarta regula inter debita certa illud primo, reſtituendum quod adhuc extat idem numero, cum eius dominium adhuc penes creditorem perſeueret vt ſunt cõmodatum, pignus, furtũ &c.

a Valen. to. 3. diſp. 5. q 6. puncto. 10.
b Pet. Na. lib. 4. de reſtit. ca. 6. nu. 5.
c Silu. V. reſtitu. 6. q. 5. caie. & alij nu. 5.
d S. Thom. opuſc. 73.
e Bal. in l. pro debito C. de bona. iud. auct poſſ.

5 Debita realia præferenda ſunt perſonalibus.

a Quinta Debita realia præferenda, ſunt perſonalibus, ſunt enim ſtrictius debita, quam ſint hęc, vnde habens vineam redditiam debet prius ſoluere cenſum cui debetur, & deinde quod ſupereſt in ſumere ad alia perſonalia debita perſoluenda, ratio, quia iuſtitia ſic expoſtulat vt ex tali re extante, & obligata per ſpecialem hypothecam prius creditori ſatisfiat, aliàs ei fierit iniuria.

Res empta & perſeuerans eadẽ. pretio nõ ſoluto primo manet obligata venditori.

Dubium autem eſt, an res empta pretio non ſoluto perſeuerãs in ſua forma, & ſpecie apud emptorem maneat primo, obligata venditoris, tum alij creditoribus.

b Reſpondeo affirmatiue, quia *c* licet dominium rei in emptorem translatum ſit, *d* ſemper tamen ex iure ciuili manet obligata ſolutioni quandiu in ſua forma, & ſpecie apud emptorem reperiatur, ita vt ſi emptor non ſit potens ſoluere quaſi reſcinditur contractus, & confirmatur quia in hoc caſu venditor duplex ius habet reale & perſonale.

Pretium et quicquid rei diſtractione habetur non manet primo obligatum ei qui rem vendiderat.

Sed quid ſi res vendita non maneat eadem, ſed res aliæ in eius loco ſubregentur ex illius prętio, an & hæ primo maneant realiter obligatæ primo venditori.

e Reſpondeo negatiuè, ratio quia neque pretium, neque habitum per permutationem, in ſingularibus actionibus in eius locum ſuccedit aut ſubrogatur.

Emens rem ex aliena pecunia proprio tamen nomine ſibi acquirit.

Quærenti verò, an res empta alterius, pecunnia maneat ſpecialiter obligata ei, qui pecuniam mutuauit.

f Reſpondeo attendendum eſſe, cuius nomine res ematur, nam eidem acquiritur.

Exceptio.

Excipitur tamen ſi pecunia ſit Eccleſiæ, *g* nam tunc quod emptum eſt, aut ipſo facto, aut poſt latam ſententiam, ſaltem tranſit in Eccleſiæ dominium.

Sexta reg. Seruanda ſunt ſtatuta municipalia.

h Sexta regula ſeruanda ſunt ſtatuta municipalia, & leges quibus ordo, ſatisfaciendi creditoribus determinatur, *i* modo non ſint contra ius naturæ, ac proinde modo non repugnent quatuor prioribus regulis, & etiam quintæ quoad primam eis partem.

Septima regula. Non extante iure municipali ſeruetur ius commune.

Septima regula, non extantibus eiuſmodi ſtatutis ſeruandum eſt, ius commune, *K* iuxta quod ij quibus bona fuerunt expreſsè obligata alij præferuntur, ſiue ratione impignorationis, ſiuè hypothecæ generalis, aut ſpecialis, ratio quia hi habent, realem actionem in bona. *l* Poſt hos veniunt, qui tacitam habent hypothecam.

Qui nã tacitam hypotecam habere dicãtur

Dicuntur autem, tacitam habere hypotecam.

1 Vxor pro dote. Et præfertur habẽtibus actiones perſonales,

Primo vxor pro dote, *m* bona namq. viri ſunt tacitè hypotecata pro dote vxoris, *n* ita vt ipſa præferatur, ne dum habentibus actiones perſonales, ſed etiam habentibus tacitas hypotecas anteriores.

Ex

a Io. Med. C. de reſt. q.2.dub.5 ver.3. Salon.& alij nu.8.
b Lopez. p.1.,iuſtr. conſil.ca. 110. & alij.
c l. tradit. C. de pactis.
d l. Iulianus, §. offerri ff. de act.empt. & vendit. & l. 2. ff. quib. cau. pigno.vel hypo. cõtrah.
e Barto.in l.labeo ff. de verbo. ſignifica. Silu. & alij n.10.
f gl.in ca. cũ tu.v.vẽdi de vſu. & collig. ex l. ſi ex ca C. de rei ven.& l.adprob. C. de probat.& l.quas ff. de furtis in fin.

g Pe.Na.q.de reſti.c.6.dub.1.n.16.poſt.gloſam in c.inquirendũ in v.comparauit de pecul.cleric.
h Caie.v.reſt.c.8.& alij n.12. *i* Valen.to.3.diſp.5.q.6.punc.10.
K l.pro debito C.de bonis ind.auth.poſſeſſis. *l* Na.c.17.n.50.ver.3.loco.
m l.Aſſiduis C.q potiores in pig.&c.ex literis de pigno. *n* Sil.v.re.6. q.5.

Excipiũtur tamẽ filij prioris uxoris, qui agentes pro dote materna præferuntur nouercæ, ratio quia concurrentibus pluribus idem priuilegium habentibus, *a* regulariter anteriori prius facienda, eſt reſtitutio.

b Rurſus, aliquando mulier, præfertur etiã habentibus expreſſas hypothecas quando ſcilicet, poſt dotis conſtitutionem, & collationem expreſſa hypotheca fuerit adhibita, ratio quia |poſtquã dos eſt conſtituta non potuit in eius præiudicium expreſſa hypotheca aſſignari *c* ſecus ſi hæc expreſſa hypotheca contingerit ante dotis conſtitutionem, ratio quia ius commune non poteſt præiudicare iuri naturæ nec alicui beneficium conferre cum alterius præiudicio.

Sed dubium eſſe poteſt. Primo an ſi maritus per publicam ſchedulam debitorem ſe fecit ob dotem, cum tamẽ adhuc ſibi dos numerata non fuerit, talis dos in ſolutione eius præferenda ſit habentibus expreſſas hypothecas poſteriores.

d Reſpondeo affirmatiuè, modo vir poſtea recuperauerit, ratio concluſionis eſt, quia iam ante has poſteriores expreſſas hypothecas, ſed dotis debitorem fecit, & dotis ſolutio ex eius conſenſu dilata eſt.

Secundo dubitari poteſt, an etiam bona paraphernalia tacitè hypothecata ſint.

e Reſpondeo ſi maritus horum admniſtrationem habet vtique pro hi s ſua bona ſunt h ipothecata uxori, ſi ſecus nequaquam, & ita conciliantur doctorum, ſententiæ quæ inter ſe uidentur repugnantes.

f Cæterum bona iſta paraphernalia, uxoris non habent idem priuilegium prælationis, quod habet eius dos, ſed ſolum ius tacitæ hypothecæ & pignoris.

g Secundum locum tacitæ, hypothecę habent bona illius, qui cum fiſco contraxit, unde eo ipſo manent fiſco hypothecata.

h Porrò in iſtis, duabus obligationibus attendenda eſt prioritas, quæ nam ſcilicet earum ſit prior, imo ſi contradixerit mulier expreſsè, vel non conſenſerit expreſse, mariti bona non manebũt obligata fiſco, ſi uero prius quam mulier nubat, mariti bona erũt fiſco hypothæcata fiſcus præferetur, in dubio autem perfertur mulier.

Præter hæc ſecunda, priuilegiata ſunt & alia bona, quæ dicuntur tacitè hypothecata, ut bona prælati, *i* Eccleſia enim pro mala eius admniſtratione poteſt agere, contra tertium poſſeſſorem, ſicut agit mulier pro dote.

K Item domus uel nauis conſtructa, uel reparata, uel cuſtodita per pecuniam ad hoc mutuatam, eo ipſo manet pro tali pecunia hypothecata, *l* imo talis mutuans circa rem illam pręfertur

L 2 in

Right margin notes:

& tacitas hypothecas anteriores exceptis filijs prioris uxoris agentibus pro dote materna nec non habentibus expreſſas hypothecas ſi poſt dotis collationẽ adhibita ſint vo uxor pro dote præfertur habentibus poſteriores hypothecas expreſſas ſatis eſt.

Etiam bona paraphernalia uxoris habent hypothecam in bonis uiri ſi hic eorum gerat adminiſtrationẽ.

2 Fiſci pro ſuis contractib

Attendenda eſt inter fiſcum & mulierẽ cauſa dotis prioritas utriuſque.

In dubiis præfertur mulier.

Bona prælati ſunt hypothecata eccleſiæ pro eius mala adminiſtratione.

Left margin notes:

a reg. 44. reg. prior. in tempore de reg. iur. in 6.
b Couar. li. 2. varia. reſol. c. 7. n. 1. cõcl. 44.
c Silu. V. Dos q. 12. verſ. 3.
d Hugo de Celſo in ſuo repertorio, & Lopez. p. 1 iſtruc conſc ca. 110.
e Panor. in c. ex literis nu. 10, de pignor.
f Pe. Nau. 4. reſti. ca. 6. dub. 1. nu. 23.
g l. 2. c in quib. cauſis pigno. vel hypo. tacite contrahatur, & l. quamuis de priuil. Fiſci.
h Arg. 2. 2. q. 62. a. 8. conclu. 4.
i glo. in c. ex literis v. obligata de pingnor. Panorm. ibi. num. 11.
K l. 2. ff. qui potior in pignor. Authen. de Collatione dotis, §. his conſequens. collat. 3.
l Naua. cap. 17. num, 52.

in dote mulieribus, ratio quia *a* lex, nec vult, nec poteſt tollere quo per pactum creditores acquirunt. Hoc verò procedit modo eiuſmodi pecunia mutuata fuerit antè dotis aſſignationem, vt colligitur ex Iuſtiniani *b* conſtitutione.

Legi non tollitur quod, facto contrahendum conſtat.

Septima regula.

In debitis eiuſdem rationis prioritas eſt attendenda.

Septima *c* regula. Inter debita realia, & perſonalia hypothecata quæ inter ſunt eiuſdem rationis prius antiquiora ſoluenda ſunt hæc autem prioritas attendenda eſt ex tempore quo contractus, uel hypotheca facta fuit, non autem ex tempore ſolutioni deſtinato.

Octaua.

Nona.

Octaua. *d* Poſt creditores tacitè hypothecam habentes ſuccedunt depoſitarij, hoc eſt deponentes, & commodantes quando res non extat, aut non eſt reddenda eodem num. ſed ſpecie, idemq; dicendum de habente pecuniam in negotiatione, quan do illa iam non extat, aut mixta extaret.

Nona. Poſt Depoſitarios ſuccedunt habentes actiones perſonales inter quos ſunt, qui habent priuilegium perſonale, quo præferuntur alijs omnibus habentibus actiones perſonales, non reales *e* cum enim priuilegium hypothecæ ſit ad rem potiorem perſonali, ideo, *f* vltimum locum tenent qui habent tantum actionem perſonalem, & dicuntur creditores chirographarij. Pro clariori aut ſupradictorum notitia.

Decima.

Creditores habentes tantum actionem perſonalem omnibus poſtponuntur.

Dubitatur primo. An cùm debita totam hæreditatem exhauriunt, poſſint, ex ea deduci funerales. expenſæ.

Dicendum primo ſi debita in ſpecie extent, utique ex ijs non poſſunt deduci expenſæ funeris, ratio quia nemo debet honorari ex alieno, niſi fortè cum verè aliunde humari defunctus non poſſet, & expenſæ eſſent moderatæ, tunc enim tanquam in graui, uel extrema neceſſitate conſtituto, hæ poterunt illi adiudicari, eſt enim corpus pars hominis ſubſtantialis.

Dicendum ſecundo, *g* ſiuè bona defuncti ſint tacitè, aut expreſſe hypotheca ſemper ex eis deduci poſſunt moderatæ, & neceſſariæ expenſę ad ſepulturam, ratio quia licet obligata ſint creditorbus huiuſmodi bona, non tamen ſunt aliena, ſed propria defuncti, & ideò eſſent irrationabiliter inuiti ex eo, quod defunctus ſepeliatur, &c. & idem dicendum eſt de omnibus alijs expenſis factis cauſa hæreditatis, aut cauſa teſtamenti, inuentarij, cauſa adeundæ hæreditatis ſemper enim debent deduci.

Dubitatur ſecundo. Quo ordine teneatur hæres *h* debita ſoluere.

Reſpondeo eo quo defunctus ipſe debebat ſoluere.

Dubitatur tertio. An debita per hæredem contracta ſolui prius debeant quam legata per teſtatorem.

Prius ſoluenda ſunt debita ab hærede contracta quam legata teſtatoris.

Reſpondeo *i* prius ſoluenda eſſe debita ab hęrede contracta, nedum quę intuitu hæreditatis, adeundæ, ſepeliendi teſtatoris facta ſunt, ſed generaliter omnia, ratio quia talia debita ſunt ex iuſtitia reſtitutioni obnoxia legata vero tatum ex conſilio, at precepta conſilijs præponi debent.

Contrarium docuerunt K Angelus *l* & Syluester, *m* Probant quia

a Auth. de collat. dotis §. his cōſequēs eſt.
b Ex regu. 44. de reg. iur. in 6.
c S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 7 §. 3.
d Ang. V. reſtitutio 2. §. 16.
e L. Repertum ff. de pactis.
f Tabiena V. reſtitutio.
g Palud. 4 d. 15. q. 2. a. 5. V. Hæres aūt. & alij n. 23.
h S. Th. opuſc. 73. de vſuris c. 18. &c.
i per Nau. 4. reſt. c. 6. dub. 10. n. 50.
k V. reſtitutio 2. §. 17.
l V. reſt. 6. q. 6.
m L. 1. C. comun. de legat.

quia bona defuncti ſunt tacitè hypothecata pro legatis, & fidei commiſſis.

Reſpondeo ſi hæc ratio quidquam ualeret, probaret etiam debita à defuncto contracta poſtponenda eſſe legatis, nam ſi defuncti bona ſunt pro legatis hypothecata, ergo antè omne debitum perſonale etiam antiquiſſimum eſſent ſoluenda, quod neque iſti authores, docent, quare ad antecedens reſpondetur eſſe quidem hypothecata, ſed poſt debita.

Soluitur rā in contrariū Angel. & Silu.

Quinimo ipſe Syluester eſt, in hac re ſibi contrarius cùm neget *a* alibi poſſe ſine peccato præponi ab hærede legatarios creditoribus.

a Verbo Herc. ditàs 3.q. 9.

Dubitatur Quarto. An cum plures ſunt creditores, & hæreditas non ſufficit licitum ſit uni etiam priori in tempore, aut in priuilegio totũ ſoluere an verò ſit omnibus pro ratá ſatisfaciendũ. In hac Difficultate primo certum eſt quod ſi creditor habet dominium in rem iuxta ea quæ dicta ſunt in quarta regula illi prius ex integro eſt ſatisfaciendum, ius enim naturæ exigit, vt res extans proprio domino ex integro reſtituatur.

Syluester ſibi contrarius.

b Bal in l. pro debito. C. de bon. Iud. auth. poſſeſſ.

Secundo certum eſt habentibus hypotecas ſiuè tacitas, ſiuè expreſſas primo ex integro ſatisfaciendum eſt, quam ijs qui habent tantum actionem perſonalem etiamſi iſti ſint priores in tempore, ratio quia illis datæ ſunt res in aſſecurationem, & ius. Idemque dicendum de habentibus priuilegia, ſunt enim iti præponendi vt eis ex integro ſatisfiat cum hoc iuris beneficio ob commune bonum ſit conſtitutum.

c S. Ant. p. 2. tit 2. c 7 §. 3. Ang. V. reſtitutio. 1 § 16. Silu. V. Reſtitutio 6. q 1. verſi. Poſt hos Tabiena Ang. Bannès Nau. Pitiliarc., &c.

Nec obſtat regula quod prior in tempore ſit potior in iure, hæc *b* enim intelligitur ceteris paribus ita, ut una hipotheca realis prior alteri hypothecæ reali poſteriori ſit præferenda, & ſimiliter vnus priuilegiatus prior in tempore, &c.

Controuerſum tantum eſt an ybi concurrunt plura debitá perſonalia eiuſdem rationis, & æqualitatis ſolo numero differentia, vt plura furta, plures vſuræ, habenda ſit ratio prioris debiti, illudque ex integro cum aliorum præiudicio poſſit ſatisfieri. *c* Et quidem communior ſententia eſt in hoc caſu licitum eſſe cuiuſuis creditorum facere deteriorem cauſa eorundem creditorum; & non in ſolidum, ſed pro rata illius ſatisfacere, nulla habita ratione prioritatis.

d Arag. 2. 2 q. 62. a. 8. concl 6. Bañes ib. docum. 4. Petr. Nau. 4. de reſt. c. 6 dub. 8. Silu. V. reſtitutio 6. q 5.

Dubitatur quinto Quænam debita perſonalia prius ſoluenda ſint, quæ contracta ſunt licitè, an quæ illicitè, & intelligitur quæſtio quando res reſtituenda non extat in ſpecie.

Reſpondeo *d* nullum ordinem in illis ſeruandum eſſe, ſed eſſe pro rata ſatisfacienda, ratio quia nullo iure contrarium ſtatuitur, imo per hæc habetur inter debita perſonalia nullam habendam eſſe temporis rationem, ſed dijudicanda eſſe bona creditoris pro rata inter debitores; *e* nihilq; diſtinguunt inter debita licitè, uel illicitè contracta, quarè nec nos debemus diſtinguere. Et Confirmatur quia in foro Iudiciali inter debita perſonalia quomodocunque illa contracta ſint nec datur iſta prælatio.

e vide Na. c. 15 n. 25. verſ. 6. Lopez & Ara. 1as n. 31.

Contrarium primo docuerunt *a* Caiet. & alij volentes primo ex integro ſatisfaciendum eſſe debitis licitè contractis, limitant vero primo, modo ne res illicite acquiſita, & reſtitutioni obnoxia in ſpecie extet, vt verbi gratia pignus vſuræ.

a In ſumma 5. reſt. c. 8 & alii apud Say. nu. 28. §. prima ſententia.

Secundo modo, ex illo contractu licito quod non ſit factus pauperior, vt contigere poteſt donando, dotando, legando, &c. tunc enim prius eſſent ſoluendæ vſuræ, irrationabile quippe videtur eſſe vt tales cõtractus vim habeant in damnũ creditorũ præexiſtentium vſurarum, cum debitor ſpõte per eos fiat impotens, &c.

Probat Caiet. ſuam ſententiam, quia niſi primo reddantur debita ex licito contractu, eo ipſo incipiunt detineri aliena inuito domino.

Soluitur ratio contrarium. Caiet.

Reſpondeo aſſumi *b* falſum, nam quæ per licitos contractus accepta ſunt v. g. pecunia mutuo accepta, vel pro mercibus non ſunt amplius aliena, ſed bona propria debitoris, ac proinde expendenda pro ſatisfactione obligationis perſonalis quam ipſe habet ſecundum proportionem ad ea debita, quibus obligatur.

b Io. Med. c. de reſt. q. 3. dub. 5. condu. 4 & corol. fin.

Probat Idem *c* Nau. Nemo dubitauit quin reſtituendum ſit quod mutuo, alioue licito contractu debetur, cum tamen plerique dubitarint an vſuræ ſint reſtituendæ, ergo ſignum eſt ſaltem ſolutionem debiti liciti pręponendam.

c in Man c. 17. n. 52.

Soluitur ratio Na.

Reſpondeo, quod hæc inepta aliquorum dubitatio de obligatione reſtitutionis vſurarum non impedit quo minus iure naturæ quis teneatur talia debita reſtituere, ſicut & alia, de quibus nunquam dubitatum eſt, Ad rationem quippe debiti planè per accidens eſt, quod de illo dubium habuerit, vel non.

Probat idem *d* Angles, nam mutuatarius ex pecunia ſibi mutuata aliquod commodum reportauit, quod non contingit alijs creditoribus.

d 4. ſent. q. 2 de reſtit. a. 3. dub 1. cõcl. 1.

Soluitur ratio Angles.

Reſpondeo hoc eſſe omninò extrinſecum quod huic, & non alijs maius obuenerit commodum, immo, & contrarium poſſe alquando contingere.

Contrarium ſecundo docuerunt *e* Io. Med. & alii volentes primo ſoluenda eſſe debita illicitè contracta.

e loco cit. Salon. Bines Ang. S. Th. &c.

Probant, quia ſic tollitur iniuria facta Deo, & proximo, cum ſic in ſolutione debitorum quę licitè ſunt contracta nulla eiuſmodi iniuria reparetur.

Soluitur ratio Io. Med. & aliorum.

Reſpondeo quod reſtitutio non tam attendit iuriam in modo accipiendi quam inæqualitatem in rebus acceptis.

Dubitatur ſexto. An inter debita ex delicto contracta illa prius ſint ſatisfacienda quæ cum maiori iniuria contigerunt.

Reſpondeo in hoc certam regulam dari non poſſe, ſed ſtandum arbitrio prudentum iuxtà perſonarum, temporum locorumque circunſtantias præſertim cum nullo iure conſtitutum ſit vt vnum ex eiuſmodi debitis alteri præferatur.

Contrarium *f* docuerunt Rodriquez, & alii volentes illa prius eſſe reſtituenda quæ cum maiori iniuria ſunt contracta, quia vbi maior iniuria ibi eſt & maior obligatio.

f p. 1. ſummæ c. 46. & alii nu. 33.

Re-

Reſpondeo in reſtitutione non tam attendendam iniuriam in modo accipiendi quam inęqualitatem in rebus acceptis, vt ſuperiori dub. dictum eſt.

Soluitur ratio Rodiguez & aliorum.

Dubitatur ſeptimo. An obligatio onerosa gratuitæ ſit præferenda etiam ſi tempore ſit poſterior.

a Caiet. v. reſt. ca. 8. & alij nu 34.

Debita ex contractu oneroſo præponenda ijs quæ ex gratuito.

Reſpódeo *a* affirmatiuè, ratio quia quæ ex iuſtitia debẽtur, prę ferenda ſunt iis quæ debentur ex conſilio, ſemperque maior obligatio inuenietur in contractu oneroſo, quam gratuito, &c.

Dubitatur octauo. An cum debitor ſua ſponte prædictum ordinem in reſtituendo non ſeruat peccet, & damnum creditoribus reſarcire teneatur.

b Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. pũct. 10. & alij nu. 35.

Reſpondeo *b* affirmatiuè, ratio quia cómittit iniuſtitiam fraudando creditores, &c.

Hæc autem concluſio fallit.

Primo niſi *c* talis creditor iuris, aut facti ignorantia excuſaretur.

c Pet. Na. nu. 51.

Secundo *d* quando pietate motus gratificaret plurimum indigenti, ſed hic ſecundus caſus meritò ab aliquibus non admittitur niſi in caſu extremæ neceſſitatis, & multò minus ſi res reſtituenda extaret adem numero, &c.

d Sylu. V. reſt. 6. q. 8. & alij nu. 36. §. ſecũdus caſus

Dubitatur nono. An etiam creditor faciens ſibi contra prædictum ordinem ſatisfacere etiam in iudicio peccet, & teneatur reſtituere.

Dicendum primo. *e* Debitorem ſiue in iudicio, ſiuè extra ſoluentem primo petenti ex creditoribus perſonalem tantum habẽtibus actionem non peccat quare id quod ſuprà dictum eſt pro rata debere ſolui eiuſmodi debita intelligendum, cum a nullo requiritur, uel cũ omnes ſimul requirunt alioquin nihil obſtat quin diligentiores in petendo præferantur.

e Sylu. & alij nu. 37.

Debitor ſoluens primo petenti ex creditoribus habentibus tantum perſonalem actionem bene facit.

Dicendum ſecundo, creditor poſterior petendo non peccat, ratio quia utitur iure ſuo, nec accipit alienum, ſed ſuum, intelligitur autem hoc cæteris paribus modò alij creditores ſint eiuſdem rationis, non autem priuilegiati, aut hypothecas habentes.

DE RESTITVTIONE *In* PARTICVLARI

Liber XI.

De reſtitutione ratione damni in bonis ſpiritualibus. Cap. I.

Quæſt. I. *Peccati grauitas attendi poteſt ex triplici capite.* *Culpam magis auget malitia voluntatis, quam effectus operis.*

DVbitatur primo. An grauius ſit nocere in temporalibus, quam in ſpiritualibus.

Pro ſolutione ſupponitur primo peccati grauitatem attendi poſſe vel ex obiectio, vel ex malatia peccantis, vel ex damno illato.

Secundo in grauitate culpæ magis attendendam peruerſæ voluntatis malitiam, quam effectum operis, *a* vnde cum blaſphemus ſimpliciter loquendo intendat nocumentum inferre honori diuino grauius peccare dicetur quam homicida. His ſuppoſitis. *a* S. Tho. 2.2. q.73. a,3, & q. 13.a.2.

Inducens proximum ad peccandum ex odio Dei grauius peccat eo qui eundem offenderet in bonis corporalibus etiã occidendo.

Dicendum primo, qui ex intentione, hoc eſt ex odio in Deum, inducit proximum ad peccandum grauius delinquit quam ſi proximum in bonis corporalibus offenderet etiam occidendo, ratio quia talis inductio eſt actus elicitus ab odio Dei, quod eſt multò grauius homicidio proximi ſecus ſi proximus ad peccandum induceretur ex odio non Dei, ſed eiuſdem proximi, intendens quis ſolum eius ſpiritualem ruinam. ſ. vt gratiam amittat, tunc enim minus peccaret quam committendo homicidium, tum quia occidens alium eſt totalis, & efficax cauſa mortis illius, inducens autem ad culpam nequaquam, cum nemo niſi volens & conſentiens peccet, tum etiam quia per homicidium infertur damnum irreparabile, ſecus inducendo ad peccatum, quod per pœnitentiam deleri poteſt.

Dicen-

Dicendùm ſecundo, non eſſe ſatis ad diſcernendum quis gra-tias peccet in propoſita difficultate inſpicere an inducens ad peccandum motus ſit proximi odio, an propria vtilitate, & libidine, ſed multò magis attendendum an quis inducat renitentem an paratum peccare, nam in primo caſu, vt ſic grauius peccat quam qui eius v.g bona furatus ſit in ſecundo neutiquam ratio diſparitatis eſt, nam quamuis etiam qui paratus non erat peccare, ſponte deinde conſentiat, adhuc tamen quia nihil tale habebat in animo iniuria illi fit dum quaſi inuitus à virtutis ſtudio retrahitur, & de his præſertim intelligenda ſunt illa. *a* Qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis, & rurſus *b* væ homini per quem ſcandalum.

Ad culpæ grauitatem internoſcendam præſertim inſpiciatur an quis paratum, an reluctantem ad peccandū induxerit.

a Mat. 18.

Ex quibus patet quando grauius, vel leuius in corporalibus, & ſpiritualibus peccetur, & quod non niſi iuxtà præcedentes concluſiones accipienda ſit *c* Soti & *d* Ledeſmii doctrina.

Sotus & Ledeſm quomodo in hac materia accipiendi.

b Mat. 16

Dubitatur ſecundo. An qui nocet in ſpiritualibus inducendo v. g. malo exemplo, aut conſilio ad peccandum teneatur ad aliquam reſtitutionem.

c 4. Iuſt. q. 6. a. 3.

Dicendum primo, qui ſine vi, dolo, aut fraude aliquem ad peccandum induxit quamuis mortaliter peccauerit, ad reſtitutionem ex vi iuſtitiæ non tenetur, modo peccatum illud contra iuſtitiam proximo debitam non fuerit.

d 2. 4. q. 48 a. 2

Prima pars patet, quia proximum ſcandalizauit, *e* quod eſt peccatum mortale. Quæſt. 2.

Secunda pars probatur, quia obligatio reſtitutionis oritur propriè ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ, in hoc autem caſu nulla eſt iniuria, *f* cum ſcienti, & volenti nulla iniuria inferatur, Confirmatur, quia is, qui peccauit poteſt ſi uelit redire ad bonum ſtatum, ergo ſi nolit ſibi damnum imputabitur.

e S. Tho. 2 2 q. 43. a. 2

f reg. ſciēti de: reg. iur. in 6

Prętereà reſtitutionis obligatio deſinit, vbi læſus remittit iniuriam, aut qui ſponte perſeuerare vult in peccato, remittit omnem iniuriam ſibi in hoc irrogatam non ſecus ac qui ablatum ſibi pallium nolit recipere cum offeratur, Item oblig. *g* reſtitutionis oritur vel ratione rei acceptæ, vel iniuſtæ acceptionis, at verò inducens alium ad peccatum, nihil rei alterius apud ſe habet, aut aliquid ab eo accepit, ergo. &c. *h* Demũ hoc docuerũt pleriq. Doct.

g S. Tho. 2. 2. q. 62. a. 2.

Dicendum ſecundo, Inducens alium ad peccandum, ſiue is paratus eſſet ſiue non, tenetur ex præcepto charitatis illum reuocare à malo ſtatu, patet, ſi enim hoc pręceptum obligat omnes, ergo multò magis eum qui fuit peccati cauſa.

Metu, aut fraude & dolo inducens alium ad peccandum tenetur ex iuſtitia ad reſtitutionem.

Habes à pud s. 27. n. 8.

Dicendũ 3. Qui cõſuluit peccatũ ſi poſtea reſipiſcentiã cõſulat ad nihil aliud ex charitatis obligatione tenetur, iam enim non eſt amplius cauſa peccati, ſed alius ſua ſponte in malitia perſeuerat.

Dicendum 4. Inducens alium ad peccatum cum fraude, metu, aut dolo tenetur ad reſtitutionem omni meliori modo ex iuſtitia, ratio quia hæc habent annexam iniuriam, & iniuſtitiam.

Soluitur Obiectio in contrarium.

Neque obſtat, quod ſemper peccans voluntariè peccat, nã & ſi peccatũ hac rõne ſit voluntarium, adhuc tñ eſt inuoluntariũ quatenus metus, & vis adhibetur. Vbi aũt iniuria locum habet, inducitur

interim aut caſu fortuito, aut huius malitia pereat, debitor ad nihil amplius tenetur, ratio tum quia talis debitor, rem illam habet non in ſuum commodum, ſed creditoris, reiq; dominium perſenerat penes creditorem, ac proindè ſi perit, illi peribit, tum ẽt quia debitor fecit quod potuit, cum non teneretur per ſcriptum offerre, ſed ſatis fuerit elegiſſe internuntium reputatum fidelem Quinto, quando res, quę mittitur nõ eſt eadẽ numero, ſed æquiualens, tunc ſiuè debita ſit ratione iuſtæ acceptionis, ſiue iniuſtæ & committatur nuntio fideli, & pereat, debitori perit, non creditori atque adeo in foro conſcientiæ adhuc ad eius reſtitutionẽ obligatur ratio, quia talis debitor rem in ſuam tantum vtilitatem accepit, eiuſq; dominium penes ipſum manet, quare tenetur rem illam integram & illæſam reſtituere, & conſequẽter ipſi peribit iuxtà vulgarem regulam, vt a qui ſentit commodum, debeat ſentire & incommodum.

Qui ſentit commodum debet ſentire & incommodum.

a reg. 55. de reg. iur.

Dubitatur ſecundo. An ſi lata ſit excommunicatio ob quædã furta, incurrat illam Petrus, qui pænitentia ductus abſolutionem petiit, cui dum abſolutionis beneficium negaretur niſi prius reſtitueret, vt famæ ſuæ conſuleret totam reſtitutionis ſummam confeſſori tradit vt pro eo ſolueret, confeſſor autem pecunia ſolutionis accepta, illam nunquam reſtituit.

Facienti quod in ſe eſt non eſt deneganda abſolutio.

Dicendum primo, talis pœnitens ab excõicatione illa generaliter lata uere abſolutus pro eo tempore fuit, tum quia fecit quantum in ſe fuit, facienti autem quod in ſe eſt non eſt deneganda abſolutio, tum quia ſi pænitens fuiſſet impotens ad ſoluendum, adhuc data ſufficienti cautione pignoris, vel iuramenti abſolui potuit, & debuit ergo à fortiori ſoluendo effectiuè, & realiter tum quia cum excommunicatio generalis fuerit, etiam ſi lata ſit ab homine, quiuis tamen Confeſſarius ab ordinario approbatus, ab ea poteſt abſoluere, ſicut ab excommunicatione iuris non reſeruata.

Dicendum ſecundo, ſi talis pœnitens poſtquam ſciuit reſtitutionem non fuiſſe factam, propoſuit adhuc ſoluere quamprimum poſsit non eſt excommunicatus, ratio quia antequam veritatem nouit, vere fuit abſolutus vt dictum eſt, & poſtea non peccauit ergo, &c.

b Pet. Na. lib. 4. de reſt. ca. 5 dub. 1, nu. 19.

b Dicendum tertio, ſi in caſu quo tenetur reſtituere, (qui colligendus eſt ex dubio præcedenti) denuo ſit rebellis faciens propoſitum non reſtituendi peccat mortaliter, & poteſt excommunicari, ſemel enim fuit legitime abſolutus, & abſolutio non fuit ad reincidentiam, &cæt.

Quo ordine reſtitutio Facienda ſit. Caput X.

NOt. primo quod debita vel ſunt certa, quorum ſcilicet creditores ſciuntur vel incerta, & rurſus quędam ſemper fuerunt aliena quæ ſcilicet, nunquam in debitoris dominium tranſierunt, quædam aliquando eidem appropriata, quamuis obnoxia reſtitutioni remanerent, & demum quędam ſunt bona fide, & licitè contracta, quædam e contra.

Not. ſecundo Creditorum alij habent actionem realem in debitorem quia ſcilicet, huius bona ſunt illis aliquo modo hypothecata, alij perſonalem. His præaſſumptis.

Prima regula Cum debitori liquido conſtat habere ſe tot bona quibus omnibus creditoribus commode ſatisfaciat, neq. eſt tēpus conſtitutum quo ex ijs vnius alteri pręferatur poteſt in reſtituendo ſeruare ordinem quem maluerit, ratio quia ſic nulli infert iniuriam.

Secunda ſi bona debitoris, non ſuppetant ad ſatisfaciendum omnibus creditoribus, ſeruandus eſt ordo quem iuxta circuſtantias præſcribit ius naturæ aut municipale, aut commune, aut ſententia iudicis, aut prudentum iudicium.

a Tertia. quando omnibus ſolui non poteſt, tunc debita certa incertis ſunt præponenda, ratio quia illa debentur iure naturæ, & ex iuſtitia, hæc iure poſitiuo, *b* niſi cum debitum incertum eſt, idem numero v.g. calix, hic enim cum nunquam fuerit in dominio debitoris non eſt applicandus pro ſolutione certorum debitorum, ſed debet Chriſto reſtitui.

c Hinc colligitur, peccare eos qui habentes debita, & certa, & incerta procurant incertorum compoſitionem, vt de reliquo certis creditoribus tantum ſoluant, quantum poſſunt, cum teneātur illis ſatisfacere ex incertis.

d Hinc etiam colligitur, quod prius ſoluenda ſunt, debita certa, quam legata certa ad pias cauſas, ratio quia illa ſunt de præcepto hæc de conſilio, & oblatio non eſt facienda ex alienis, quare ſi poſt ſatisfacta debita iuſtitiæ aliquid ſupererit, id in legatorum eiuſmodi adimpletionem inſumatur.

e Quarta regula inter debita certa illud primo, reſtituendum quod adhuc extat idem numero, cum eius dominium adhuc penes creditorem perſeueret vt ſunt cōmodatum, pignus, furtū &c.

a Valen. to. 3. diſp. 5. q. 6. puncto. 10.
b Pet. Na. lib. 4. de reſtit. ca. 6. nu. 5.
c Silu. V. reſtitu. 6. q. 5. caie. & alij nu. 5.
d S. Tho. opuſc. 73.
e Bal. in l. pro debito C. de bona. iud. auct poſſ.

Debita ſunt. Certa Incerta. Semper aliena. Aliquādo appropriata Bona fide et licite. Mala fide, & illicita Actio creditorum ī debitores eſt, vel realis, vel perſonalis. Prima regula. Ordo in reſtitutione non eſt neceſſarius, cū omnib. creditorib. ſatisfieri poteſt et pactum aliter non requirit.

2 *Cum bona debitoris non ſunt ſatis ad ſatisfaciendum omnibus, ſeruatur ordo.*

3 *Debita certa incertis præponēda et ex eiſdē ſatisfaciendo, modo iſta non extent eadem numero.*

a Quinta Debita realia præferenda, ſunt perſonalibus, ſunt enim ſtrictius debita, quam ſint hęc, vnde habens vineam redditiam debet prius ſoluere cenſum cui debetur, & deinde quod ſupereſt in ſumere ad alia perſonalia debita perſoluenda, ratio, quia iuſtitia ſic expoſtulat vt ex tali re extante, & obligata per ſpecialem hypothecam prius creditori ſatisfiat, aliàs ei fierit iniuria.

Dubium autem eſt, an res empta pretio non ſoluto perſeuerãs in ſua forma, & ſpecie apud emptorem maneat primo, obligata venditoris, tum alij creditoribus.

b Reſpondeo affirmatiue, quia *c* licet dominium rei in emptorem translatum ſit, *d* ſemper tamen ex iure ciuili manet obligata ſolutioni quandiu in ſua forma, & ſpecie apud emptorem reperiatur, ita vt ſi emptor non ſit potens ſoluere quaſi reſcinditur contractus, & confirmatur quia in hoc caſu venditor duplex ius habet reale & perſonale.

Sed quid ſi res vendita non maneat eadem, ſed res aliæ in eius loco ſubregentur ex illius pręcio, an & hæ primo maneant realiter obligatæ primo venditori.

e Reſpondeo negatiuè, ratio quia neque pretium, neque habitum per permutationem, in ſingularibus actionibus in eius locum ſuccedit aut ſubrogatur.

Quærenti verò, an res empta alterius, pecunnia maneat ſpecialiter obligata ei, qui pecuniam mutuauit.

f Reſpondeo attendendum eſſe, cuius nomine res ematur, nam eidem acquiritur.

Excipitur tamen ſi pecunia ſit Eccleſiæ, *g* nam tunc quod emptum eſt, aut ipſo facto, aut poſt latam ſententiam, ſaltem tranſit in Eccleſiæ dominium.

h Sexta regula ſeruanda ſunt ſtatuta municipalia, & leges quibus ordo, ſatisfaciendi creditoribus detęrminatur, *i* modo non ſint contra ius naturæ, ac proinde modo non repugnent quatuor prioribus regulis, & etiam quintæ quoad primam eis partem.

Septima regula, non extantibus eiuſmodi ſtatutis ſeruandum eſt, ius commune, *K* iuxta quod ij quibus bona fuerunt expreſsè obligata alij præferuntur, ſiue ratione impignorationis, ſiuè hypothecæ generalis, aut ſpecialis, ratio quia hi habent, realem actionem in bona. *l* Poſt hos veniunt, qui tacitam habent hypothecam.

Dicuntur autem, tacitam habere hypotecam.

Primo vxor pro dote, *m* bona namq. viri ſunt tacitè hypotecata pro dote vxoris, *n* ita vt ipſa præferatur, nedum habentibus actiones perſonales, ſed etiam habentibus tacitas hypotecas anteriores.

Ex

g Pe. Na. q. de reſti. c. 6. dub. 1. n. 16. poſt. gloſam in c. inquirendũ. in v. comparauit de pecul. cleric.
h Caie. v. reſt. c. 8. & alij n. 12. *i* Valen. to. 3. diſp. 5. q. 6. punc. 10.
K l. pro debito C. de bonis iud. auth. poſſeſſis. *l* Na. c. 17. n. 50. ver. 3. loco.
m l. Aſſiduis C. q potiores in pig. & c. ex literis de pigno. *n* Sil. v. re. 6. q. 5.

Debita realia præferenda ſunt perſonalibus.
Res empta & perſeuerans eadẽ pretio nõ ſoluto primo manet obligata venditori.
Pretium et quicquid rei diſtractione habetur non manet primo obligatum ei qui rem vendiderat.
Emens rem ex aliena pecunia proprio tamen nomine ſibi acquirit.
Exceptio.
Sexta reg. Seruanda ſunt ſtatuta municipalia.
Septima regula.
Non extante iure municipali ſeruetur ius commune.
Qui nã tacitam hypotecam habere dicãtur
1 Vxor pro dote.
Et præfertur habẽtibus actiones perſonales,

a Io. Med. C. de reſt. q. 2. dub. 5 ver. 3. Salon. & alij nu. 8.
b Lopez. p. 1. iuſtr. conſil. ca. 110. & alij.
c l. tradit. C. de pactis.
d l. Iulianus, §. offerri ff. de act. empt. & vendit. & l. 2. ff. quib. cau. pigno. vel hypo. cõtrah.
e Barto. in l. labeo ff. de verbo. ſignifica. Silu. & alij n. 10.
f gl. in ca. cũ tu. v. vẽdi de vſu. & collig. ex l. ſi ex ea C. de rei ven. & ſ. ad prob. c. de probat. & l. quas ff. de furtis in fin.

Excipiũtur tamẽ filij prioris uxoris, qui agentes pro dote materna præferuntur nouercæ, ratio quia concurrentibus pluribus idem priuilegium habentibus, *a* regulariter anteriori prius facienda, eſt reſtitutio.

b Rurſus, aliquando mulier, præfertur etiã habentibus expreſſas hypothecas quando ſcilicet, poſt dotis conſtitutionem, & collationem expreſſa hypotheca fuerit adhibita, ratio quia poſtquã dos eſt conſtituta non potuit in eius præiudicium expreſſa hypotheca aſſignari *c* ſecus ſi hæc expreſſa hypotheca contingerit ante dotis conſtitutionem, ratio quia ius commune non poteſt præiudicare iuri naturæ nec alicui beneficium conferre cum alterius præiudicio.

Sed dubium eſſe poteſt. Primo an ſi maritus per publicam ſchedulam debitorem ſe fecit ob dotem, cum tamẽ adhuc ſibi dos numerata non fuerit, talis dos in ſolutione eius præferenda ſit habentibus expreſſas hypothecas poſteriores.

d Reſpondeo affirmatiuè, modo vir poſtea recuperauerit, ratio concluſionis eſt, quia iam ante has poſteriores expreſſas hypothecas, ſed dotis debitorem fecit, & dotis ſolutio ex eius conſenſu dilata eſt.

Secundo dubitari poteſt, an etiam bona paraphernalia tacitè hypothecata ſint.

e Reſpondeo ſi maritus horum admniſtrationem habet vtique pro his ſua bona ſunt hipothecata uxori, ſi ſecus nequaquam, & ita conciliantur doctorum, ſententiæ quæ inter ſe uidentur repugnantes.

f Cæterum bona iſta paraphernalia, uxoris non habent idem priuilegium prælationis, quod habet eius dos, ſed ſolum ius tacitæ hypothecæ & pignoris.

g Secundum locum tacitæ, hypotheeç habent bona illius, qui cum fiſco contraxit, unde eo ipſo manent fiſco hypothecata.

h Porrò in iſtis, duabus obligationibus attendenda eſt prioritas, quæ nam ſcilicet earum ſit prior, imo ſi contradixerit mulier expreſsè, vel non conſenſerit expreſſe, mariti bona non manebũt obligata fiſco, ſi uero prius quam mulier nubat, mariti bona erũt fiſco hypothæcata fiſcus præferetur, in dubio autem perfertur mulier.

Prætet hæc ſecunda, priuilegiata ſunt & alia bona, quæ dicuntur tacitè hypothecata, ut bona prælati, *i* Eccleſia enim pro mala eius admniſtratione poteſt agere, contra tertium poſſeſſorem, ſicut agit mulier pro dote.

K Item domus uel nauis conſtructa, uel reparata, uel cuſtodita per pecuniam ad hoc mutuatam, eo ipſo manet pro tali pecunia hypothecata, *l* imo talis mutuans circa rem illam p̧ręfertur

L 2 in

[Left margin notes:]

a reg. 44. reg. prior. in tempore de reg. iur. in 6.

b Couar. lib. variar. reſol. c. 7. n. 1. concl. 44.

c Silu. V. Dos q. 12. verſ. 3.

d Hugo de Celſo in ſuo repertorio, & Lopez. p. 1 iſtruc conſc ca. 110.

e Panor, in c. ex literis nu. 10, de pignor.

f Pe. Nau. 4. reſti. ca. 6. dub. 1. nu. 23.

g l. 2. C in quib. cauſis pigno. vel hypo. tacite contrahatur, & l. quamuis de priuil. Fiſci.

h Arg. 2. 2. q. 62. a. 8. conclu. 4.

i glo. in c. ex literis v. obligata de pingnor. Panorm. ibi. num. 11.

K l. 2. ff. qui potior in pignor. Authen. de Collatione dotis, §. his conſequens. collat. 3.

l Naua. cap. 17. num, 52.

[Right margin notes:]

& tacitas hypothecas anteriores exceptis filijs prioris uxoris agentibus pro dote materna nec non habentibus expreſſas hypothecas ſi poſt dotis collationẽ adhibita ſint vt uxor pro dote præferatur habentibus poſteriores hypothecas expreſſas ſatis eſt.

Etiam bona paraphernalia uxoris habent hypothecam in bonis uiri ſi hic eorum gerat admiſtrationẽ.

2 *Fiſci pro ſuis contractib.*

Attendenda eſt inter fiſcum & mulierẽ cauſa dotis prioritas utriuſque.

In dublis præfertur mulier.

Bona prælati ſunt hypothecata eccleſiæ pro eius mala adminiſtratione.

Lege hac tollitur quod, facto contra hendum constat.

in dote mulieribus, ratio quia *a* lex, nec vult, nec poteſt tollere quo per pactum creditores acquirunt. Hoc verò procedit modo eiuſmodi pecunia mutuata fuerit antè dotis aſſignationem, vt colligitur ex Iuſtiniani *b* conſtitutione.

Septima regula. *In debitis eiuſdem rationis prioritas eſt attendenda.*

Septima *c* regula. Inter debita realia, & perſonalia hypothecata quæ inter ſunt eiuſdem rationis prius antiquiora ſoluenda ſunt hæc autem prioritas attendenda eſt ex tempore quo contractus, uel hypotheca facta fuit, non autem ex tempore ſolutioni deſtinato.

Octaua.

Octaua. *d* Poſt creditores tacitè hypothecam habentes ſuccedunt depoſitarij, hoc eſt deponentes, & commodantes quando res non extat, aut non eſt reddenda eodem num. ſed ſpecie, idemq; dicendum de habente pecuniam in negotiatione, quando illa iam non extat, aut mixta extaret.

Nona.

Nona. Poſt Depoſitarios ſuccedunt habentes actiones perſonales inter quos ſunt, qui habent priuilegium perſonale, quo præferuntur alijs omnibus habentibus actiones perſonales, non reales *e* cum enim priuilegium hypothecæ ſit ad rem potiorem perſonali, ideo, *f* vltimum locum tenent qui habent tantum actionem perſonalem, & dicuntur creditores chirographarij.

Decima. *Creditores habentes tantum actionem perſonalem omnibus poſtponuntur.*

Pro clariori aut ſupradictorum notitia.

Dubitatur primo. An cùm debita totam hæreditatem exhauriunt, poſſint, ex ea deduci funerales. expenſæ.

Dicendum primo ſi debita in ſpecie extent, utique ex ijs non poſſunt deduci expenſæ funeris, ratio quia nemo debet honorari ex alieno, niſi fortè cum verè aliunde humari defunctus non poſſet, & expenſæ eſſent moderatæ, tunc enim tanquam ingraui, uel extrema neceſſitate conſtituto, hæ poterunt illi adiudicari, eſt enim corpus pars hominis ſubſtantialis.

Dicendum ſecundo, *g* ſiuè bona defuncti ſint tacitè, aut expreſſe hypotheca ſemper ex eis deduci poſſunt moderatæ, & neceſſariæ expenſę ad ſepulturam, ratio quia licet obligata ſint creditorbus huiuſmodi bona, non tamen ſunt aliena, ſed propria defuncti, & ideò eſſent irrationabiliter inuiti ex eo, quod defunctus ſepeliatur, &c. & idem dicendum eſt de omnibus alijs expenſis factis cauſa hæreditatis, aut cauſa teſtamenti, inuentarij, cauſa adeundæ hæreditatis ſemper enim debent deduci.

Dubitatur ſecundo. Quo ordine teneatur hæres *h* debita ſoluere.

Reſpondeo eo quo defunctus ipſe debebat ſoluere.

Dubitatur tertio. An debita per hæredem contracta ſolui prius debeant quam legata per teſtatorem.

Prius ſoluenda ſunt debita ab hærede contracta quam legata teſtatoris.

Reſpondeo *i* prius ſoluenda eſſe debita ab hęrede contracta, nedum quę intuitu hæreditatis, adeundæ, ſepeliendi teſtatoris facta ſunt, ſed generaliter omnia, ratio quia talia debita ſunt ex iuſtitia reſtitutioni obnoxia legata vero tatum ex conſilio, at precepta conſilijs præponi debent.

Contrarium docuerunt K Angelus *l* & Syluester, *m* Probant quia

a Auth. de collat. dotis §. his cõſequẽs eſt.
b Ex regu. 44. de reg. iur. in 6.
c S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 7 §. 3.
d Ang. V. reſtitutio 2. §. 16.
e L. Repertum ff. de pactis.
f Tabiena V. reſtitutio.
g Palud. 4 d. 15. q. 2. a. 5. V. Hæres aũt. & alij n. 23.
h S. Th. opuſc. 73. de vſuris c. 18. &c.
i per. Nau. 4. reſt. c. 6. dub. 10. n. 50.
k V. reſtitutio 2. §. 17.
l v. reſt. 6. q. 6.
m L. 1. C. comun. de legat.

quia bona defuncti ſunt tacitè hypothecata pro legatis, & fidei commiſſis.

Reſpondeo ſi hæc ratio quidquam ualeret, probaret etiam debita à defuncto contracta poſtponenda eſſe legatis, nam ſi defuncti bona ſunt pro legatis hypothecata, ergo antè omne debitum perſonale etiam antiquiſſimum eſſent ſoluenda, quod neque iſti authores, docent, quare ad antecedens reſpondetur eſſe quidem hypothecata, ſed poſt debita.

Soluitur rō in contrariū Angel. & Silu.

Quinimo ipſe Syluester eſt, in hac re ſibi contrarius cùm neget *a* alibi poſſe ſine peccato præponi ab hærede legatarios creditoribus.

Syluester ſibi contrarius.

Dubitatur Quarto. An cum plures ſunt creditores, & hæreditas non ſufficit licitum ſit uni etiam priori in tempore, aut in priuilegio totũ ſoluere an verò ſit omnibus pro rata ſatisfaciendũ. In hac Difficultate primo certum eſt quod ſi creditor habet dominium in rem iuxta ea quæ dicta ſunt in quarta regula illi prius ex integro eſt ſatisfaciendum, ius enim naturæ exigit, vt res extans proprio domino ex integro reſtituatur.

Secundo certum eſt habentibus hypotecas ſiuè tacitas, ſiuè expreſſas primo ex integro ſatisfaciendum eſt, quam ijs qui habent tantum actionem perſonalem etiamſi iſti ſint priores in tempore, ratio quia illis datæ ſunt res in aſſecurationem, & ius. Idemque dicendum de habentibus priuilegia, ſunt enim ità præponendi vt eis ex integro ſatisfiat cum hoc iuris beneficio ob commune bonum ſit conſtitutum.

Nec obſtat regula quod prior in tempore ſit potior in iure, hæc *b* enim intelligitur ceteris paribus ita, ut una hipotheca realis prior alteri hypothecæ reali poſteriori ſit præferenda, & ſimiliter vnus priuilegiatus prior in tempore, &c.

Controuerſum tantum eſt an vbi concurrunt plura debita perſonalia euiſdem rationis, & æqualitatis ſolo numero differentia, vt plura furta, plures vſuræ, habenda ſit ratio prioris debiti, illudque ex integro cum aliorum præiudicio poſſit ſatisfieri. *c* Et quidem communior ſententia eſt in hoc caſu licitum eſſe cuiuſuis creditorum facere deteriorem cauſa eorundem creditorum; & non in ſolidum, ſed pro rata illius ſatisfacere, nulla habita ratione prioritatis.

Dubitatur quinto Quænam debita perſonalia prius ſoluenda ſint, quæ contracta ſunt licitè, an quæ illicitè, & intelligitur quæſtio quando res reſtituenda non extat in ſpecie.

Reſpondeo *d* nullum ordinem in illis ſeruandum eſſe, ſed eſſe pro rata ſatisfacienda, ratio quia nullo iure contrarium ſtatuitur, imo per hæc habetur inter debita perſonalia nullam habendam eſſe temporis rationem, ſed dijudicanda eſſe bona creditoris pro rata inter debitores, & nihilq; diſtinguunt inter debita licitè, uel illicitè contracta, quare nec nos debemus diſtinguere. Et Confirmatur quia in foro Iudiciali inter debita perſonalia quomodocunque illa contracta ſint nec datur iſta prælatio.

a Verbo Herc. di. 1as 3. q. 9.
b Bal in l. pro. debito. c. de bon. Iud. auth. poſſeſſ.
c S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 7 §. 3. Ang. V. reſtitutio. 1 § 16. Silu. V. Reſtitutio 6. q. 1. verſi. Poſt hos Tabiena Ang. Bannes Nau. Pitliarc., &c.
d Arag. 2. 2. q. 62. a. 8. concl. 6. Bãnes ib. docum. 4. Petr. Nau. 4. de reſt. c. 6 dub. 8. Silu. V. reſtitutio 6. q. 5.
e vide Na. c. 15. n. 25. verſ. 6. Lopez & Aragon. 31.

Contrarium primo docuerunt *a* Caiet. & alij volentes primo ex integro ſatisfaciendum eſſe debitis licitè contractis, limitant vero primo, modo ne res illicite acquiſita, & reſtitutioni obnoxia in ſpecie extet, vt verbi gratia pignus vſuræ.

a In ſumma 5. reſt. c. 8 & alii apud Say. nu. 18. §. prima ſententia.

Secundo modo, ex illo contractu licito quod non ſit factus pauperior, vt contigere poteſt donando, dotando, legando, &c. tunc enim prius eſſent ſoluendæ vſuræ, irrationabile quippe videtur eſſe vt tales cõtractus vim habeant in damnũ creditorũ præexiſtentium vſurarum, cum debitor ſpõte per eos fiat impotens, &c.

Probat Caiet. ſuam ſententiam, quia niſi primo reddantur debita ex licito contractu, eo ipſo incipiunt detineri aliena inuito domino.

Soluitur ratio contrarium Caiet.

Reſpondeo aſſumi *b* falſum, nam quæ per licitos contractus accepta ſunt v. g. pecunia mutuo accepta, vel pro mercibus non ſunt amplius aliena, ſed bona propria debitoris, ac proinde expendenda pro ſatisfactione obligationis perſonalis quam ipſe habet ſecundum proportionem ad ea debita, quibus obligatur.

b Io. Med. c. de reſt. q. 3. dub. 5. condu. 4 & corol. fin.

Probat Idem *c* Nau. Nemo dubitauit quin reſtituendum ſit quod mutuo, alioue licito contractu debetur, cum tamen plerique dubitarint an vſuræ ſint reſtituendæ, ergo ſignum eſt ſaltem ſolutionem debiti liciti prçponendam.

c in Man c. 17. n. 52.

Soluitur ratio Na.

Reſpondeo, quod hæc inepta aliquorum dubitatio de obligatione reſtitutionis vſurarum non impedit quo minus iure naturæ quis teneatur talia debita reſtituere, ſicut & alia, de quibus nunquam dubitatum eſt, Ad rationem quippe debiti planè per accidens eſt, quod de illo dubium habuerit, vel non.

Probat idem *d* Angles, nam mutuatarius ex pecunia ſibi mutuata aliquod commodum reportauit, quod non contingit alijs creditoribus.

d 4. ſent. q. 2 de reſtit. a. 3. dub 1. cõcl. 1.

Soluitur ratio Angles.

Reſpondeo hoc eſſe omninò extrinſecum quod huic, & non alijs maius obuenerit commodum, immo & contrarium poſſe alquando contingere.

Contrarium ſecundo docuerunt *e* Io. Med. & alii volentes primo ſoluenda eſſe debita illicitè contracta.

e loco cit. Salon. Bines Ang. S. Th. &c.

Probant, quia ſic tollitur iniuria facta Deo, & proximo, cum ſic in ſolutione debitorum quę licitè ſunt contracta nulla eiuſmodi iniuria reparetur.

Soluitur ratio Io. Med. & aliorum.

Reſpondeo quod reſtitutio non tam attendit iuriam in modo accipiendi quam inæqualitatem in rebus acceptis.

Dubitatur ſexto. An inter debita ex delicto contracta illa prius ſint ſatisfacienda quæ cum maiori iniuria contigerunt.

Reſpondeo in hoc certam regulam dari non poſſe, ſed ſtandum arbitrio prudentum iuxtà perſonarum, temporum locorumque circunſtantias præſertim cum nullo iure conſtitutum ſit vt vnum ex eiuſmodi debitis alteri præferatur.

f p. 1. ſummæ c. 46. & alii nu. 33.

Contrarium *f* docuerunt. Rodriquez, & alii volentes illa prius eſſe reſtituenda quæ cum maiori iniuria ſunt contracta, quia vbi maior iniuria ibi eſt & maior obligatio.

Re-

Reſpondeo in reſtitutione non tam attendendam iniuriam in modo accipiendi quam inęqualitatem in rebus acceptis, vt ſuperiori dub. dictum eſt.

Soluitur ratio Rodiguezij & aliorum.

Dubitatur ſeptimo. An obligatio onerosa gratuitæ ſit præferenda etiam ſi tempore ſit poſterior.

Debita ex contractu oneroſo præponenda iis quæ ex gratuito.

a Caiet. v. reſt. ca. 8. & alij nu 34.

Reſpôdeo *a* affirmatiuè, ratio quia quæ ex iuſtitia debētur, præferenda ſunt iis quæ debentur ex conſilio, ſemperque maior obligatio inuenietur in contractu oneroſo, quam gratuito, &c.

Dubitatur octauo. An cum debitor ſua ſponte prædictum ordinem in reſtituendo non ſeruat peccet, & damnum creditoribus reſarcire teneatur.

b Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. púct. 10. & alij nu. 35.

Reſpondeo *b* affirmatiuè, ratio quia cómittit iniuſtitiam fraudando creditores, &c.

Hæc autem concluſio fallit.

Primo niſi *c* talis creditor iuris, aut facti ignorantia excuſaretur.

c Pet. Na. nu. 51.

Secundo *d* quando pietate motus gratificaret plurimum indigenti, ſed hic ſecundus caſus maritò ab aliquibus non admittitur niſi in caſu extremæ neceſſitatis, & multò minus ſi res reſtituęnda extaret adem numerò, &c.

d Sylu. V. reſt. 6. q. 8. & alij nu. 36. §. ſecūdus caſus

Dubitatur nono. An etiam creditor faciens ſibi contra prædictum ordinem ſatisfacere etiam in iudicio peccet, & teneatur reſtituere.

Debitor ſoluens primo petenti ex creditoribus habentibus tantum perſonalem actionem bene facit.

Dicendum primo. *e* Debitorem ſiue in iudicio, ſiuè extra ſoluentem primo petenti ex creditoribus perſonalem tantum habētibus actionem non peccat quare id quod ſuprà dictum eſt pro rata debere ſolui eiuſmodi debita intelligendum, cum a nullo requiritur, uelcū omnes ſimul requirunt alioquin nihil obſtat quin diligentiores in petendo præferantur.

e Sylu. & alij nu. 37.

Dicendum ſecundo, creditor poſterior petendo non peccat, ratio quia utitur iure ſuo, nec accipit alienum, ſed ſuum, intelligitur autem hoc cæteris paribus modò alij creditores ſint eiuſdem rationis, non autem priuilegiati, aut hypothecas habentes.

Dicendum ſecundo, non eſſe ſatis ad diſcernendum quis gratias peccet in propoſita difficultate inſpicere an inducens ad peccandum motus ſit proximi odio, an propria vtilitate, & libidine, ſed multò magis attendendum an quis inducat renitentem an paratum peccare, nam in primo caſu, vt ſic grauius peccat quam qui eius v.g bona furatus ſit in ſecundo neutiquam ratio diſparitatis eſt, nam quamuis etiam qui paratus non erat peccare, ſponte deinde conſentiat, adhuc tamen quia nihil tale habebat in animo iniuria illi fit dum quaſi inuitus à virtutis ſtudio retrahitur, & de his præſertim intelligenda ſunt illa. *a* Qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis, & rurſus *b* væ homini per quem ſcandalum.

Ad culpæ grauitatem internoſcendam præſertim inſpiciatur an quis paratum, an reluctantem ad peccandum induxerit.

a Mat. 18.

Ex quibus patet quando grauius, vel leuius in corporalibus, & ſpiritualibus peccetur, & quod non niſi iuxtà præcedentes concluſiones accipienda ſit *c* Soti & *d* Ledeſmii doctrina.

Sotus & Ledeſm. quomodo in hac materia accipiendi.

b Mat. 16

Dubitatur ſecundo. An qui nocet in ſpiritualibus inducendo v. g. malo exemplo, aut conſilio ad peccandum teneatur ad aliquam reſtitutionem.

c 4. Iuſt. q. 6. a. 3.

Dicendum primo, qui ſine vi, dolo, aut fraude aliquem ad peccandum induxit quamuis mortaliter peccauerit, ad reſtitutionem ex vi iuſtitiæ non tenetur, modo peccatum illud contra iuſtitiam proximo debitam non fuerit.

d 2. 4. q. 48 a. 2

Prima pars patet, quia proximum ſcandalizauit, *e* quod eſt peccatum mortale. Quæſt. 2.

Secunda pars probatur, quia obligatio reſtitutionis oritur propriè ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ, in hoc autem caſu nulla eſt iniuria, *f* cum ſcienti, & volenti nulla iniuria inferatur, Confirmatur, quia is, qui peccauit poteſt ſi uelit redire ad bonum ſtatum, ergo ſi nolit ſibi damnum imputabitur.

e S. Tho. 2 2 q. 43. a. 2

f reg. ſciẽti de reg. iur. in 6

Prӕterea reſtitutionis obligatio deſinit, vbi læſus remittit iniuriam, aut qui ſponte perſeuerare vult in peccato, remittit omnem iniuriam ſibi in hoc irrogatam non ſecus ac qui ablatum ſibi pallium nolit recipere cum offeratur, Item oblig. *g* reſtitutionis oritur vel ratione rei acceptæ, vel iniuſtæ acceptionis, at verò inducens alium ad peccatum, nihil rei alterius apud ſe habet, aut aliquid ab eo accepit, ergo. &c. *h* Demũ hoc docuerũt pleriq. Doct.

g S. Tho. 2 2. q. 62. a. 2.

Metu, aut fraude & dolo inducens alium ad peccandum tenetur ex iuſtitia ad reſtitutionem.

Dicendum ſecundo, Inducens alium ad peccandum, ſiue is paratus eſſet ſiue non, tenetur ex præcepto charitatis illum reuocare à malo ſtatu, patet, ſi enim hoc prӕceptum obligat omnes, ergo multò magis eum qui fuit peccati cauſa.

Habes a pud ſyn. 8.

Dicendũ 3. Qui cõſuluit peccatũ ſi poſtea reſipiſcentiã cõſulat ad nihil aliud ex charitatis obligatione tenetur, iam enim non eſt amplius cauſa peccati, ſed alius ſua ſponte in malitia perſeuerat.

Soluitur Obiectio in contrarium.

Dicendum 4. Inducens alium ad peccatum cum fraude, metu, aut dolo tenetur ad reſtitutionem omni meliori modo ex iuſtitia, ratio quia hæc habent annexam iniuriam, & iniuſtitiam.

Neque obſtat, quod ſemper peccans voluntariè peccat, nã & ſi peccatũ hac rõne ſit voluntarium, adhuc tñ eſt inuoluntariũ quatenus metus, & vis adhibetur. Vbi aũt iniuria locum habet, indu

citur

citur obligatio reſtitutionis exemplum eſt in uenditione, in qua licet ſit voluntarium ſimpliciter quantum ad ſubſtantiam contractus, quia tamen eſt admixtum inuoluntarium quantum ad exceſſum iuſti pretii, manet locus reſtitutioni.

Metus reuerentialis non ſufficit ad inducendam obligationem reſtitutionis ex iuſtitia.

Intelligitur autem concluſio de metu humano, non reuerentiali, vt bene a Petr. Nau. docet contra b Sylueſtrum.

Contra has Concluſiones docuerunt c Scot. & alii volentes obligari ex iuſtitia eos qui alios ad peccatum induxerunt, ità ut enixe contendat monitis propriis, & aliorum orationibus, &c. eos ad priſtinum bonitatis ſtatum reuocare, imo d Gabriel vult reſtitutionem fieri ſecundum arithmeticam æqualitatem, ita vt æque efficax ſit inductio ad pœnitentiam, ac fuit illa quæ ad peccatum induxit.

Probant primo ſpiritualia præferuntur temporalibus, ſed inferẽs damnum in temporalibus tenetur ad reſtitutionem, ergo, &c.

Soluitur prima ratio Scoti, & aliorũ.

Reſpondeo negando cõſequentiã obligatio quippe reſtitutionis non ex damni illati magnitudine, ſed ex iniuria, & iniuſtitia qua proximo nocetur trahit originem, & ideò quamuis auferens bona temporalia minus peccet, quam qui non paratum inducit ad peccandum quia tamen peccatum furti eſt contra iuſtitiam, & cum iniuria proximi, cum ſuis bonis ſpolietur inuitus, & qui proximum ad peccandum inducit ſolum peccat contrà charitatem ideo ille ad reſtitutionem tenetur ex iuſtitia hic ſolum ex charitate.

Probant ſecundo, ſaltem prælatos teneri ex iuſtitia, e vnde Nicolaus Papa ex B. Gregorio ait ſcire debent Prę lati quod ſi peruerſa vnquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuo, perditionis exempla tranſmittunt.

Soluitur ſecunda ratio.

Reſpondeo concedendo nedum Prælatos teneri ex iuſtitia ad bonum regimen ſubditorum, ac proinde ſi eos ſcãdalizauerũt ex iuſtitia obligari ad reſtitutionem f ſed etiam multò ſtrictius quã alii teneri ex præcepto charitatis, &c. faciunt etiam ad hæc quæ idem Gregorius g alibi dixit, necnon & h Aug. ex Ezechiele ſanguinem i ſubditorum de manu ſpeculatoris requirendum.

Quo inductus ad peccandum ſatisfiat

In caſu uerò quartæ nuper poſitæ concluſionis K ſatisfiet, vt ſi quis alium per metum induxit ad peccandum, teneatur eundem ſecurum facere, ſi per vim eum remouendo, ſi prauis conſiliis docendo veritatem, denique adhibitis perſuaſionibus, orationibus, & omni alio meliori modo.

Caſus in quibus non ſufficit ſpiritualis reſtitutio.

Requiritur l autem, & temporalis compenſatio in iactura ſpiritualium.

1 Primo cum damno ſpirituali fuit annexum, & corporale, ut ſi quem ad peccandum induxiſti per uiolentiam uulneraſti.

2 Secundo cum quis fraude, &c. in talem peccati ſtatũ inductus eſt à quo ſine temporali ſumptu eripi nequit ut fœmina meretriccio expoſita, à quo non poteſt reuocari niſi per matrimonium aut per Religionis ingreſſum.

Dubitatur tertio. An, & quomodo fieri debeat reſtitutio in bo

a 2. de reſtit c. 2.
b V. reſti. 3 q. 1. §. Primum.
c 4. d. 15. q. 3. a 1. Riccard. Palud. &c apud Say. num. 5. §. prima eſt.
d 4. d. 15. q 3 a. 1.
e habetur in c. præcipue 11 q. 3. Vide quid Gerſon ex Bereng. in ſerm. de pæn. in cæna domini apud Sayr. n. 7.
f S. Tho. 2. 2. q. 33. a. 3. & ibi Caiet. & Sot. in relect. de ſigillo Sur. m. 2. q. 3. c. 3.
g 2. regiſtri ep. 52.
h S. Aug. 1 Ciu. c. 9.
i Ezech. 33.
K Salon. 2 2. q 62. 2. 2. controu 2. in fine.
l Arag. ibidem.

nis ſpiritualibus naturalibus, vel ſupernaturalibus, vt ſunt ſcientiæ, artis memoria, fides, doctrina, &c.

Damnum in bonis ſpiritualib. naturalib., & ſupernaturalibus compenſatur ſicut, & in bonis corporalib.

Reſpondeo idem dicendum de ijs ac de nocentibus in corporalibus, vnde qui cum ex ſtipendio docere aliquando tenebatur, & omittit, tenetur ad damna omnia inde ſequuta, &c.

Quid circa hæreſiarchas.

Qui verò dogmata veræ fidei contraria alium docuit, ſi ſcienter, quod eſt formaliter hæreſim docere, tenetur etiam ex iuſtitia errorem ſuum reuocare, ac niti, vt qui hæreſim imbiberat deteſtetur, qui verò materialiter ſolum, hoc eſt credens ſe verum dicere tenetur ſolum ex charitate, & hoc reſpectu priſtini erroris, at verò reſpectu futuri mali tenetur quoque ex iuſtitia remediũ adhibere, alioquin reus erit damnorum, quæ inde ſubſequentur.

Idem dicendum de aduocato, lectore, Confeſſore, Prędicatore, cùm enim ij ex officio teneantur veritatem dicere. ſi ſecus fecerint, ad reſtitutionem obligantur ex iuſtitia, Idem dicendum de medico reſpectu ſanitatis, &c.

Status religioſus cũ ſit perfectionis, ideò qui in eo læditur notabilis afficitur damno.

Dubitatur quarto. An qui aliquem impedit ab ingreſſu religionis, vel poſt ingreſſum à religione extrahit ſiue nouitium, ſiue profeſſum, teneatur ad reſtitutionem Pro ſolutione.

Not. Primo. Religionem eſſe ſtatum perfectionis, vnde qui in hac alicui damnum infert, maxime nocet, cum ab eo medium auferat efficaciſſimum ad ſalutem conſequendam.

A religione poteſt quis auocari directè. & hoc tripliciter.

Secundo poſſe quempiam à Religione auocari.

Primo directe perſuadendo ſcilicet ne in eam intret, vel vt ab ea exeat.

Retractio a religione vel fit bono animo, vel vi, vel blanditijs.

Secundo indirecte ſuadendo exitum vnius Religionis, vt ad aliam tranſeat, & hoc tripliciter, uel ante ingreſſum ſimpliciter, vel in Nouitiatu, vel poſt profeſſionem.

Tertio. Retractio religionis contingit, vel bono animo, vel vi, vel blandicijs.

Iniuria in eiuſmodi retractione poteſt conſiderari vel reſpectu eius, qui extrahitur, vel reſpectu religionis a qua extrahitur.

Quarto. In eiuſmodi retractione poteſt conſiderari duplex iniuria, vna reſpectu extracti, altera reſpectu Religionis. His prænotatis.

a Idem Sot. Petr. Nau. Aragon. Salõ. Val. apud Syrũ. nu. 27.

Dicendum primo. Diſſuadens, *a* vel impediens aliquem ab ingreſſu religionis bono fine, neque peccat, neque ad reſtitutionem aliquam obligatur.

Ratio pro prima parte eſſe poteſt, quià aliquando diſſuadendo poſſet potius mereri quando ob iuſtas cauſas id faceret, vt verbi gratia, quia eius parentes eſſent in magna neceſſitate, quod non poſſet Religionis onera ſuſtinere, quod haberet legitimum impedimentum, v.g. coniugem, & alienum, &c.

Quod religio illa non eſſet in obſeruantia, & cæt. & in his caſibus nemo incideret in *b* Canon. Triden. contra impedientes mulieris voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi.

b Seſs. 25. de regul. c. 18.

Et Confirmatur nam quamuis ſtatus religionis ex ſuo genere ſit opus ſupererogationis, & bonum, adhuc tamen, quod hic, & nunc.

nunc ob varias circunſtantias ſit expediens, poteſt in conſultationem cadere, quare ſiquis omnibus ponderatis diſſuadeat, non peccabit.

Quod autem non teneatur reſtituere patet, quia nulli facta eſt iniuria, aut iniuſtitia.

Retrahens aliquem à religionis ingreſſu peccat quidē ſed ad reſtitutio enulli tenetur.

Dicendum ſecundo. *a* Qui mala fide, *b* aut etiam malo animo, ſemota tamen fraude, & vi violentem ingredi religionem impedit, peccat quidem, ſed nulli tenetur reſtituere. Quod peccet patet ex Trid. vbi ſuprà. *a* Authores qui ſupra.

Quòd vero ad reſtitutionem nō obligetur probatur, hæc enim non debetur diſſuaſo, cum ſit ei, voluntarium, non religioni, quia id quod ipſa prætendere poterat ex ingreſſuri uoluntate dependebat, ergo cùm ſpontè uoluntatem retractet nulla remanet obligatio.

b Vide pro hoc Sayr. in 3. propoſit. quæ vt potè fere eadem cū ſecunda ſimul cum ipſa a nobis cōiuncta eſt.

Confirmatur non enim habet religio ius acquiſitum, unde a ſimili retrahens teſtatorem à condendo legato pios ſolis perſuaſionibus non fraude, aut vi, & ſi peccet contra charitatem non tamen contra iuſtitiam, quia nondum pauperi eſt acquiſitum Ius, ac proinde non tenetur reſtituere.

Dicendum tertio. *c* Qui malo animo, ſine ui tamen, & dolo profeſſo perſuaſit egredi à religione peccauit quidem grauiter, vt conſtat, ad reſtitutionem tamen nulli tenetur, & quidem quod Apoſtatæ nihil ſit reſtituendum, patet quia ipſe uolens egreditur, ergo nulla ei fit iniuria, quod veri nec Religioni. *c* Sot. 4. Iuſt. q. 6. a. 3. & alij nu. 30.

1 Probatur primo, quia ſi ipſe profeſſus ſua ſponte exiret, nihil teneretur Monaſterio reſtituere quamuis ratione uoti redire teneatur, ergo nec cum ab alio perſuaſus.

2 Secundo lucra, & emolumenta iam acquiſita debentur Monaſterio ex iuſtitia, acquirenda verò tantum ex obedientia quare reſtitutionis uinculum ex iuſtitia non inducunt.

3 Tertio Monachus præfectus cathedræ adhuc in religione manens ſi aut propria voluntate, aut aliorum ſuaſionibus omitteret debitas legere lectiones, vnda redditus qui proueniunt Monaſterio minuerentur, nulla induceretur reſtitutionis obligatio nec contrà ipſum, nec contrà conſulentem, cum Monaſterium ius ad illos redditus non habeat niſi ſuppoſita illius uoluntate legendi.

Contrarium docuerunt *d* Sco. & alii nempe eum qui dolo aliquem à religionis profeſſione abduxit teneri ad reſtitutionem religioni faciendam. *d* 4. d. 15. q. 3. Palu. Riccard. Bacchon. & alij nu. 22.

Probant ex *e* cap. ſi ſeruus, in quo Epiſcopus ſcienter ordinans ſacris ordinibus ſeruum alienum, tenetur duplum reſtituere, cū faciat contra ius domini ergo, pari ratione extrahens profeſſum à religione, &c.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem ſerui ad Dominum, & religioſi ad prælatum, quamuis enim religioſus addicatur ſit monaſterio, non tamen vt ſeruus, ſed ut filius, ideoq; non in præ- *e* diſt. 54.

lati,

lati vtilitatem, ſed in eiuſmet ſpirituale commodum per uotum obedientiæ poſſidetur.

a Arag. 2. 2. q. 62. ar. 2.

a Dicendum quinto Quicunq; fraude, aut minis impedit aliquem à religionis ingreſſu ſpeccat, & tenetur reſtituere, non quidem religioni, quæ nullum ius adhuc habet in illo, ſed diſſuaſo, relinquendo illum in ſua priſtina libertate, qua priſtinum ſi velit religionis animum iterato concipiat, quod ſi nolit, nulla amplius remanet reſtitutionis obligatio

Qui ut aliquem a religionis ingreſſu impediunt eidem reſtituere tenentur a in reſtituenda &c.

b Nau. ca. 12. nu. 45. & alii nu. 31

c quos refert Sayrus ubi ſupra n. 22.

Dicendum ſexto, qui profeſſum per iniurium à religione extraxit, ex cuius præſentia vtilitas aliqua temporalis religioni proueniebat ſiuè ex iudicio perſonæ, ſiue ex parentum hæreditate tenetur ad reſtitutionem, de damno tum religioſo, tum religioni illato arbitrio boni viri, ratio quia vbi iniuria ibi obligatio reſtitionis, habetque tam religioſus, quam religio ius, ne ſibi iniuria inferatur, qui verò tantum nouitium ſic per iniuriam extraxit ei tantum tenebitur ſatisfacere vt ſupra &c.

Extrahens per iniuriam profeſſum a religione tenetur de damno illato tã religioſo tã religioni quod ſi ſit nouitius, ei tantum debet ſatisfacere.

d Matth. 19. in ill. ſiuis perfectus eſſe.

e Tri. Seſſ. 25. de re. c. 18. & c. 15.

f S. Tho. 2. 2. q. 10. a. 8. colligitur ex ca. maiores, de bapt. & eius effec ca. iudæi de iudæis, &c. de iudæ. d. 43.

b Dicendum ſeptimo. Qui vtcunq; profeſſum, aut nouitium à religione abduxit, non tenetur ipſe loco illius ingredi religionem Eſt contra c Scotum, & alios. Probatur.

Abducens aliquem a religione non tenetur eius vice religionem ingredi.

Primo Vota religionis ſunt ex d conſilio, ac proinde tum iure diuino, tum propria eorum conditione ſpontanea eſſe debent, at ſi qui alium à religione abduxit, teneretur eandem ingredi, ſtatus religionis ei eſſet ſub præcepto, contra naturam ipſius uoti, &c.

1 Ex natura utrorumque debent eſſe libera.

Secundo ex uſu eccleſiæ, quę licet delinquentes in monaſteriis tanquam in carceribus includat, nunquam tamen eos ad religionem profitendam adigit, e quin potius ſemper decreuit, ne vis aliqua circa eam adhibeatur.

2 E uſu eccleſiæ condemnatos in monaſteriis ut in carceribus non ut Religioſos &c.

Tertio f ex nullo titulo, quis cogi poteſt ad fidem ſuſcipiendam ergo multo minus ad religionem, conſequentia patet cum illa ſit ſimpliciter ad ſalutem neceſſaria, hæc uerò non.

Quarto ſi qui vice egreſſi profiteatur, & dehinc egreſſus redeat religio habere duos pro vno.

Quinto poteſt contingere, vt egrediens ſit idiota, & inutilis, is uerò qui illum extraxit ſit doctus, & utiliſſimus.

Quæ vero in contrarium, adduci ſolent facilè diſſoluuntur, nã primo qui ingreſſi ſunt religionem pro huiuſmodi crimine, dicemus id præſtitiſſe non ex obligatione iuſtitiæ ſed diuina inſpiratione.

Et rurſus, qui teſtatorem fraude reuocauit à piis legatis condendis, tenetur reſtituere, quia interceſſit iniuria quę obligationem ex inſtitia ad reſtituendum inducit.

De Reſtitutione Damni in bonis corporis, Cap. II.

a Gabr. 4. d. 15. ar. 1. not. 1

Læſio corporalis duplex.

SVpponitur per damnum in bonis corporis illatum intelligi vitæ, corporalis læſionem, hæc autem *a* duplex eſt, quędã enim infert mortem, vel membrorũ mutilationem, qua quis ad naturaliũ operationum exercitia redditur ineptus, quædam verò eſt vulneratio non extrema, neque ex ea organi debilitatio ſequitur, vel naturalem tollens operationem, ſed aliquantulum eam impediens.

In hoc etiam genere reputantur verbera, iniqua detentio in carcere, aut ſeruitute &c. & in his omnibus duplex poteſt damnum inferri, vnum naturale priuando ſcilicet bonis naturalibus, cuiuſmodi ſunt vita, membra, libertas, aut temporale in bonis externis, & hoc vel propter expenſas, quas cogitur facere ratione illius læſionis, uel quia ceſſat lucrari.

Læſio corporalis fieri pōt iuſte, & iniuſtè, & hoc tantum ſecundo modo inducit uinculum reſtitutionis.

Et quia obligatio reſtitutionis non niſi ob violatam iuſtitiam inducitur, indè eſt quod cum quis alium lædit ſi iuſtè id facit, ad nihil tenetur, quamuis adhuc iuſtè id faciens poſsit peccare contra charitatem, ut iudex iuſtam ferens ſententiam ſed ex odio &c. His præmiſſis.

Dubitatur primo. An iniuſtè occidens, uel mutilans alium, teneatur reſtituere, & quod nam. In hac re.

b S. Tho. 2. 2. q. 62. a. 2.

Primo certum eſt, ablatam uitam, aut membrum mutilatum ab homine non poſſe reſtitui.

Homicida tenetur ad damna ratione expenſarum.

c c. ſi rixati c. ſi culpa tua de iniu. & dãno dato, & Docto apud Sayrum nu. 6 §. Dicendum eſt.

b Secundo certum etiam eſt, quod cum res ablata reſtitui non poteſt, ut in ſupradictis caſibus, ſatis eſt reſtituere quantum poſſibile eſt, & de hoc quæritur quidnam illud eſſe debeat.

c Dicendum primo homicidam teneri ad omnia damna illata in temporalibus, detrahendo duntaxat ea, quæ ipſemet occiſus inſumpturus eſſet in cibo, & potu attenta qualitate perſonæ.

Necnon ſ ad lucra ceſſãtia.

Dicendum ſecundo, compenſanda etiam eſſe lucra ceſſantia arbitrio boni uiri.

Scoti doctrina in hac materia quomodo accipienda.

d c. 15. nu. 22.

Circa expenſas autem funeris eſt ſingularis *d* Nauar. doctrina ad eas quoque homicidam teneri, ſed fortè, intelligi debet, quã do ex mortis acceleratione maiores expenſę eſſent faciendæ.

e 4. d. 15. q. 3. §. de ſecundo.

Simil. er quæ in hac materia, affert *e* Scotus, ad bonum ſenſum ſunt reducenda, Illud enim quod primò dicit occidentem teneri ad patienter ſe offerendum ad mortem ubi eſt lex talionis ut occi-

occidens occidatur, debet enim intelligi quod debet patienter capitalis ſententiæ executionem pati, iuxta ea, quæ tomo primo, dicta ſunt, cùm aliàs tantum abſit, quod teneretur ſe vltro ad mortẽ offerre, *a* quin potius iuſtè, ad mortem poſſit citra iudicis, & cuſtodis iniuriam aufugere, ſic quod.

Secundo docet teneri homicidam ad compenſandum damnũ Reipublicæ illatum pergere ad iuſtum bellum, non eſt verum, cũ compenſatio damni habeatur ratione dominij partialis, non autem vniuerſalis, & demum quod addit ſatisfaciendum eſſe pro anima occiſi infra examinabitur.

Occidens cum qui habebat annuos redditus, obnoxius eſt reſtitutioni arbitrio boni viri.

Dubitatur ſecundo. Quid ſit reſtituendum, cum qui occiſus eſt, habebat annuos redditus ſua vita durante.

b Reſpondeo ſtandum eſſe arbitrio boni viri, qui citrà paſſionem id æſtimet.

Etiam ſi ex damno illato corpori nullũ ſequatur dãnum in bonis fortunæ adhuc aliquid reſtituendum eſt.

Dubitatur tertio. An aliquid ſit reſtituendum, cum ex damno accepto in corpore, nullum ſequitur damnum in bonis fortunæ.

c Reſpondeo affirmatiue, quia bonum illud corporale damnificatum, eſt pretio æſtimabile.

Soluitur primum argumentum Soti & Nauar. ex ratione petitum.

Contrarium docuerunt *d* Sot. & *e* Nauar. volentes non eſſe reſtituendum ex iuſtitia. Probant.

Primo præſertim, de vita quæ non poteſt ad æqualitatem compenſari.

Reſpondeo ſatis eſſe, ſi reddatur æquiualens, quantum poſſibile eſt.

Soluitur ſecundum ex legum authoritate.

Probat ſecundo, ex *f* l. qua actione, *g* & alijs.

Vbi damnum illatum tantum in morte ſecuta conſiſtit ſuffragijs fiet compenſatio.

Reſpondeo in ijs, taxari reſtitutionem expenſarum, quæ factæ ſunt in curatione, prçterire autem reſtitutionem, pro damno illato, non quia non ſit faciendum, ſed quia non poteſt condigne compenſari, & ſtandum eſt arbitrio boni viri &c.

Dubitatur quarto. Quibus facienda ſit compenſatio in caſu prædicto.

Læſo corporalis morte non ſecuta compẽſatur arbitrio boni viri.

Dicendum primo. *h* Si mors ſecuta ſit, & nullum aliud damnũ temporale, tunc recompenſatio facienda eſt defuncto, non hæredibus, cum bonæ vitę ad hęredes non ſit tranſmiſſibile ideoque, ſi ſit fidelis, ſuffragijs, arbitrio Confeſſarij ſubleuari debebit.

Dicendum ſecundo. Si damnum ſit illatum, in aliquod corporis membrum, arbitrio boni uiri fiet compenſatio, quam ſi lęſus irrationabiliter reſpuat, qui lęſit ad nihil amplius obligabitur.

Dubitatur quinto. Quibus facienda ſit reſtitutio ſi & damnum illatum ſit, in temporalibus, & mors vulnerari ſecuta ſit.

i Reſpondeo omnibus illis hęredibus, quos qui occiſus eſt, ex iuſtitia, & neceſſitate alere tenebatur.

De tempore autem, pro quo occidens eos alere teneatur, nihil certi decerni poteſt, prçſertim cum id quod habetur in ſpe non tantum valeat quantum id, quod habetur in re, vitaq; hominis ſit incerta. Proderit igitur in hoc attentis omnibus circunſtantijs viri prudentis conſilium exquirere.

a Coua. 1. var. reſol. c. 2. S. Th. q. 69. a. 4.
b Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 2. du. 2.
c Sylu. V. reſtitu. 3. q. 2. §. Primum, & alij n. 10. vide ex o. 21. vbi dãna corporalia pecunijs taxata ſunt.
d 4. iuſt. q. 6. ar. 3. ad 3.
e in Man. c. 15. n. 22.
f §. ſi quis, ff. ad l. Aquiliam.
g Habes apud Sayrum n. 9. §. quam ſententiã.
h Salon. 2. 2. q. 62. a. 2. controuer. 4. in fine.
i Sot. q. 4. iuſt. q. 6. a. 3 ad 3.

Dubi-

Dubitatur ſexto. An cum quiuis pro homicidio capitali ſupplicio plectitur, adhuc damna in temporalibus illata reſarcire hæredibus teneatur.

Punitur capitali ſupplicio ob homicidium, adhuc tenetur de dāno temporali.

a Reſpondeò affirmatiuè, *b* nam & ſi per pœnam mortis, ſatisfiat Reipublicæ, cui intereſt, ne delicta maneant impunita, damnificat etiam partem læſam, ergo & idem tenetur ſatisfacere idque arbitrio prudentis, vt ſuprà, vbi autem dubium eſt, tute remiſſio obtineatur, *c* Ceſſabit etiam eiuſmodi, vinculum reſtitutionis vbi pars Læſa velit quod occiſor per mortem corporalem velit nedum Reipublicę ſed & ſibi ſatisfieri.

Remiſſio quæ a parte læſa obtinetur debet explicitè continere an ſit etiam reſpectu damni illati, an tantum odij, & vt charitati conſulatur.

d Vbi autem remiſſio à parte, lęſe obtinetur, optimum erit explicari an fiat ex charitate, nempe vt quis animę ſuę conſulat, an etiam vt condonet, quæ ratione iniurię, & damni illati ſibi debeantur, prę ſertim cum aliquando ſit contra charitatem remittere huiuſmodi damna vt v.g. cum hæredes ſunt orphani, & egeni.

Soluuntur ratio Scoti, & aliorum.

Contra hanc concluſionem, docuerunt *e* Sco. & alij. Probant quia non decet quempiam bis puniri, quod contingeret ſi pręter mortem inflictam teneretur ad damna.

Reſpondeo ex his vnicam conflari punitionem, nam quatenus offendit Rempublicam plectitur ſupplicio, quatenus partem, cōpenſat damna, à ſimili qui debet vni centum, & alteri quinquageta, non liberatur ſi vni tantum inorum, ſoluat quod debet, ſed vtriq; ſatisfaciendum eſt.

Hæredes ſuccedentes in bonis homicidæ regulariter tenentur ad damna.

Dubitatur ſeptimo. An homicida non reſtituente, hęredes qui in eius bonis ſuccedunt reſtituere teneantur.

f Reſpondeò affirmatiue, & procedit etiam in fiſco ſi bona homicidę ſunt confiſcata; Fallit autem concluſio, cum bona eiuſmodi non ſunt libera vt feuda, niſi homicida viuens condemnatus fuiſſet, tunc enim bona tranſiſſent in rem iudicatam, & hęc obligatio reſtituendi manet etiam in conſcientia.

Dubitatur octauo. An occidens, vel mutilans debeat reſtituere quantum viuens & non mutilatus laborando fuiſset lucratus.

g Reſpondeo affirmatiue, & ſiquid minus viri prudentis iudicium id decernat.

Dubitatur nono. Quid reſtituendum ſit ubi ex vulnere tantum cicatrix aut deformitas ſequitur.

Reſpondeo id quod uiri prudentis, iudicio extimabitur attentis omnibus circunſtantijs.

Dubitatur decimo. Quod reſtituendum cum ex percuſſione ſequitur ſolum, leſio in honore v. g. quia alapa vel fuſte percuſus eſt.

Reſpondeo teneri, ad integre reſarciendum honorem ut ſuprà latius.

Dubitatur vndecimo. An ſi aliquis peremptus eſt, aut mutilatus debita creditoribus non ſoluuntur, quę occiſus aut mutilatus laborando ſoluiſſet, teneatur ad ea occiſor, uel mutilator.

a Couar. 2. var. reſol. ca. 10. & alij nu. 16. §. Alij vero.
b argum. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquiliā.
c Colligitur ex l. 1 ff. qui ſatis dare cogantur, & ex l. ſi rem § omnis ff. de pig. act.
d Salon. 2. 2. q. 62. a. 2. contr. 9.
e Vbi ſup. Hadrian. & Salon.
f Nau. ca. 15. nu. 25. & alij n. 19.
g Valē. to. 3. diſp. 5. q. 6. punc. 5. §. 1.

Re-

Reſpondeo negatiuè, ſi ex odio tantum occidit, aut mutilauit, ſecus ſi ex hac intentione, ne ſcilicet debita creditoribus ſoluerentur.

Creditorib. occiſi ſatisfaciendum eſt ab homicida, cum ea intentione occidit.

Ratio primi eſt, quia tunc creditoribus nunquam lędit homicida, niſi indirectè, neque tenebatur curare de aliorum creditis.

Ratio ſecundi eſt, quia tunc intercedit fraus, & iniuria creditoribus.

Damnum citra iniuriam non inducit obligationem reſtituendi.

Nec obſtat, quod in omni caſu ſemper damnum inferatur creditoribus, nam damnum citra iniuriam, non inducit obligationem reſtituendi.

Reſtitutio virgini defloratæ debetur ob dãnum violatio

a Dubitatur duodecimo. Ad quid teneatur qui Virginem deflorauit.

a Authores qui de hàc re tractant habes apud Say. n. 25.

Dicendum primo, reſtitutionem ei deberi, non ex damno ſpirtuali ſed corporali, ex eo ſcilicet, quod cum pudoris clauſtra ſint violata, aut omnino non nubet, aut certe non æquè bene.

Puellæ conſentienti, & eo magis inuitanti ad deflorationem regulariter nulla debetur reſtitutio ex iuſtitia.

b Dicendum ſecundo. Puellæ ſcienti, & conſentienti, & multo magis iuuitanti ad deflorationem, regulariter nulla debetur reſtitutio.

b S. Anto. p.2. tit. 5. c.6. § 1.

Ratio quia ſic ei nulla iniuria eſt irrogata, c cum ſit domina ſui corporis, vnde licet male agat, tradendo ſe nuptui ſine parentum conſenſu, ſi tamen id fecerit, ſolum peccabit contra pietatem, non contra iuſtitiam.

c Sot 4 d. 17. q. 2. a. 4.

Nec parentibus puellæ ſic defloratæ aliquid reſtituendum. Satisfactio parẽtibus defloratæ facienda eſt in genere honoris & famæ.

Ex quadam verò benignitate, & æquitate, aliquid illi eſſet dandum, præſertim ſi poſt deflorationem, non ita benè nuberet.

d Speculũ coniugum tertia p. a 19.

d Quin nec parentibus, eiuſmodi puellæ ſic conſentientis ad ſtuprum aliquid reſtituendum eſt, nam quamuis illis fiat aliqua iniuria, non tamen talis, quæ ſit partialis iniuſtitia cum puella vt dictum eſt, ſit ſui corporis domina, & poſſit ſi velit nuptiarum iacturam pati.

e Ledeſm. 2.4.q.18. a.2.

Hactenus dicta procedunt in foro conſcientiæ, non autem contentioſo.

Quarè ſatisfaciendum eis erit, potius in eodem genere procurando eorum famam, & honorem.

f Nau. ca. 16. nu. 16. Pe. Na. de reſtit. l. 2. c 3 p. 4. n. 445.

e Quæ autem dicta ſunt procedunt in foro conſcientiæ, nam in foro iudiciali, etiam inuitatus à virgine, puniretur tanquam ſtuprator.

In caſu vero, in quo virgo precibus alicuius inducta conſenſit.

f Reſpondetur tunc teneri ſtupratorem, quando preces fuerunt non leues ſed importunæ, aut tales, quibus ob metum reuerentialem virgo diſſentire non potuit, vel cum fuit dominus, aut princeps, qui rogauit, horum enim preces iuſſa extimantur, & cum præ uerecundia conſenſit, quam ſtuprator aut aduertit, aut aduertere poterat.

g iux. c. t. de adult. & ſtupro l. vn. C. de raptu uir. & fauet gl. in reg. ſcienti de reg. iur. in 6.

Et hoc quod dictum eſt, procedit in foro conſcientiæ, g aliàs ſemper ſtruprator in foro exteriori, ad ſatisfactionem condemnabitur.

Deflorans virginem per vĩ aut dolum tenetur in foro conſcientia ad damnũ.

Dicendum tertio *a* Qui per vim, dolum, aut fraudem virginẽ deflorat etiam, ſi æquè benè deinde nubat, cum hoc ſit per accidens tenetur in foro conſcientiæ, reſarcire damnum arbitrio boni viri, ratio concloſionis eſt quia infertur ei iniuria in vno ex præcipuis bonis corporalibus.

a Victoria relatus a Nauar. in Ma.n.cap. 16.nu. 17 *b* Vbi ſup. *c* 1. inſtru. ca. 14. §. 81.

Intelligitur autem induci hanc obligationem ne dum per vim corporalem ſed etiam per grauem metum, & per falſas promiſſiones, quas tamen puella non credebat impoſſibiles.

Et ampliatur concluſio contra *b* Nau. ex *c* Med. etiam ſi maritus defloratam non deprehenderit, aut deprehenſam non curauerit, ratio quia ſemper eſt periculum, ne poſſit animaduertere, & ob id aſpere eam tractare &c.

z Tenetur deflorator in foro exteriori aut puellam ducere aut dotem nubenti ꝑ ſoluere.

Secundo in foro exteriori tenetur, aut eam in vſorem ducere, aut integram dotem perſoluere poſt iudicis ſententiam, *d* & inſuper corporali pœna à iudice plectendus eſt.

d colligitur ex ca. peruenit de adult. ac ſtupro.

Cæterum quia plures caſus in hac materia poſſunt occurrere, ideo eos ſequentibus concluſionibus dirimemus.

Prima ſi deflorans virginem non promiſit eam ducere in vxorem, ſatis erit ſi pudoris virginalis violationem attenta perſonæ qualitate compenſet, eſt enim pecunia æſtimabilis, & hoc etiam ſi nullum aliud damnum ſequatur, & ęquè bene nupſerit.

Deflorans virginẽ cũ promiſſione futuri matrimonij tenetur eam ducere Limitatio.

Secunda *e* Si deflorans promiſit virgini matrimonium, vere, & ex animo tenetur eam ducere, nec poteſt aliter ſatisfacere niſi ipſi conſentiat, ratio quia puella tantum intuitu matrimonii conſenſit in ſtuprum.

e Na. Ledeſm. Valen. Salon &c.

Limitatur tamen niſi ex eiuſmodi matrimonio magna incommoda ſequerentur, & ſatis diſparis rationis eſſent, idq; in praxi receptum eſt, quamuis in rigore vera ſit concluſio, quod ſi ex defloratione vbi mille aurei ſufficiebant pro nuptiis, requiruntur duo millia, totidem tenebitur dare deflorator, & quod diximus de promiſſione matrimonij ampliatur etiam ad promiſſionem dotis

f Ang. V. ſtuprum, & alii nu, 34.

Ficto promittens ſeductorum puellam quam deflorauit, tenetur ſub mortal. ſtare promiſsis.

f Tertia. Qui fictè promiſit puellę eam ducere ſi ſit cum ea equalis conditionis, aut paulo inferioris, tenetur ſub mortale eam accipere in vxorem, ratio quia ex parte puellę impleta eſt conditio contractus, *g* nec prodeſt fictio ſtupratori, à ſimili ſiquis ſeduxit aliquam dicendo ſe non habere vxorem, poſt mortem verę vxoris tenebitur ducere ſeductam ſi iſta velit in pœnam fraudis &c.

g vt colligitur ex ca.1. & 2. de adul. & ſtup.

Concluſio autem intelligitur ſecuta virginis corruptione, quãuis adhuc in re graui non adimplendo promiſſum peccet mortaliter.

h Quarta. Qui animo deceptorio promiſit puellę ſe eam ducturum, & puella id animaduertit, aut animaduertere debebat ex magna inęqualitate, nobilitatis, diuitiarum &c. etiam ſi eam vitiauerit, non tenetur cum ea contrahere.

h Sot. 4.d. 27. q.1. a. 3.

Reſpondeo, quia in hoc caſu non pręſumitur puella ſeducta, debebat enim ſuſpicari eiuſmodi fictionem, ideoq; ſatis erit illam ſufficienter dotare.

Quin-

a Corduba lib. 1. queſt. q. 13. d. 5. & tra. de caſib. conſc. caſu 48. & 49 & alij n. 36.

a Quinta Rem habens cum muliere deflorata, quam virginem credebat, & ſi promiſerit matrimonium, non tenetur attendere, neque aliquid reſtituere, ſi eius fama in nullo eſt læſa, aut ſi læſio ex culpa mulieris ſecuta eſt, ſecus ſi ex iactantia, aut alia ſimili culpa fornicarij iacturam eiuſmodi mulier patiatur, tunc enim ad reſtitutionem tenebitur arbitrio boni viri.

De florata quæ e ve virginem proſtituit, nihil reſtituē dum niſi iactura famæ culpa fornicarij ſequatur.

De bonorum Externorum reſtitutione. Cap. III.

INter bona extrema cum præcipiuum ſo ũh beant fama & honor, ideo de eorundem reſtitutione primo loco agendum.

Fama autem cum iuxta nominis ethimologiam à fando deriuetur, ideo vbi non eſt locutio, & ſi credulitas adſit, habere locum fama non poteſt, & quamuis à nobis fama in bonam partem accipiatur, verè tamen, vt tam de bono, quam de malo loqui homines poſſunt, ita & circa vtrunque habere locum nil vetat.

Famę ethimologia, ſumitur hic in bonam partem.

b alias definitiones cum earũ dē impugnātibus, habes apud Saytum n. 3 c So. 4 iu. q. 6. ar 3. ad 4. & alij n 4. d Sil. V. fama n 1 & 2. e Salon, 2. 2. q 62. ar. 2. contro. 12. f S. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 1. g Riccar. 4. d. 15. ar. 5. q. 3.

b Definitur autem fama communis, & clara opinio, ſeu extimatio bonæ, & inculpæ vitæ voce manifeſtata, quam de aliquo habent homines.

Diffinitio Famæ.

Communis, c quia dicta paucorum non ſunt ſatis, potiuſque rumorem gignunt quam famam, (voce manifeſtata) d quia interior opinio non eſt ſatis.

Honoris. Detractionis.

e Honor vero eſt, cultus, & reuerentia, quæ alicui exterius exhibetur, ratione virtutis, dignitatis, aut excellentiæ.

Famę opponitur infamia, & detractione lęditur, eſtq; detractio f iniuſta famæ ablatio ſiuè denigratio per verba occulta cum intentione nocendi ſaltem in fama.

Similiter honori opponitur cõtumelia, quæ in alios verbis quidem committitur, ſed manifeſtè, non clanculum.

Quid contumelia.

Differunt fama, & honor præſertim, quia aliquando competere poteſt fama vt homini priuato, & non honor, ſicut è contra Principi viro competit honor, & non fama ſi præter gradus ex excellentiam bonis non polleat moribus.

g Poteſt autem quis infamari quatuor modis.

Primo imponendo alicui falſum crimen, idque ſiue in iudicio, ſiue extra.

Secundo detegendo ſecretum crimen alterius, veruntamen idque etiam aut priuatim contra ordinem charitatis, & correctionis fraternæ, non admonendo prius illum ſecreto aut publice contra iuris ordinem, vt cum quis coram iudice reuelat crimen, quod teſtibus probare non poteſt.

Tertio quando quis alium infamat ad ſui honoris defenſionem idq; etiam aut iure, vt cum fur v.g. ait ſuum denunciatorem eſſe mentitum, cum hic per teſtes ſuam denunciationem probare nõ poteſt, aut contra ius, cum adhuc conuictus, negat obiectum crimen.

Quarto cum quæ ab alijs audiuimus de proximo alijs referimus. His præhabitis.

Imponens alteri crimen falsũ peccat mortaliter.

Quæritur primo. An crimen falſum alteri imponens peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.

Reſpondeo affirmatiuè, prima pars patet, eſt enim detractio ex genere ſuo peccatum mort. contra octauum præceptum, Non falſum teſtimonium dices, & probatur.

Probatur ex ſcriptura. *a* Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar, & ab *b* Apoſtolo detrahentes dicuntur Deo odibiles &c.

Secundo quia eſt, contra ius naturæ faciendo alteri, quod ſibi quis fieri non vult.

Tertio quia ſic graue, damnum infertur, aut inferri intenditur.

a pſal. 100 *b* Rom. 1. vide Iac. 4.5. Tho. 2.2. q. 74. a. 2. ad 3.

Aliquando eſt veniale ex leuitate materia animi leuitate, aut defectu plenæ deliberationis etiam in re graui.

c Si autem res, quæ falſo imponitur ſit parui momenti, & eo amplius ſi ex leuitate quis moueatur, aut deſit plena deliberatio, quam linguæ celeritas ſolet præcurrere etiam ſi materia ſit grauis, non peccatur niſi venialiter.

c Sot. 5. iu. q. 10. a. 2.

Addit *d* Nauarr. peccari etiam mortaliter, ex falſa impoſitione rei venialis, aut naturalis defectus attentis circunſtantijs nempè cum ob id ſequitur impedimentum in adipiſcendis officijs, & gradibus &c.

d ca. 18. n. 15.

Iudex imponens iuxta allegata et probata falsũ crimen reo non peccat.

e Excuſatur tamen omnino, iudex qui per allegata, & probata falsò tamen reo, per ſententiam falſum crimen imponit.

e Alen. p. 3. q. 40 m. 6. a. 2.

Falſi criminis impoſtor tenetur ad reſtitutionẽ.

Secunda pars quod ſcilicet talis impoſtor falſi criminis ad reſtitutionem teneatur videtur de fide, aut ſaltem ex altera de fide colligitur, ſi enim *f* fama, & bonum nomen præfertur diuitijs, & reſtitutio pecuniæ iniuſtè ablatæ neceſſaria ſit ad ſalutem, ergo multo magis reſtitutio famæ &c.

f prouer. 22.

Confirmatur quia ad bona temporalia, necnon ad ſpiritualia multum confert bonum nomen.

g Vt autem hæc reſtitutionis obligatio locum habeat neceſſe eſt, vt vere quis ex alterius impoſitione remaneat infamatus, ſi enim impoſtor nihil obtineat penes aliorum mentem, nõ debet reſtituere, ratio quia nihil abſtulit, ſic quamuis fur cõtenderit furari, ſi tamen effectu fruſtratur, ad nihil reſtituendum obligabitur.

g Adrian. quodlib. 11. in reſpõ. ad 5. difficul. litera R. & alij n. 15.

Quæritur ſecundo. An ei qui falsò eſt infamatus debeatur reſtitutio

ſtitutio ab infamatore ſi ipſe iam optimis ſuæ bonitatis argumentis ſe ab infamia liberauit.

a Pet. Naua. 2. reſt. ca. 4. p. 3. dub. 3. nu. 372. & alii nu. 14 §. contraria tamen.

Infamatus qui ſe ſua bonitatis argumentis liberat ab infamia, alia reſtitutio famæ non eſt facienda.

Reſpondeo negatiuè, a ratio quia damnum compenſatum eſt nulla que remanet inæqualitas; ſic à ſimili ſi pallium mihi ablatū à Ioanne pro me recuperem, Ioannes non tenebitur amplius reſtituere, & infamatus penes Iudicem de hæreſi, ſi per Iudicis ſententiam declaratur indemnis, non eſt cur ab infamante aliam ſatisfactionem expectet, &c.

b in c. inter verba nu. 865 & Adrian. 4. de reſt., q. de reſt. famæ q. 1. §. cōtra præ dicta.

Contrarium docuit b Nauar. & Adrian. Probatur primo. Ei qui in bonis temporalibus læſus eſt, & ſi habeat aliunde, adhuc debetur reſtitutio ergo, &c.

Soluitur prima ratio Nauar. & Adrian. in contrarium.

Reſpondeo diſparem eſse rationem, nam vere manet ille re ſua ſpoliatus, non ſic autem manet quis infamis poſte efficacem purgationem &c.

Probatur ſecundo. Virgini defloratæ per vim debetur reſtitutio, etiam ſi deindè nupſerit æque bene.

Soluitur ſecunda ratio

Reſpondeo etiam eſse diſparem rationem; puella enim vere adhuc patitur damnum; at verò qui ſe perfecte ab infamia liberauit nullum amplius patitur damum; Damna tamen, quæ antequam quis ſe ab infamia vindicaret perpeſſus eſt, eſſent ab impoſtore reſarcienda, & pro clariori notitia.

Quæritur tertio. An inique proximum infamans, teneatur ad omnia damna temporalia inde ſubeſcuta, & extenditur quæſtio etiam ad eum, qui alterius crimen, verum quidem, ſed occultum propalauit.

c Sot. 4. Iuſt. q. 6. a. 3. ad. 4.

Dicendum primo, quantum ad iniuſtam infamiam, ſi damnum quod ex ea ſequitur eſt in bonis iam quæſitis, c in integrum facienda eſt reſtitutio, ſi vero de quærendis fiet arbitrio boni viri.

Ratio diuerſitatis eſt; quia bonum in ſpe minus valet quam in re, & actualiter.

d Nau. ſ. c. 18. nu. 45.

Soluitur ratio in contrarium.

Dicendum ſecundo. d Circa reuelantem occultum, ſed verum crimen, ſuppoſita eadem diſtinctione eodem modo quo ſuprà fieri debere reſtitutionem, vel in integrum, vel arbitrio boni viri.

Obijcies primo. Maius peccatum committitur inique infamando, quàm detegendo crimen occultum, ergo maior reſtitutio in illo, quam in iſto caſu facienda eſt.

Ratio maiorem, aut minorem obligationem reſtituendi naſci non ex maioritate culpæ, ſed ex maiori damno contra iuſtitiam illato & quia in vtroque caſu æquale damnum contrà Iuſtitiā quis pati, poteſt, ideo, &c.

Obijcies ſecundo, cauſa præcipua damni in hoc poſteriori caſu, eſt ipſum crimen commiſſum, reuelatio autem videtur tātum cauſa ſine quā non, ergo &c.

Soluitur ſecunda ratio

Reſpondeo etiam eſse cauſam per ſe, quia quamdiu manet crimen occultum, nullum ſequitur damnū; ex ijs patet quid dicēdū de reuelante Virginis occultā deflorationē ne nubat honorifice aut alterius crimine, ne ei à teſtatore legatum relinquatur.

Quæritur quarto. Quomodo ſit famæ ſatisfaciendum poſt falſis criminis impoſitionem.

Qui alterum, iniuſtè infamauit, tenetur ſe retractare.

Reſpondeo *a* ex communi, quod qui alterum infamauit, tenetur ei famam reſtituere dicendo ſe eſſe mentitum, ratio quia ſic redditur æquiualens, &c.

a S. Th. 2. 2. q. 62. 2. ad 2. & alij n. 22.

Obijciès, ordine charitatis tenetur quis prius ſe diligere, & propriam famam conſeruare, quàm alienam, ſed retractando quis ſuam impoſturam, infamat ſeipſum, ergo non ità debet famam ablatam reſtituere.

Obiectio. Soluitur in contrarium.

Reſpondeo *b* quod & ſi bona propria ſimpliciter præferenda ſint alienis eiuſdem generis, ſecus tamen eſt quando bona illa iniuſte poſſidentur vnde cùm quia ex quo aliquis proximum infamauit, iniuſte famam propriam poſſidet ideò, &c. Et Confirmatur quia ſemper potior eſt conditio innocentis, & patientis iniuriam, quam inferentis iniuſte.

b Gabr. 4. d. 15. ar. 5. dub 5. Sc. Riccard.

Limitatur primo ſupra dicta concl. Limitatur ſecundo.

Limitatur tamen Concluſio. Primo, modò ne aliter æque bene ſatisfieri poſſit, dicendo v.g. ſe eſſe hallucinatum, aut alio mitiori modo vtendo.

Secundo modo *c* ne infamans multò imminentioris conditionis eſſet infamato, tunc enim aliàs arbitrio boni viri eſt ſatisfaciendum, vt pecunia, honoris exhibitione, &c.

c cord. l. 1. q. 9. 33. a. 2. & alij n. 24. S. Secunda eſt, & nu. 25. ex Adriano, &c. d a 2 ad 2. e V. Detractio qu 9. caſu 2. Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 3. dub. 16. n 416. f ſalõ 2. 2. q. 62. a. 2. contr. 15. concl. 2.

Et infamatus tenetur acceptare, & cet. & elicitur *d* ex D. Thom.

Refellitur Syluester.

Contrarium docuerunt *e* Sylu. & alij volentes non eſſe reſtituendum in alio genere, quod in proprio non poteſt, ſed perperam cùm iuſtitiç equalitas non conſiſtat proprie in ipſis naturis ſpecificis, ſed in rationabili compenſatione ad humanum morem.

Proximi damnum cum ſuo maiorem detrimẽto quis, reſarcire non tenetur.

Et quidem doctrina ſecundę limitationis vera etiam eſt, quando iniuſte reuelatur occultum crimen, nunquam enim tenetur quis cum maiori ſuo detrimento in eodem, vel diuerſo genere reſarcire proximi detrimentum.

Quæritur quinto. An qui alium infamauit, ſi intelligat ſuè ſimplici retractationi fidem non eſſe adhibendam, teneatur eam iuramento firmare.

Reſpondeo affirmatiue ratio quia tentanda eſt omnis *f* via, vt fiat reſtitutio, & præſertim quæ licita, & facilis, cuiuſmodi eſt iuramentum, teſtes autem non tenebitur adhibere ad ſuam palinodiam, niſi quando ſuſpicio inualeſceret, quod ipſe ſe retractaret non conſcientia, ſed pretio, aut precibus.

Exiſtente morali certitudine, quod quis famam ſit reſtituturus, poteſt abſolui ſecus non.

Quæritur ſexto. An ante eiuſmodi famæ reſtitutionem quis poſſit abſolui.

Reſpondeo negatiue niſi confeſſarius maximam habeat certitudinem moralem, quod quamprimum commode poterit, ſit reſtiturus.

Probatur. I.

Probatur Primo à ſimili, neque enim eſt abſoluendus is, de quo hæc eadem certitudo moralis non habetur, quod quampri-

mum

mum commodè poterit bona aliena reſtituet, cùm tamen fama illis præponderet.

a Matt. 5. *b* Cap. 6.

Secundo quia facilius obediunt pœnitentes Confeſſarijs, cum ſuſpenditur abſolutio, &c. 1

Tertio quia eſt iuxtà Chriſti præceptum, *a* ſi offeres, &cæt. va de prius reconciliari, & in *b* leuit. dicitur prius reddenda quæ per fraudem obtenta ſunt, tum offerendum arietem pro peccato. 3

Quæritur ſeptimo. An infamans ſeipſum peccet, & ad retractationem teneatur, & intelligitur etiam in iudicio, vt qui ex vi tormentorum falſo ſe coram Iudice infamauit.

c Sot. Pet. Nauar. & alij.

Proprios defectus aliquando propalare eſt opus virtutis.

Dicendum primo proprios defectus *c* propalare aliquando nedum peccatum non eſt, ſed opus virtutis, vt verbi gratia, qui confeſſario ad pœnitentiam prudenti vero ad conſilium, amico ad leuamen, ſupeiori ad humiliationem, &c.

d Sot. & alii n. 31.

S. Auguſt. S. Anſelm.

Hinc Auguſtinus ſcripſit librum ſuarum confeſſionum, Anſelmus deplorat amiſſam virginitatem.

e Eccl. 41. *f* S. Th. 2. 2. q. 73. a. 4. ad primum. *g* Coua. 1. var. reſol. C. 2: nu. 8 pſal. 51. & 93. Iſa. 3. *h* Pet. Na. 2. de reſt. c. 4. p. 2. dub. 1. nu. 121. *i* Arag. 2. 2. q. 61. tr. de dom. obſer. & alij n. 35. *K* Nau. c. 18. nu. 20. *l* loco cit. *m* Salo. 2. 2. q. 62. q. 3. a. 3. poſt cōcl. 6. & alij n. 37.

Detegens propriū crimē ſine cauſa peccat venialiter ex genere ſuo.

Caue in quibus circumſtantiarum proprium crimē detegere eſt mortale.

Dicendum ſecundo. Qui propium *d* crimen detegit, ſine cauſa peccat, ſed peccatum ex ſuo genere non erit mortale, Et quidem quod peccet probabiliter tam ex parte criminis, quod ſuapte natura celari debet, quam ex parte famæ *e* cuius cura habenda eſt, quod verò ex ſuo genere non ſit mortale patet *f* quia vnuſquiſque eſt dominus ſuæ famę, vnde illam ſine cauſa prodigere ſine graui damno proprio, aut aliorum eſt uelut diuitias prodigere ſine citrà alterius iniuriam, prodigalitas autem ex ſuo genere non eſt peccatum mortale, quare & famæ prodigalitas erit veniale, quamuis grauius, erit autem mortale ex circunſtantijs.

Ratione complacentiæ, & iactantiæ.

Primo quando *g* in illis exultat, & gloriatur, *h* peccat enim peccato complacentiæ, & ſcandali. 1

Ratione ſtatus perſonæ cui incumbat aliorum cura, &c.

Secundo *i* cum quis ſe infamat de turpi, graui, & atroci crimine, & hoc ſiuè falsò ſiuè verè, vt ſi hæreticum ſacrilegum, aut boni communis aſſerat proditorem, nam quamuis homo ſit propriæ famæ dominus, eam tamen prodigere cum tam graui ſcandalo audientium minime debet. 2

Tertio. Quando eſt perſona publica, *K* cuius fama neceſſaria eſt, & maxime vtilis ſaluti aliorum, quorum cura illi incumbit, hinc cùm dixiſſet S. Thom. *l* hominem pro libito famæ ſuæ detrimentum poſſe pati ſubit, niſi vergat in periculum aliorum, eiuſmodi ſunt Prælati, Patres familias, Rectores, &c. 3

Et transgreſſores faciunt nedum contra charitatem, quod nemo negat, ſed etiam contrà iuſtitiam, cum ex iuſtitia teneantur curare ſuorum ſubditorum ſalutem.

Quarto. Quando talis *m* infamatio vergit in damnum propriæ vitæ, aut aliorum, & hoc nedum ſi mors ſubſequatur; ſed etiam mutilatio, vt ſiquis diceret ſe uirginem defloraſſe, cuius fratrem ſcit, & virgini, & ſibi mortem illaturum. Intelligitur 4

autem caſus iſte quando id fit ſine cauſa rationabili,& extra tormenta.

Quinto.*a* Cùm ex propia infamia alij eiuſdem conditionis infamantur indirectè, vt ſi cum religioſus, aut Clericus detegit ſua crimina, inducit in animum audientium alios religioſos, aut clericos eadem perpetrare, quod exaggerat *b* Auguſtinus.

Sexto:*c* Quando crimen falſum quis de ſe profert, & eo magis ſi cum iuramento, prima pars probatur; quia mentiri in re graui eſt peccatum mortale contra octauum præceptum. Non falſum teſtimonium,&c.

Secunda pars patet, cùm etiam rem leuem, falſam tamen iureiurando affirmare peccatum mortale eſt.

Infamare ſeipſum nõ eſt contra iuſtitiam regulariter

Dicendum tertio. *d* Infamare ſeipſum non eſt communiter contra iuſtitiam.

Ratio, quia ad ſe ipſum non eſt iuſtitia, vel iniuſtitia, & voléti non fit iniuria, & homo eſt dominus ſuæ famæ.

Ex accidenti autem quando ſcilicet per hanc infamiam orietur notabile detrimentum.

Tertio eſſe contra iuſtitiam.

Iniuſtè interrogatus poteſt ex vi tormẽtorũ ſua, & aliena occulta crimina propalare.

Dicendum quarto. *e* Qui iniuſtè interogantur, & metu tormentorum proprium occultum crimen propalant, non peccant mortaliter; ſed ad ſummum venialiter.

Ratio nam vel homo eſt dominus ſuę famæ, & ſic cum cauſa poteſt etiam prodigere, vix autem iuſtior, & efficacior cauſa reperire poteſt, quam tormenta vitare, *f* vel eſt tantum cuſtos ei, neque cum tanta iactura famam tenebitur cuſtodire.

Imò ſic iniuſtè tortus poteſt etiam alienum crimen reuelare, etiam ſi ſub ſigillo ſecreti, non autem confeſſionis illud accepiſſet.

Ratio quia ſolum ex charitate illud ſeruare tenetur ſicut res alias proximi, quando id poſſit ſine graui ſuo damno.

Procedit autem conluſio de tormentis grauibus, & diuturnis non autem leuibus, & momentaneis.

Dicendum quinto. *g* Qui in tormentis poſitus, & iniuſtè interogatus falsò ſibi crimen imponit, ſolum venialiter peccat.

Ratio, quia nullus tenetur cum tanto cruciatu vitam ſeruare ſed poteſt mitiorem, & breuiorem eligere mortem, vt tam longam, & acerbam euadat.

Nec per hoc dat cauſam per ſe propriæ mortis, ſed per accidens, & licitè commuttat longa tormenta, quæ ſunt mors quædã prolixa pro morte breuiori.

Secus ſi cũ iuramento, aut alios falſo infamaret.

Sexto. *h* Hoc autem intelligitur, quando id facit ſine iuramento, & eodẽ modo *i* peccaret mortaliter, ſi alios per tormenta falsò infamaret.

Tunc autem tenebitur ad famæ reſtitutionem, & ſibi, & alij cũ

autem

a S. Thō. 2.2.q.33. a.7.

b Ep. 137. c.2 ad plebem Hippon.

c Sot. 5. Iuſt.q.10. a 2.& alij nu.39.

d S. Aug. 1.Cri. ca. 17. & 20.

e Aug. V. Detractio a 6.& alij nu.41.

f Ledeſm. 4.q.10 ar. 2.

g Sylu. V Detractio q.3.& alij nu.42.

h Sot. in re.ect. de detegen. ſecr.m. 3. q.4 concl. 10.&c.

i Pet. Nauar. 2. de reſt. ca.4. p.2 dub. 1 num. 130.

autem ipſe, aut alii ſunt perſonæ publicæ, propter iniuriam, quæ aliàs manet Reipublicæ irrogata.

a Ang. V. Detractio §. 6. Semper a tamen conſultius erit, vt huiuſmodi homines cum iam vltimo ſupplicio afficiendi ſunt populo circunſtanti aperiant aut ſibi aut aliis falſum crimen ui tormentorum impoſuiſſe.

b Detra &io, & 2. 2. q. 73. a. 3. Contra nonnullas ex prædictis concluſionibus tenuit b Caieta. & vult primo eſſe peccatum mortale ex genere ſuo infamare ſe ipſum, & grauius quam ſi aliū infamaret, probat; quia tenetur plus ſuam famam propter Deum diligere quam proximi.

Reſpondeo id quidem uerum eſſe regulariter, fallere tamen ex ui tormentorum, ut in 4. concluſione dictum eſt. *Soluitur prima ratio Caie. in contrarium.*

Vult ſecundo hominem ad propriæ famæ conſeruationem teneri nedum ex charitate, ſed ex iuſtitia cum ſit pars Reipublicæ, ſed certe hoc tantum procedit in iis, qui publicum gradum, ſeu officium gerunt, ut ſupra concluſione quinta dictum eſt: & in iis ex quorum infamia ſiniſtræ opinionis detrimentum incurreret Reſpublica, ſecus in aliis, & ita intelligendus eſt. *Soluitur. 2.*

c relatus in ca. non ſunt audiẽdi. Aug. c agit enim de mulieribus, quæ ſub ſpecie ſanctitatis magna ſcandala cauſabant in populo, ex quibus apud exteros ciuitatis infamia naſcebatur.

d 12. q. 1. c. 4. Similiter, & in d Can. Nolo loquitur in caſu, uel quo fama noſtra eſt aliis neceſſaria, ut in perſonis publicis, uel ſolum eos reprehendit; quia nimis negligentes ſunt in famæ cuſtodia, & liberius viuunt quam deceat cum aliorum ſcandalo, & offenſione. *Explicatur S. Auguſt.*

Quod ſi obiicias illud e Eccleſ. curam habe de bono nomine. Reſpondetur ſolum id eſſe charitatis præceptum, & ibi ſpecialiter iniungi virtutum exercitium, ex quo bonum, nomen, & umbra ſolum conſequitur. *Soluitur authoritas ex Eccleſ.*

De

De ſecundo infamandi modo, quo reuelatur uerum crimen occultum alterius. Cap. IV.

Occultum proximi crimẽ celãdum eſt ipſo iure.

Naturali.

SVpponitur primo occultum alterius crimen celandum eſſe primo ipſo iure naturæ; vt enim uirtutes à naturæ lumine procedentes ſuaptè naturæ dignæ ſunt, ut omnibus palam fiant, ſic è contra peccata *a* cum ab ignorantia procedant & errore, iuxta illud, *b* errant qui operantur malum, *c* ſintque contra naturam, & *d* tenebræ appellentur, meritò debent ipſa natura dictante deliteſcere, Et ratione probatur ex illo principio quod tibi non vis fieri &c.

Diuino

Humano.

Secundo occultandum eſt iure diuino, ut colligũt Doctores ex illo Saluatoris noſtri, *e* corripe illum inter te, & ipſum ſolum, &c

Tertio demum iure humano, quod expreſſe ſtatuit, *f* nequis alterius crimen probat, niſi iuris ordine ſeruato, *g* unde & facientes famoſos libellos plectuntur capitali ſupplicio *h* caueturque ne in iudicium crimen, quod probari nequeat deferatur.

Fraternæ correctionis præceptum ẽ de iure naturã & diuino.

Supponitur ſecundo, præceptum fraternę correptionis eſſe, & de iure naturali, cum ipſa natura nos incitet, ut inuicem inſtruamus ad internoſcendum, qui iuſtum, aut iniuſtum, utile aut nociuum ſit, ac proindè effecit nos natura ſociabiles, & eſſe etiam de iure diuino, quod arctius obligat Chriſtianos, *i* qui per baptiſmum unius corporis in Chriſto membra cenſentur, cuius præcepti modum præſcripſit nobis Saluator in illis uerbis *K* ſi peccauerit, &c. *l* ordo autem eſt, ut frater ſemel, aut pluries ſecreto corripiatur, ſed de his alibi.

Crimen occultum vergens in publicam perniciem detegendum: eſt non præuia correptione, cum dubitatur de proximi reſipiſcentia.

Quæritur primo. An ſit peccatum denunciare crimen occultum non præmiſſa ſecreta correptione.

Dicendum primo *m* ſi crimẽ occultum uergit in publicam perniciem, ut ſunt hæreſis, proditio, &c. & dubium ſit an ſecreta correptio debeat in eo proficere, eſt prætermittenda; ratio quia bonum publicum prefertur priuato, ſecus ſi certò conſtaret de proximi reſipiſcentia, & emendatione, lege enim charitatis teneremur ad non detegendum eius crimen.

Dicendum ſecundo, *n* crimen occultum uergens tamen in damnum tertii, ut furtum, falſum teſtimonium, &c.

a 3. Eth. ſ. *b* Prou. 14 *c* S. Tho. 1.2 q. 71. num. 2. *d* Io. 3. in ill. dilexerũt homines magis tenebras, &c. & ad Rom. 13. ad Epeſ. 3. *e* Matt. 18 *f* C. de famoſa libell. l. un. *g* Ibidem & ca. ſi qs famoſum 5. q 1. *h* l. ſi. C. de prob. *i* 1. Cor. 12 *K* Math. 17 *l* Vide S. Ambroſ. ſer. 8. ĩ ill. cogitaui vias meas & Auguſ. ſer 16. de verb. Domini. *m* S. Tho. 2.2. q. 33. a. 7. & alii nu 5. § Reſpondeo. *n* Gabr. in Can. lect. 47. ſub litera S.

Etiam

Etiam denunciandum eſt, niſi ſperetur ex fraterna mendatio, & in hoc caſu magna prudentia agendum, vt penſat is circonſtantijs dignoſcatur, an maius damnum inſequatur ex infamia delinquentis, quam ex præiudicio tertij, & hoc præſertim in homicidio, & rurſus ſatagendum eſt, vt ſaltem cum in generali fieri poteſt denunciatio, non fiat in ſpeciali.

a eſt communis ex ill. Matth. 18. vide Aug. relatum in c. ſi peccauerit 2. q. 1. ex ſerm. 16. de ver. domini.

Præcedat fraterna correptio, dum crimē occultū in delinquentis tantum vergit perniciem.

a Dicendum tertio, cum peccatum eſt, tantum contra ſpiritualem delinquentis ſalutem, præcedere debet fraterna correctio ante teſtium inductionem, vel iudicialem denuntiationem, & vt medicus corporalis, qui leui pharmaco poteſt mederi ægroto, peccat abſcindendo membrum &c. ſic qui citrà infamiam proximi ſalutem poteſt procurare &c.

Quæritur ſecundo. An liceat pręſertim religioſis prætermiſſa fraterna correptione, aliorum culpas denunciare in hac difficultate.

b S. Th. 2. 2 q. 33 ar. 8. & alijs. 8.

Non eſt deferendū fratris peccatū ad ſuperiorem tanquā ad iudicem ante fraternam correptionē.

b Certum eſt, primo peccatum ſecretum fratris non eſſe ſuperiori vt iudici denunciandum antè præuiam correptionem, cum ipſe vel penituit, vel eius pænitentia ſperatur, & crimen in priuatam eius ſalutem vergit, alioquin ei fieret iniuria.

c S. Th 2. 2. q. 33. ar. 7. in corpor.

Deſerta fratris ſalute ſpirituali, et per ſecretam correptionem, & per denunciationē nō eſt prodendū eius peccatum.

c Certum eſt ſecundo, quod cum conſtat nec mea correptione fraterna, nec ſuperioris denunciatione aliquem emendaturum non eſſe prodendum, ratio quia fruſtra infamaretur, contigere autem poteſt, quod ſicut multi præ timore infamiæ à peccato retrahuntur, ita cum ſe conſpiciunt infamatos effrenatius delinquunt, & in tali caſu Deus exorandus eſt, & res patienter toleranda.

d Pe. Na. 2. de reſti. ca. 4. p. 2. dub. 11. n. 23. Sayr. n. 9. §. Tertium & §. Quartū.

Cum fratris ſperatur emendatio, ordinate procedi debet.

d Certum eſt tertio, ſuo ordine procedendum eſſe cum per illum fratris ſperatur emendatio, vt primo ſecretè admoneatur, deinde teſtes adhibeantur tertio, denuntietur ſuperiori, aut Patri, & deniq; iudici, ſi hac ſaltem via ſperari poſſit reſipiſcentia, ratio quia pluris eſt animæ ſalus, quam fama.

e Valē. to. 3. diſp. 3. q. 10. pūc. 5. §. Quintus caſus.

Ex conſenſu delinquentis ordo inuerti poteſt.

e Certum eſt quarto, ex conſenſus delinquentis poſſe immediate nulla præmiſſa monitione crimen ſuperiori denuntiari.

Solum difficultas, an cum mihi conſtat quod æquè benè per meam admonitionem, ac per denuntiationem faciendam ſuperiori proximus emendabitur, vel etiam cum ſcio ſuperiorem ſua authoritate melius quidem profuturum, quàm me licet etiam ex mea priuata correptione ſufficienter videam me poſſe proficere, liceat ſine præuia correptione fraterna illum deferre.

f quodl. 1 a. 16. & 2. 2. q 33. ar. 7. ad 4. & 5. & q. li. 11. q. 10. a. 13.

Probatur. Primo. Ex D. Th.

Videtur probabilius dicendum eſſe, peccatum mortale, & contra Chriſti præceptum tam Prælati præcipientis ſine ſecreta admonitione tale peccatum occultum prodere, quam ipſius qui obedit. Probatur.

g Act. 5.

Primo ex D. *f* Tho. dicente non eſſe obediendum Prælato præcipienti, vt dimiſſo fraternæ correctionis ordine, ſibi primam deferatur, & ſubdit rationem, quia cum ſit hoc contra domini preceptum, *g* vtiq; obediendum eſt magis Deo, quam hominibus, quare, & qui obediret in hoc prælato, etiam & ipſe peccaret.

Sic

a Secundo authoritate, aliorum Doctorum tam recentum quã antiquorum vt Soti, Cordubæ, Vtriuſq; Nauar. Barth. Med. Bañ nes Valentiæ, &c.

2 *Authoritate aliorum Doctorum*

Tertio authoritate b S. Baſilii docentis peccatum referendum eſſe ad Prælatum ab iis, qui ſunt conſcii, cum ipſi non poſſunt mederi &c. Idem confirmat c Aug. necnon & d Hugo victorius.

3 *Authoritate Baſilij Auguſtini. Hugon Victorii*

4 *Ratione.*

Quarto e ratione quia occultorum homo iudex non eſt, antequam appareant per indicia, vel preſumptiones.

5 *Ex diuino præcepto*

Quinto quia aliàs fit contra diuinum præceptum, quo iniungitur, vt prius frater ſecreto corripiatur, idq; ſine perſonarum exceptione.

6 *Ex vinculo charitatis quo inuicem tenentur religioſi*

Sexto ex vinculo charitatis, quo inuicem religioſi teneri debẽt quod maxime exercetur, & conſeruatur per fraternam correptionem, præſertim quando adeſt periculum recidi.

Contrarium docuerunt f Riccard. & g Gabr.

Probatur Primo, quia ſicut ex huiuſmodi reuelatione ſeruatur puritas, & obſeruantia religionis, ita è contrario ſi omittatur, deſtruitur integritas.

Soluitur prima ratio Riccar. & Gab. in contrariũ

Reſpondeo quamuis hoc quandoq; verum ſit, frequentius tamen maiora inde ſcandala euenire.

Probatur ſecundo, quia talis infamatio apud diſcretum, & pium ſuperiorem nulla eſt, uel leuiſſima.

Soluitur ſecunda.

h Reſpondeo famam ſubditi apud Prelatum maxime faciendam eſſe, ideoq; ſine extrema neceſſitate non eſt prodigenda; vide quid Sotus in hac re.

Soluitur

Immediate deferri occulta crimina ad ſuperiorem poteſt eſſe vtile particularibus religioſorum inſtitutis.

Probantur tertio, ex more vſitatiſſimo in eccleſia, ut ſecreta crimina ſuperiori reuelentur. Hinc Epiſcopi, & inquiſitores ſub excommunicatione præcipiunt, qui crimen ſciuerint, ſtatim illud penuntient, & idem obſeruant viſitatores Religionũ & prouinciales, & in aliquibus Religionibus ſunt cõſtitutiones a ſede Apoſtolica confirmatæ, quibus præcipitur, vt quicunque errores, ac vitia ſuperioribus manifeſtentur per quemcunq; qui ea ſciuerit extra confeſſionem.

Reſpondeo K quoad præcepta Epiſcoporum, & inquiſitorum intelligenda ſaluo ordine correptionis fraternæ. Quoad uiſitatores Religionum.

l Reſpondetur eos intelligere de publicis delictis, & ſcandaloſis, m aut ſi de priuatis certè non niſi de leuibus, quæ famæ non derogant.

Quantum vero ad conſtitutiones illarum Relionum, quæ confirmatæ a ſede Apoſtolica hoc præcipiunt.

Reſpondeo id non mirum, quia poteſt contingere, vt ratione inſtituti id ſit ex ſe conducens tali Religioni, ac proinde cum qui eam ingreditur liberè iuri ſuo renuntiet, ei nulla ſit iniuria, cum immediatè nullo ſeruato fraternæ correptionis, ordine ad ſuperiorem, defertur, ſicut enim quamuis ex iure naturæ debeant coniuges ſibi debitum reddere, adhuc tamen poſſunt per commune caſti-

a habes diſtinctè horum, & aliorum loca apud Sayr. n. 14 & 15.
b in q. fuſè diſpu. q. 46
c in reg. 3. in fine, & in epiſtola 109 circa mediũ.
d in Commẽ. ad reg. S. Aug. ca 6.
e S. Tho. 2. 2. q 33. ar. 7.
f 4. d. 19. ar. 3. q. 1. ad 2.
g in Can. miſſæ lec. 74.
h Adria. q. de corre. fraterna, q penult. § pro huius.
i in relec. de ſecret. m. 2. q. 4. c. 3. dub. 3.
K S. Th. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad. 5.
l Bañes 2. 2 q 33. ar. 8 dub. 2.
m S. Tho. ibidẽ a. 7.

caſtitatis votum huic iuri renuntiare, ſic & Religioni, &c. Vbi ergo non adſunt huiuſmodi conſtitutiones à ſede Apoſtolica approbatæ, ſeruandus erit ordo primæ correptionis.

Quæritur Tertio. Quam reſtitutionem facere teneretur, qui occultum crimen iniuſtè reuelauit. Et quidem cum in hac re certum ſit, & reſtitutionem faciendam, eſſe, & in eiuſmodi reſtitutione non eſſe mentiendum, cum iuxta *a* Apoſtolum non ſint facienda mala, vt ueniant bona, controuertitur an poſſit quis vt famam reſtituat, dicere ſe eſſe mentitum.

a Rom. 3.

Qui alium iniuſte infamauit de uero occulto crimine tenetur dicere ſe eſſe mentitum.

Reſpondeo affirmatiuè *b* eritque hic modus reſtituendi famam omnium optimus, & dicendo ſe eſſe mentitum non mentietur.

b Canus, Mãtia, Salon. Petr. Nau. Val. apud Sayrum n. 24.

Prima pars quod ſcilicet debeat dicere ſe eſſe mentitum probatur, quia vt infamatus habet ius ad petendum a ſuo infamatore, vt reſtituat ſibi famam commodiori via, qua poſſit, ita infamator tenetur omni meliori modo licitè famam illi reſtituere, ſed hic reſtituendi modus dicendi ſe eſſe mentitum, eſt facilis, & licitus, vt ſupra dictum ergo, &c.

Hic modus reſtituendi famam ſic iniuſte ablatã eſt omnium optimus.

Probatur ſecunda pars quod, ſcilicet hic modus ſit omnium optimus, quia audientes infamatorem ſic dicentem, crederent illũ eſſe mentitum, & fratrem eſſe innocentem, *c* ſecus ſi diceret tantum ſe iniquè feciſſe, aut captata occaſione laudaret infamatum, his enim modis perſpicaces potius confirmarentur in ſiniſtra proximi opinione, neque ſatisfaciendum eſt pecuniis, ubi infamatus vult ſibi famam reſtitui.

c Sequẽtes modi cum eorum authorib. habentur apud Sayrũ nu. 21. 22. & 23

Et in hoc caſu dicendo per ſe eſſe mentitũ, non mentitur.

Probatur denique tertia pars, quod ſcilicet dicendo ſe eſſe mẽtitum, adhuc non mentiatur in hoc caſu. Pro quo.

Supponatur primo cum quis iure poteſt, aut debet veritatem aliquam occulta, eodem iure uti poteſt verbi æquiuocis, quæ plures habeant ſenſus, & omnes veros; nam quamuis audientes accipiant illa ſecundum communem ſenſum, quia vero qui loquitur, non tenetur ea proferre iuxta illum ſenſum ideo non mentitur, *d* ſic teſtis, aut reus contrà Iuris ordinem interrogati vtendo uerbis ambiguis non mentiuntur, ſimiliter ſi confeſſarius à tyranno cogeretur confeſſionem reuelare, aut ſi clericus à Iudice cogeretur ferre teſtimonium in cauſa ſanguinis poſſunt ſecundum mentem propriam media æquiuocatione citrà mendacium reſpondere.

Cum quid debet, aut põt licitè occultari licet bis uti uerbis æquiuocis ſine periculo mentiẽdi.

d Caie. to. 2. opuſc. ſeptẽ decim reſpõſ. 10. reſpõſ. 5. Adriã. Nau. &c. n. 25

Quin id ipſum Chriſti exemplo confirmari poteſt, & ubi *e* nec filium hominis ſcire dixit Iudicii finalis idem, *f* & ubi ſe ad diem feſtum aſcenſurum negauit, nam, & illum vt ſub ſecreto ſibi reuelatum meritò ſe ſcire negauit, & ad diem feſtum tantum manifeſtè aſcenſurum negauit.

e Marc. 13.
f Ioan. 7

Etiã Chriſtus iuxta propriã intentionẽ nõ autẽ audiẽtium aliquãdo locutus eſt verbũ & falſum tũ practicum tum ſpeculatiũ.

Supponitur *g* ſecundo quod ſicut uerũ, ita & falſum duplex eſt ſpeculatiuum, & practicum, uerũ ſpeculatiuum eſt adæquatio rei ad intellectum quando, ſcilicet intellectus appræhendit rem prout eſt, vndè dicitur, quod ex eo quod res eſt, vel non eſt omninò dicitur uera, uel falſa, falſum uerò ſpeculatiuum e contrario ſe habet.

g Pet. Na. & alii nu. 26. § Hãc doctrinã.

Rurſus

Ruſſus verum practicum quod conſiſtit in conformitate iudicii ſeu operis ad voluntatem recta ratione gubernatam,a circa quod verum verſatur prudentia,ac proindè falſum practicum conſiſtet in diſſonantia rei,ſeu actus ad voluntatem recta, ratione gubernatam, & conuenit cum appetitu prauo, in quod falſum inclinat imprudentia vnde opus,vel dictum b iniquum, & contra rectam voluntatem,rectamq; rationem eſt verè falſum practicum, & vt frequentiſſime in ſcripturis veritas accipitur pro bono opere, ità falſitas pro re iniqua licet aliàs ſpeculatiuè vera, ex his elicitur probatio tertiæ partis noſtræ concluſionis.

a 6. ethic. c.2

b 10. 3. pſ. 4. 115. 18. &c.

Qui crimen occultum non ſeruato iuris ordine reuelauit iniuſtè,& iniquè egit,ergo dixit mendacium practicum, ergo dicendo ſe eſſe mentitum iuxtà hunc ſenſum,quem licitè ipſe poteſt intendere vt probatum eſt,non mentitur.

Nec mirum videatur,quod ad eandem reſtitutionem obligetur qui fratrem infamat,reuelando eius occultum crimen,& qui eundem infamat imponendo ei falſum crimen, nam quamuis hoc grauius peccatum ſit ad huc æqualis eſt obligatio cum æqualis iniuria in vtroque caſu inferatur, etiam ſi non æquale damnum.

c Meminiſſe autem oportebit,& in hac difficultate locum habere ea,quæ dicta circam reſtitutionem famæ cum falſum crimen eſt impoſitum,quod vbi alius modus æquè bonus,ſed oportunior occurreret ad reſtituendum ſatis erit illum adhibere, & ſimiliter habendam eſſe perſonę infamantis rationem an valde notabiliter indignitate aut aliunde excedat infamatum, & indè publicum detrimentum ſit oriturum, tunc enim alia via oportuniori procedendum foret vt ſupra.

Limitatio propoſitæ concluſionis.

c Valé. to. 3. diſp. 7. q. 9. punc. 5.

Demum quæ dicta ſunt,de reſtitutione in hunc modum facienda,procedunt multo magis de infamatione facta in iudicio, quando etiam ſtante veritate delicti,illam tamen probare non poteſt, ac proindè peccatur ne dum contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam,& inducitur obligatio reſtitutionis, quandiu enim quis ſaltem ita viuit,ut nullum crimen ipſius ſit notorium notorietate iuris, hoc eſt ut idoneis teſtibus probari non poſſit, eſt iuſtus ſuæ famæ poſſeſſor, ſitque illi iniuria ſi deferatur, &c. ac proinde tenetur in iudicio qui eum infamauit dicere ſe eſſe mentitum ſupple intelligendo practice vt ſuprà

Etiam in iudicio reſtituendo quis famam iniuſte ablatā de occulto crimine debet quis dicere ſe eſſe mentitūm practice, ut ſupra.

De tertio infamandi Modo, quando quis negat occultum ſuum crimen, quod alter iuſtè degit ſiuè in iudicio, ſiuè extrà. Cap. II.

a Nau ca. 15. n. 36. *b* c. 7.

Reus iuridicè interrogatus tenetur dicere veritatem.

SVpponitur Primo *a* Reū iuridicè interroganti teneri veritatem dicere.

Probatur primo, ex ſcriptura tum ex illo *b* Ioſue, dum interrogans Acham de ſuo crimine, dixit ei fili da gloriam Deo Iſrael, & confitere quid feceris &c. tum ex illo *c* Eccleſiaſtici.

c c. 4. uide pſ. 140. in ill. nō declines cor meū &c. *e* Gre. 22 Mor. c. 13. in ill. ſi abſcōdi qua ſi homo pecatum meum.

Pro anima tua, ideſt vt euites peccatum mortale ne confundaris dicere verum.

Legitima interrogatio fit a Iudice competente exiſtentibus cauſa meritis, & eis illis manifeſtatis.

Secundo ratione quia obedientia, quę eſt pars Iuſtitiæ, legalis præcipitur ſuperiori iuridice, præcipienti præſtatur obedientia.

Dicetur autem quis iuridicè interrogatus.

Primo cum iudex habet in eum iuriſdictionem.

Secundo cum adſunt merita cauſę ſcilicet vel infamia, vel manifeſta indicia. vel ſemiplena probatio..

Tertio vt hæc reo manifeſtentur, ut ipſe poſſit cognoſcere ſe iuridicè interrogari, cum nemo teneatur iudici, qui eſt lex viua parere, niſi conſtat eum iuridicè interrogare ſed hoc in materia de iudicijs.

Supponitur ſecundo Cum quis non legitime interrogatur iuxtà prædicta poteſt vti verbis æquiuocis, ratio patet ex ſupra dictis. His ſupoſitis.

Iuridicè interrogatus & ſi peccet negando reſtituere tamen non tenetur cum aliunde conuictus eſt.

d Caie. 2. 2. q. 62. ar, 2. in ſolu. dub. 1. et alij n 9.

Quæritur Primo. An iuſtus denuntiatus negans delictū ſibi obiectum in caſu, quo veritatem propalare tenentur, peccet, & ad reſtitutionem teneatur

Reſpondeo huiuſmodi peccare vt patet ex dictis, *d* ſi autem planè conuictus ſit, etiam ſi ipſe neget, nihil tenetur reſtituere, cum nullius famam lædat, ex quo ei fides non adhibetur, ſtante aliunde aduerſus eum plena probatione.

Ampliatur etiam dum adeſt tantū ſemiplena probatio.

Imò ſi reus non ſit niſi ſemiplenè conuictus, quamuis negando peccet, non tenetur reſtituere, dummodo in nullo remaneat læſa fama denunciantis, quod contingit ſi iudices credant accuſatorem contra conſcientiam non accuſaſſe etiam ſi non probauerit

inten-

intentum, ſed potius ex errore, vel leuitate ad accuſandum veniſſe, ſecus dicendum ſi ex negatione denunciati accuſatot damnum famæ incurreret.

Ratio quia cum confiteri teneretur conſequenter iniuſte neget & falſum actoré affirmat, reſtitutionem autem faciat confitendo crimen, ſi iterum rogetur, *a* quod ſi paratus non ſit hoc facere non eſt abſoluendus ut potè perſeuerans in ſtatu peccati mort.

Quæritur ſecundo. An denunciatus de crimine vero, ſed occulto ſine præuia monitione ſi neget delictum obiectum, & conſequẽter ſi accuſans, quia non poteſt illud probare, diffamatur ex eo quod creditur falſarius teneatur ad famæ reſtitutionem.

Dicendum primo, *b* nulli mentiri licere ſiue iuridice, ſiue contra ordinem iuris de crimine ſit accuſatus, ratio quia mendacium adeò eſt intrinſecè malum, vt ex nulla circunſtantia cohoneſtatum licitè committi poſſit.

Dicendum ſecundo. *c* Reus contra iuris ordinem de vero crimine occulto accuſatus reſpõdendo ſimpliciter ſe obiectum crimen non commiſiſſe, nec mentitur, nec peccat.

Ratio quia cum Iudex ut perſona publica interrogare debeat reſtrictè, ideſt ſecundum iuris ordinem an ſcilicet delictum fecerit ità publicè, ut probari poſſit, nec eius interrogatio accipienda ſit de crimine occulto, rectè, & ſine mendacio poteſt reus ad hũc ſenſum reſpondere. Non feci ideſt publicè, ut probari poſſit, quã uis aliàs, & interrogatio Iudicis, & reſponſio rei uideatur generalis, & ampliatur etiam ſi medio iuramẽto fuerit reus interrogatus, adhuc non peccat, quia nullum dicit mẽdacium iuxta licitam ſuam intentionem æquiuocam.

Reus contra iuris ordinem interrogatus de vero occulto crimine non mentitur dicendo ſe non feciſſe cum intelligat ſe non feciſſe ſic publicè ut interrogatus iuridicè de eo poſſe.

Dicendum tertio *d* Reus contra Iuris ordinem denuntiatus negando crimen occultum, non tenetur ad reſtitutionem denuntiatori faciendam.

Ratio quia quando delictum eſt occultum, & ipſe non tenetur confiteri, ius habet ſe defendendi per media licita, eſt autem licitum per æquiuocationem negare crimen occultum, vt nuper dictum eſt, vndè accuſans ſibi imputet ſi aliqua ſibi eueniat infamia.

Et ampliatur *e* neque teneri ad reſtitutionem cum accuſatus ne dum negaret crimen obiectum, ſed etiam diceret accuſatorem eſſe mendacem, quamuis ſic dicendo peccaret contra charitatem cum ſe poſſet ſufficienter tueri ſimpliciter negando crimen à ſe fuiſſe patratum, à ſimili peccat, qui cum aliter ab agreſſore poſſit euadere, eum interimit, *f* quia verò hoc & ſi ſit contra charitatem non tamen eſt contra iuſtitiam, ideò non inducitur obligatio reſtitutionis.

Aliquando tamen peccãt cũ. ſ. potent ſe ſufficienter tueri negando crimen dicentes accuſatorẽ eſſe mendacem.

Ex quibus patet quid de *g* aliorum ſententijs in hac re iudicari debeat, preſertim autem illa *h* Caiet. nam præterquam quod diſtinctio ab eo allata de iniquo accuſatore cõſiderato quatenus talis, & quatenus homo, vt potè ſatis metaphyſica *i* non eſt curanda, fallitur etiam in eo, quod ait non licere ſibi vtrique permit

tere

a Sot. in relect. de teg. m. 2. q. 7. &c.
b S. Tho. 2. 2. q. 110. a. 3. S. Augu. i pſ. 5. & li. de mend. ca. 14.
c Henr. Grand. quodl. 1, q. 33. Angel. in V. Confeſſio delicti, in princ. & alij nu. 6, §. Reus igitur.
d Bannes 2. 2. q. 69. ar. 2. p. 3. dub. vlt. & alij nu. 7.
e Ledeſm. 2. 2. q. 18. a. 2. dub 3 concl. 1.
f Pet. Nauar. 2. de reſt. ca. 4. p. 2. dub. 13. n. 428.
g Habes apud Sayr. nu. 4.
h 2. 2. q. 82. a. 2. dub. 1.
i ut not. Sot. 4. Iuſ. q. 6. a. 3.

tere ſibi viciſſim accuſatori & accuſato irrogatas infamias &c. ſicut deniq; falſum eſt accuſatum teneri ad reſtitutionem accuſatori, vt conſtat ex dictis, quia ſi aliter ex ijs, vtique tenetur potius accuſator reſtituere, cum prior iniuriam intulerit accuſando de crimine, quod probare non potuit.

De quarto infamandi modo, qui committitur in referendis aliorum peccatis. Cap. VI.

a So. 4. iu. q. 6. ar. 3. ver. quartus modus.

b S. Anto. p. 2. tit. 8. c. 14.

c Sic Pet. Nau. Medinæ. dictum corrigens habes apud Sayr. n. 2. §. 2. mortale.

d S. Tho. 2. 2. q. 186. a. 1.

e Nau. ca. 18. nu. 33. & alij nu. 3. §. ſecundo etiam.

f Salon. 2. 2. q. 62. a. 2.

MOdus *a* iſte tanto pernicioſior quanto vſitatior, & minus extimatus, ideo ut exactè diſcutiatur, nonnullæ proponuntur difficultates.

Quęritur primo. An ſit peccatum proximi crimina, & defectus detegere.

Detegens defectũ venialem proximi regulariter peccatum veniale committit. Falſe.

b Dicendum primo ſi defectus ſit uenialis, quamuis qui eum propalat, regulariter non niſi peccatum veniale committat, aliquando tamen peccabit etiam mortaliter.

Primo ſi quis alteri in faciem ſerio, & ex ira de mendacio improperaret, ratio quia in hoc caſu tale mendacium grauis contumelia reputatur vt patet experientia.

Detegens peccatum mortale alterius iuris ordine ſeruato, & bona intentione meretur.

c Secundo Quando aliquem in abſentia de mendacio ſic notaret vt quaſi ex habitu in eo delinquens, famam pænes circunſtantes amitteret.

d Tertium habita ratione perſonæ, ut ſi ſit Epiſcopus is, de quo venialis defectus notabilis refertur, præſertim adijciendo, quod ex conſuetudine in eo delinquat.

Dicendum ſecundo referens peccatum mortale proximi iuris ordine ſeruato, uel ad correptionem, uel accuſando ut malum Reipublicæ, uel vt tertij damnum impediat, tantum abeſt quod peccet ut potius mereatur vt ſupra dictum eſt.

e Dicendum tertio, etiam in ordinate detegens peccatum mortale, ſi tamen peccatum quod detegitur non ſit læſiuum famæ, nec ob id minus extimetur, proximus, non peccat mortaliter.

f Dicendum quarto nec peccat mortaliter aut obligatur ad reſtitutionem quando non auffertur fama per relationem, peccati

mortali ex eo quod proximus in eo crimine infamis eſt, vt eſt publica meretrix.

Referens peccatum mortale famæ damnificatiuum peccat mort. ſi aut id agat animo lædendi aut eff. ſit ut famæ inde læſio ſubſequatur.

a Dicendum quinto eſſe peccatum mortale detegere mortale crimen damnificatiuum famæ, maleq; opinionis generatiuum, vt ſunt blaſphemiæ, latrocinia, hæreſis &c. modo vel id fiat animo lædendi etiam effectu non ſecuto, vel facto ipſo lædas, etiam ſi intentionem lædendi non habeas, & inducitur obligatio reſtituendi. a Arag. 2. 2. q. 73. ar. 2. dub. 5.

Referre defectus naturales proximi regulariter non eſt pec. mortale.

Quæritur ſecundo. An ſit peccatum, & famæ reſtitutionem inducens defectus alicuius naturalis alijs referre.

Reſpondeo regulariter eſſe peccatum veniale, præſertim cum ij vt plurimum ſint omnibus manifeſti, vt claudicatio, gibboſitas &c. Erit autem peccatum mortale.

Primo ratione damni notabilis, quod incauſaretur, modo nequis licitè requiſitus ad dandam informationem tales defectus referet ut ſuprà.

Secundo ratione contumeliæ, cum quis proximo per modum contumeliæ tales defectus exprobaret unde ipſe notabiliter contriſtatur, & confunditur etiam ſi defectus naturalis ſit & notorius hec autem ex circunſtantijs perſonę dicentis, & eius, cui dicitur & modi tolerandi perpendi debent, unde ſi pater v. g. filium ſtultum vocet, reputari debet peccaſſe mortaliter.

Quando autem quis aliquem ex leui ira ſine intentione notabiliter iniuriandi fatuum imprudentem, gibboſum &c. apellaret, quod arbitrio prudentis Confeſſarij relinquitur, non creditur eſſe peccatum mortale.

Reuelans natalium defectus proximi grauiter peccat.

b At uero qui reuelaret defectus natalium alicuius grauiter peccaret, vt dicendo quod ex ſaracenis aut iudęis originem trahat, cum ex hoc proximus maximè contriſtetur, & confundatur, ſimiliter ſiquem ſpurium, aut clerici filium &c. b Bat. Me. p. inſtru. confeſſ. c. 14. §. 35.

Proferens in alium verba generalia que poſſunt ſonare & pec. mortale & veniale accipi debent regulariter.

Quęritur tertio. An proferens in alium verba generalia quæ ſonare poſſunt peccatum mortale, & veniale vt v. g. dicendo quod ſit magnus ſuperbus auarus, iracundus, &c. peccet mortaliter.

Referens iniuriam ſibi illatam animo vlciſcendi peccat.

Reſpondeo communiter accipienda eſſe de peccatis leuibus, et naturali inclinatione, ac proinde non committi niſi peccatum ueniale Fallit autem hoc.

c Primo niſi cum proferuntur, coram illis perſonis vnde damnum notabile aut periculum contra proximum ſequitur. c Nau. ca. 18 n. 24.

Secundo ratione perſonæ, in quam uerba eiuſmodi proferuntur, vt ſi eſſet Epiſcopus aut in religioſis inſignis &c.

Quęritur quarto. An peccet, iniuriã ſibi illatam alteri refert.

d Reſpondeo ſi id faciat, ad propriam vindictam intentione detrahendi peccare mortaliter ſi autem vt conſolationem recipiat, aut conſilium, aut ut conqueratur cum amico, ſecus utitur enim iure ſuo & per accidens eſt, quod alterius peccatum detegatur. d Pe. Nau. 2. de reſti. p. 2. dubi. 14.

Quæ-

Quæritur quinto. An reuelare crimen occultum alterius vni, aut duobus viris prudentibus, apud quos ita ſecretum manebit, ac ſi dictum non fuiſſet ſit peccatum mortale.

Ex eo quod crimen adhuc occultũ maneat apud eos quibus reuelatum eſt quis non excuſatur a peccato.

a Reſpondeo affirmatiuè, ratio quia infamia non ſolum eſt, quando apud plures, ſed etiam quando apud vnum quis infamatur, quem quis pluris extimat, quam decem alios, & quamuis tunc abſit periculum euulgationis, adhuc tamen apud illos paucos iam famæ iactura facta eſt, vnde patet in hoc alios, & præſertim Caiet. fuiſſe hallucinatos.

a Adrian. Sot. Med. Salon. Arag. Valẽ. nu. 11. §. Alij .verò & eſt S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 1. ad 2.

Limitatio.

Falli tautem hoc quando id bono fine fieret, vt ſolent parentes de filiorum peccatis agere, aut ſi peccatum vergeret in publicam perniciem &c.

Quæritur ſexto. An propalare peccatum occultum proximi non vt author, ſed vt relator ſit peccatum mortale, & inducens obligationem reſtitutionis.

Ex leuitate vel grauitate relati criminis penſandum eſt quando qui non vt author, ſed vt relator detractionis peccet mortaliter & ad reſtitutionem teneatur vel non.

Dicendum primo ſi crimen leue ſit, & ex manifeſtatione nulla infamia inſequatur, peccatur quidem venialiter, ſed nõ remanet obligatio reſtituendi, cum nihil ablatum ſit, ſecus ſi graue, cuius vel læuis ſuſpicio grauiter famæ obeſſet, vt hæreſis, ſodomia &c. etiam ſi quis referat hæſitando peccat mortaliter quia nocet in re graui, & hoc etiam ſi nocendi animum non haberet, & ad reſtitutionem obligaretur, & in hoc etiam multum releuat habere rationem perſonæ, cui ex alterius relatione detrahitur, Ratio concluſionis eſt, quia vnuſquiſque ius habet, vt bonus habeatur quandiu eius crimina occulta ſunt, cum ergo referens proximi occulta crimina etiam ex auditu, ei noceat inferatq; iniuriam, merito & peccat, & reſtituere tenetur.

Habenda etiam eſt ratio perſonæ cui ex alterius relatione detrahitur.

b Dicendum ſecundo. Qui non affirmando, ſed aliorum dicta referens, quamuis id faciat ex ſola leuitate peccat mortaliter detegendo occultum proximi crimen, vnde aliquid infamiæ illi ſit euenturum & tenetur ad reſtitutionem patet ex dictis.

b arg c. fi. de iniu. & damn. dato.

Dicendum tertio referens aliena delicta ex malo animo nempè lædendi famam, peccat mortaliter, & ſi effectus ſequatur tenebitur reſtituere, & hoc modo diuerſæ Doctorum ſententiæ conciliantur.

Famam fictis artibus acquirentes non ſunt detegendi niſi cũ inde detrimentum inferunt.

Reſpublica.

Cautio pro Hiſtoricis,

Quæritur ſeptimo. An peccatum detractionis ſit hominem infamare qui per hypocriſim, & impoſturas famam virtutum moralium, aut etiam intellectualium adeptus eſt.

c Reſpondeo adhibita diſtinctione, vel enim huiuſmodi homines ſuis fictis artibus nocent Reipublicæ ut hæretici, imperiti medici, aut iuriſcõſulti &c. qui tamen habentur docti, & detegendi ſunt, cum bonum publicum priuato præferi debeat, & ex eorum deliteſcentia, & bona apud vulgares opinione plura incommoda, & mala oriri poſſent, vel nullum inferunt Reipublicæ nocumentum vt mulierculæ quæ per fictam ſanctitatem elemoſinas ſibi acquirunt, & nullum eſt ius, quo eas detegere, & infamare concedatur.

c Sot. 5. iu. q. 10. a. 2. Cor. Per. Nau. & alij nu. 18. §. Alij verò.

Di[ffamans] de ſtatu religionis peccat, & eſt ſuſpectus de hæreſi.

Caueant autem Hiſtorici memoriæ mandare eâ virorum crimina, quæ & poſteritati ad ſcandalum, familiæ ad dedecus, & ipſiſmet, quorum vita deſcribunt ad perpetuã ignominiam eſſe ſolent, & eo magis ſi ex malo animo moueantur.

Facientes libellos famoſos contra ordinem Prædicatorum, & minorum excommunicantur.

Quæritur octauo. An infamans religionem, aut aliquem particularem religioſum peccet, & reſtituere teneatur.

Dicendum primo detrahens in communi de ſtatu religioſo, aut de aliqua religione à Summo Pontifice approbata, nedum peccat ſed eſt ſuſpectus de hæreſi.

Infamans totum monaſterium peccat mortaliter, et reſtituere debet toti monaſterio non ſatis ſuperiori. Infam. a particularis religioſi transfunditur in Religionem &c.

Dicendum ſecundo. Qui libellos famoſos, aut cantilenas faciunt, vel detinent, aut publicant contra ordinem Prædicatorum, & minorum, *a* excommunicantur, & excommunicatio eſt reſeruata Pontifici. *a ex priu. Alc. 4. ex alto Sylu. v. excommun. 7. n. 48. a. 4.*

b Dicendum tertio, peccare mortaliter qui totam aliquam religionem, aut monaſterium in re graui infamat, & in reſtitutione non eſt ſatis haberi remiſſionem à ſuperiore, ſed facienda eſt reſtitutio toti communitati, & monaſterio.

c Dicendum quarto. Qui peccatum alicuius priuati de Collegio, vel religione detegit ſi perſonam nominet peccat mortaliter cum infamia redundet nedum in particularem illum, ſed etiam in totam religionem, proinde videant quam ſanctè omnes religioſi viuere debeant, & ampliat hoc *d* Petr. Naua. etiam ſi perſona particularis non nominetur, modò collegium, ſeu religio illa ſit boni nominis &c. *b Pe. Nau. 2. de reſti. ca. 4. p. 2. dub. 16. n. 355. c Au. Ep. 237. ca. 2. ad plebẽ. Hipponẽſem. d vbi ſup.*

Iuxta varietatem intentionis colloqui de notorijs aliorum criminibus poteſt eſſe peccatum veniale.

Quæritur nono. An publicè infamatus in vno loco, poſſit etiam ſine peccato, aut reſtitutionis obligatione in quorunq; alio infamari. Pro Deciſione.

Not. primo quod vel talis infamatus fuit a publica poteſtate per ſententiam vel tantum per notitiam, & rumorem priuatorum & æqualium.

Secundo vel locus, in quo quis diffamatus eſt multum diſtat, vel non.

Tertio vel infamans id facit coactus a iudice, vel vltro, & denique uel delictum quod refertur eſt maxime atrox, & Reipublicæ nociuum, vel non. His ſuppoſitis.

e Dicendum primo, colloquij de malis proximi notorijs cum ijs, quibus nota ſunt, ſi fiat ſimpliciter non eſt peccatum, aut certè non niſi ueniale ſi ex malo fine nempe ut renouetur mala operatio proximi peccatum eſt, quia tamen non eſt contra iuſtitiam, non inducit obligationem reſtituendi, ſi bona intentione, nempe ut ab alijs euitentur &c. eſt meritorium. *e Corduba de detract. q. 2. concl. 6.*

f Dicendum ſecundo. Qui aut coactus à Iudice, aut bono fine ab alijs interrogatus ratione ſcilicet matrimonij, aut officij conferendi &c. vt relationem faciat, diffamet aliquem alibi ſibi priuatim, ſiue per ſententiam diffamatum, nec peccat, nec tenetur reſtituere non enim fas eſt decipere innocentem interrogantem. *f Pe. Nau. loco cit.*

a Val. t. 3. diſp. 5. q. 17. punct. 2. dub. 2.

Dicendum tertio. a Diffamãs vtcunque alibi diffamatum in ijs locis, in quibus nulla eius notitia habetur, nec habenda eſſet ob diſtantiam, aut extraordinariam ſolitudinem, &c. peccat mortaliter, & tenetur reſtituere, ratio quia iniuſtè proximus ibi ſua fama priuatur.

Diffamãs in vno loco nõ eſt alibi diffamãdus ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis.

Obicies Per ſententiam Iudicis auferri ius eius famæ, darique facultatem infamiam propalandi.

Soluitur obiectio in contrariũ.

Reſpondeo quod ſicut poteſtas Iudicis intrà certos Prouinciarum limites extenditur, ita non vltrà illos dari poteſt ab eo facultas crimen proximi propalandi, nec videtur intentio Iudicis; vt in omnibus locis delictum propaletur, & quãdo id ex delicti qualitate exigitur, ipſi expreſſe procurant ferè vbique publicari per publicos proceſſus, ex quibus b authores, qui in hac re diſ sentire videntur, inuicem conciliantur.

b apud Sayrum n. 22, c S. Tho. 4. d. 19. q. 2. a. 3. ad 1. & 2.

Dicendum quarto. c Qui crimen iam alibi publicum in alio loco diffamat, vbi moraliter ex regionum propinquitate ſtatim eſt peruenturum, nec peccat, nec tenetur reſtituere, ratio quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur & proximum in potentia iam ferè iudicatur in actu, Ex his patet quid dicendum de ijs, qui per literas alios certiores faciunt de occurrentibus exceſſibus.

Diffamare in cõnicino loco eũ qui diffamatus eſt non eſt peccatum.

Quæritur decimo. An poſt diuturnum temporis interuallum liceat diffamatum in eodem loco diffamare dicendo v.g. huius parentes fuerunt combuſti, &c.

Exprobrãs ob Iudaicã genealogiã peccat, & tenetur reſtituere præſertim vbi illa ob longum tẽpus eſt quaſi ab hominũ deleta memoria.

d Med. 1. inſtr. Confeſſ. c. 14. §. 35.

Dicendum primo. d Qui non fuerunt per ſententiam Iudicis notati, vt verbi gratia, qui ex Iudaiſmo conuerſi ſunt, ſi dictis, aut factis de ſua origine iam longo tempore oblita infamentur, peccatur contra charitatem, & contra iuſtitiam, ratio quia cum his nec in ſe, nec in parentibus peccauerint iniuſtè illis infamia inuritur, & quamuis eorum parentes peccato infidelitatis peccauerint non ob id digni erant infamia, ſed potius laude.

e Arag. 2. 2. q. 73. a. 2. dub. 3.

Dicendum ſecundo. e Qui ex chriſtianis deſcendentes in hæreſim, aut Iudaiſmum lapſis, ob idque publicè infamia notatis, eoſdem de praua illorum origine etiam longo tempore oblita infamet peccat quidem contrà charitatem cùm opus faciat fratris contriſtatiuum, & maximè contumelioſum, niſi fieret ob bonum publicum, aut priuatum, vt ſupra dictum eſt, f tamen non tenetur reſtituere cùm ex ſententia publica ius famæ emiſerint in illo loco.

Diffamans poſt lõgum tẽpus ĩ eodem loco diffamatũ per Iudicis ſententiã peccat, ſed nõ tenetur reſtituere.

f Salõ ibi controu. 1 concl. 5.

Dices ſucceſſores, & conſanguineos nullum commiſiſſe peccatum, vt ea parentum infamia notari debeant.

g S. Th. 2. 2. q. 11. a. 5

Reſpondeo g criminis grauitate exigente non eſſe contra rationem, vt ex parentum criminibus etiam ſucceſſores notentur infamia.

Soluitur. Obiectio in contrariũ.

h Pet. Na. 2. de reſt. c. 4 par. 2. dub. 3. nu. 298.

An verò peccatum h ſit detentum in carcere de cauſa interrogare.

Reſpondeo aliquando eſse peccatum, putà cùm detractionis materia datur.

Quæritur vndecimo. An licitè infametur de crimine leuiori,

Non licet infamatum de crimine grauiori infamare denuò.

qui infamis eſt in grauiori. Reſpondeo negatiuè, & teneri ad reſtitutionem præſertim in ijs criminibus quæ nullam inter ſe habent connexionem, concluſio patet ex dictis.

Refellitur Palud.

Hinc patet falli a Palud. aſſerentem integrum eſſe Iudici reũ conuictum de vno crimine interrogare de alio, niſi quando vnum eſſet indicium alterius, & quamuis ſemel malus ſemper præſumatur malus in eodem genere, ſecus tamen in diuerſo genere, & rurſus nec in eodem genere talis præſumptio erit, vt ex hoc tantum capite legitimè de eo poſſit interrogari.

a 4.d. 19. q. 4.

Soluuntur quædam Difficultates circà materiam reſtitutionis Famæ.

Cap. VII.

Fama reſtitutio non eſt facienda cum vitæ iactura. Caiet probatio non eſt regulariter vera.

DVbitatur primo. An etiam cum proprio vitæ periculo ſit fama proximo reſtituenda.

Dicendum primo b regulariter Neminem teneri cum ſuæ vitæ diſcrimine famam reſtituere.

b Caiet. 7ã 2. q. 62. a. 6. & 10. 1. opuſc. in opuſ. 17. qu. 9. 14. dub. 2.

Probat Caiet. quia vita eſt altioris ordinis, quam ſit fama, hæc autem ratio non eſt vniuerſaliter vera, nam etiam fama eſt altioris ordinis, quam pecunia, & tamen aliquando etiam cum famæ iactura reſtituendum eſt, quando ſcilicet in magna ſatis quantitate quis furatus eſſet, &c. quarè, & ſimiliter poſſet contingere aliquis caſus, in quo ratione circunſtantiarum fama non eſſet inferior vita.

Probatur c igitur & aliter quia ſcilicet communiter fama non eſt tantum bonum quantum vita.

c Sot. 4. Iuſtit. q. 6. a. 3.

Aliquando cum propria vitæ periculo fama reſtitui debet. Primum exẽplum.

Dicendum ſecundo. Aliquando reſtituenda eſt d fama cum propriæ vitæ periculo, ideò quia aliquando ex circunſtantijs fama poteſt vitæ præponderare, verbi gratia, cum quis falsò alium accuſauit, ob quod capitali ſententia eſt plectendus debet accuſationem reuocare etiam cum periculo ſuæ vitæ, ratio quia tenetur nocens tantum ſubire damnum quantum intulit innocenti, & iniuriam patienti, cuius iure naturæ potior eſt conditio, quàm iniuriam inferentis ſecus quando alius à Iudice condemnandus eſt ob crimen à me commiſſum, ſed illi falsò non à me, ſed ab alio impoſitum, non enim ego ſum cauſa damni illius, ſed ille tertius, qui tale crimen falsò ei impoſuit.

d Pet. Nauar. 2. de reſt. c. 4. p. 3. dub. 2. n. 403.

Aliud

Secundum.

Aliud exemplum eſſe poteſt ſiquis ex impoſtura ſua illuſtrem familiam ità deijceret ob crimen v.g. hæreſis, aut læſæ maieſtatis, vt præter perpetuam infamiam omnibus bonis, & dignitatibus priuaretur, huiuſmodi enim iactura prudentum iudicio priuati hominis vitę præferenda eſt.

Tertium.

Tertium denique exemplum poteſt afferri de eo, qui filium alienum Regi ſuppoſuit, ex quo vetus, & legitimus hæres excluditur, ratio quæ ſupra ſecus ſi id contingat inter priuatos homines de quo alibi.

Perſona quæ infamatur vel eſt publica, vel priuata.

Dubitatur ſecundo. An obligatio reſtitutionis famę remitti poſſit, & difficultas habet duplicem ſenſum, primus eſt an poſſit quis licitè ſuę famę reſtitutionem condonare. Secundus eſt an facta eiuſmodi condonatione, ſiuè illa liceat ſiuè non, infamans remaneat abſolutus à debito reſtituendi, & pro clariori diſcuſſione.

Perſona publica infamari poteſt, vel de crimine quod eos tantum afficiat vel quod etiã in ſubditos deriuetur.

Not. primo perſonam quæ infamatur, vel eſſe ita publicam, vt propriam famam habeat officio mancipatam, ità vt qua lege tenetur officium miniſtrare, teneatur famam propriam cuſtodire, vt ſunt Rex, Epiſcopus, Pręlatus, Concionator, paterfamilias, vel eſſe priuatam, cuius fama in ipſo circunſcribitur, & alijs non eſt neceſſaria.

Vitia, vel leuia, vel grauia, ac proinde, vel parum, vel multum infamantia.

Secundo infamia quæ irrogatur in eiuſmodi perſonas, vel eſt talis naturę quæ perſonas tantum ipſas afficiat, vel quæ etiam in eorum ſubditos transfundantur, vt infamando v. g. Prælatum de Simonia, aut hæreſis, &c. facilè enim eſſet ſuſpicari hæc crimina eſſe in ſubditos deriuata, ſic & infamia in priuatam perſonam, nã aut illam tantum afficit, aut etiam alios v.g. filios, &c.

Cum mihi licitum eſt prodigere famã, licitum etiam erit famæ ablatæ reſtitutionem condonare.

Tertio Crimina quę obijciuntur proximo, aut leuia ſunt, & minus infamantia, aut ex ſui natura, aut attẽtis circunſtantijs aut grauia, & quę multum famam denigrent, vt hæreſis, vitium nefandum, &c. His præiactis.

Remiſſio reſtitutioni propriæ famæ poteſt pro caſuum diuerſitate eſſe peccatũ mortale, veniale & meritum &c.

Dicendum primo in caſibus, in quibus licitum eſt famam amittere, vt in confeſſione, & etiam extrà confeſſionem ad conſilium habendum à Theologo, uel medico, &c. licebit etiam reſtitutionẽ condonare ei, qui me infamauit, & ratio eſt à maiori ad minus ſi enim mihi tunc licet prodigere famam quam habeo, cur famam quam non habeo condonare non licebit, quod ſiquis prodigendo famam venialiter peccaret, peccaret & venialiter eius reſtitutionem condonando.

Dicendum ſecundo. Cum perſona priuata, cuius fama nulli eſt neceſſaria ex nulla cauſa remittit reſtitutionem famæ ſibi debitam in criminibus hæreſis, Sodom. homic. & ſimilibus, aut ſi ſit nobilis in crimine periurij peccat mortaliter contra charitatem ſibi debitam, & infert ſibi notabile damnum, ualet tamen remiſſio, ità vt infamator tutus ſit in conſcientia à debito reſtituendi, quia ſicut quis remittens pecuniam ſibi debitã ex eo quia eſt eius dominus valet remiſſio, ſic & remittens famæ reſtitutionem, cuius etiam eſt dominus, quando alteri quam ei non eſt neceſſaria,

in alijs verò criminibus leuioribus remittere famæ reſtitutionem ſine cauſa,eſt peccatum veniale,quia eſt genus prodigalitatis, cũ cauſa verò,nullum eſt peccatum.

S. Auguſt.

a Rurſus eſſet peccatum mortale remiſſio reſtitutionis propriç famę,quando ſibi eſſet neceſſaria,aut maximè vtilis vt abſtineat à peccato,quo ſenſu *b* Sanctus Auguſtinus propriæ famæ neglectores appellat crudeles, in quo etiam caſu infamator tenebitur adhuc ex charitate famam reſtituere.

a S.Th.2.2 q.33.ar,7 in corp.

b Refertur in ca. non ſunt audiendi 11.q.3.

Reli. propria fama reſtitutionem non poteſt remittere.

Religioſus autem cum aut non ità ſit dominus propriæ famæ, aut certè etiam neceſſaria ſit ſuæ Religioni, non poteſt famæ reſtitutionem remittere.

Perſona publica, cui ad officium exercendũ fama eſt neceſſaria, peccat contra iuſtitiam ſuæ famæ reſtitutione remittens, et remiſſio eſt inualida.

Dicendum tertio. Perſona publica,cuius fama neceſſaria eſt,vt officium ſuum excerceat,volens permanere in officio ſuo,& peccat mortaliter,& contrà Iuſtitiam remittendo ſuæ famæ reſtitutionem , & remiſſio ſic facta non valet, etiam ſi peccatum illud non reddat inferiores ſuſpectos,atque infames,ſed ſolum ſuperiorem.

c Quod peccet contrà iuſtitiam patet,quia Prælatus ex iuſtitia ſub pęna peccati mortalis,tenetur ad omnia,quæ ad debitam ſui officij executionem ſunt neceſſaria,& inter reliqua maximè ei neceſſaria eſt bona reſtitutio.

c Sot.4.iuſtit.q.6.a.3.ad 4.

Quod vero remiſſio reſtitutionis non valeat, patet quia inferiores habent ius ad Superiorem,vt rectè ab eo gubernentur.

Quod diximus de Prælato, intelligendum etiam eſt de patre familias peccare etiam contrà iuſtitiam remitendo propriæ famę reſtitutionem , eiuſque remiſſionem eſſe inualidam.

Ratio quæ ſupra, & intelligitur ,quando fama a prędeceſſoribus eſt acquiſita, non autem immediatè à Patre, *d* aliàs remiſſio facta eſt valida , ex his Doctorum aliter ſentientium argumenta facilè diſſolui poſſunt,&c.

d Cordu. m. 4.de ſigillo q. 3. concl.14. dub.1.

Perſonę priuatæ poſſunt in mutua famæ reſtitutione & compenſatione. Secus ſi ſint perſonæ publicę quarum fama alijs ſit neceſs.

Dubitatur tertio. An in reſtitutione famæ locum habeat compenſatio,vt contingit cum ſe duo inuicem infamarunt.

e Dicendum primo. Si perſonæ ſint priuatæ,quæ ſe mutuo infamarunt,poſſunt ax mutuo conſenſu famam ſibi vtrinque condonare.

e Valen.3.diſpu.5 q.6,punc.5.

Ratio,quia vnuſquiſque eſt dominus famæ ſuæ, & iuri ſuo cedere poteſt.

Dicendum ſecundo. Si ſint perſonæ publicę,quarum fama alij ſit neceſſaria ſecus.

Ratio,quia non poſſunt cedere iuri aliorum.

Non licet infamantẽ per modum vindictę in fama lędere.

Dicendum tertio. Non poteſt infamatus per modum vindictę infamantem in fama lędere.

Ratio,quia non licet malum pro malo inferre,neque,iniuriam pro iniuria.

f Dicendum quarto. Falsò infamatus apud Iudicem , aut contrà iuris ordinem alterius crimen,quod probare poteſt ad iuſtam ſui defenſionem iuſtè reuelat,patet à ſimili,nam ſicut volẽtis me occidere poſſum vim vi repellere cũ moderamine,inculp.tut.&c.

f Salon.2.2.q.62.ar.2.con.23

Dicen-

Dicendum quinto, cum duo ſe inuicem æqualiter infamarunt, vno eorum reſtituere nolente, nec alter ad reſtituendum cogi poterit, ratio quia fama eſt bonum temporale, in eiuſmodi autem bonis nolenti ſeruare mihi ius meum, non teneor illi ſeruare ius ſuũ Ex charitate autem adhuc manet obligatio reſtituendi, maximè ſi adeſſet grauis neceſſitas, & ſine ſui detrimento quis poſſet reſtituere, & in hoc ſenſu accipienda eſt ſententia *a* authorum negantium dari compenſationem.

Obijcit Petr. Nauar. per condonationem reciprocam illata infamia non tollitur, neque damnum illatum, neque aliquid redditur, quod videtur neceſſarium in reſtitutione.

Reſpondeo non eſſe de ratione reſtitutionis vt tollatur damnũ illatum, ſatis eſt ſi iniuria illata compenſetur, & rurſus mutua cõpenſatio iniuriæ *b* eſt quædam virtualis reſtitutio, ſic & in bonis externis patet idem fieri poſſe, necnon & in matrimonio nam ſi *c* maritus adulteratus eſt non poteſt propter vxoris adulterationem eius conſortium, & cohabitationem declinare.

Dicendum ſexto cum ex duobus, qui ſe inuicem diffamarunt vnus vult reſtituere, alter etiam in conſcientia tenebitur ad idem nec poterit compenſatio locum habere, patet ex dictis.

Dicendum ſeptimo. *e* Condonatio infamiæ facta petenti generaliter veniam detractionum de illo ſolum reſpectu earum excuſat ad quas ueriſimilis detracti intentio extenditur, unde infamatus quamuis conuerſando cum infamato eo ipſo iniuriam remittere uideatur, uerè tamen non remittit reſtitutionem.

d Quæritur quarto. An compenſatio famę cum bonis fortunæ fieri queat.

Reſpondeo affimatiuè, unde ſi quis debet centum infamatus eſt à creditore ſuo poteſt illa centum retinere quoaduſq; fama ei reſtituatur, ſi iniuria prudentis iudicio tanti extimetur, & non ſequatur ſcandalum &c. confirmatur à ſimili in materia, etiam de excommunicatione de quo alibi &c.

Quæritur quinto. An cum iudicatur ex progreſſu temporis infamia antiquata, & ex hominum memoria abolita adhuc remaneat obligatio reſtitutionis.

Reſpo. ſi iam arbitrio uiri prudentis ceſſat omnis infamia, quia ſcilicet, qui audierunt ex temporis diuturnitate probabiliter extimantur obliti, nec unquam recordaturi *e* nulla remanet obligatio reſtitutionis *f* ſi uero credatur non omninò ceſſaſſe infamiam, utiq; reſtituenda erit.

Et quidem in dubiis circa modum reſtitutionis faciendæ, non debent auditores rogari an meminerint de aliquo crimine, quod ipſe alicui obiecerit, ſic enim eſſet potius reuocare in memoriam &c. ſed capta oportunitate laudandus eſt prudenter de virtute oppoſita crimini, de quo ille talis fuerat infamatus. Quod autem damna omnia, quæ intrà diuturnum tempus infamato obuenerint ſint cõpẽſanda nemo dubitat. Quæritur ſexto. An detrahere mortuis ſit peccatũ mortale & inducat obligationẽ reſtituẽdi.

Dicen-

a Habes apud Sayrum n. 19
b c. tuæ fraternitas de adult.
c Nau. ca. 18. n. 47.
d Ledeſm. 2.2. q. 18. ar. 2. poſt dub. 4. colligitur ex S. Tho. q. 62. a. 2. ad
e Sic intelligẽda opinio Sã. Antonin. Silu. Ang. cordub. Angles Pet. Nau. & Valen. n. 28. §. Alii.
f Sic Caiet. Aragon. Salõ. Naua. nu. 28. apud Sayrum.

Cum duo ſe æqualiter infamarunt uno nolente reſtituere, nec alius tenetur. Niſi ex charitate tam grauis urgeat neceſſitas & id poteſt ſine ſuo detrimento.
Soluitur obiectio Pet. Nauar.
Mutua compenſatio eſt virtualis reſtitutio.
Ex duobus qui ſe diffamarunt cum unus vult reſtituere, alius non poteſt uti compenſatione.
Compenſatio famæ cum bonis fortunæ fieri poteſt.
Pro infamia temporis decurſu ex auditorum memoria deleta non eſt facienda reſtitutio.
In dubiis quomodo ſit facienda reſtitutio.

Peccatum in confeſſione auditum etiã poſt mortem pœnitentis tenendum ſub ſigillo.

Dicendum primo,a ſi peccatum in confeſſione acceptum ſit, etiam poſt mortem pœnitentis tenendum eſt ſub ſigillo, & conſequenter qui illud reuelat peccat mortaliter, idque ratione reuerentiæ debitæ Sacramento,& iniuriæ quæ infertur defuncto.

a Doct. in 4. d. 21. Naua. c. 8. n. 7. verſ. 6.

Dicendum ſecundo. Si quis defunctum infamando, infamat ſimul & viuos v. g. filios, amicos peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.

Infamia ſi cum defuncto inuoluat, & viuos, inducit peccatum mortale, & obligationem reſtituendi.

Dicendum tertio, adhuc ſi infamia tangat tantum defunctos, eſt peccatum mortale.

Ratio quia hi viuunt ſaltem in hominum opinione. & homines naturaliter appetunt ſui nominis gloriam, & immutationem & rurſus ſi in cœlis ſunt, aufertur eis gaudium accidentale honoris in præſenti vita, ſi ſin inferno magis triſtantur de illa infamia.

Infamia tantum mortuos tangens eſt peccatum mortale.

Dicendum quarto. Si Defuncti infamia aliquo modo ad poſteros pertineat omninò facienda eſt reſtitutio, an verò ſi ſolum tangat defunctum adhuc reſtitui debeat, iudicio lectoris relinquitur.

Si defuncti infamia tangat & viuos inducit reſtituendi obligationem.

Dicendum quinto. Si uiuens quis alium diffamauit. & mortuus eſt ante reſtitutionem b hæredes eius tenentur ad damna reſarcienda infamato, cùm alioquin ad famæ reſtitutionem nõ teneantur, eſt enim famæ reſtitutio perſonalis, &c.

b arg. ca. ſæpè de reſtit. ſpo. & cap. ex his de pig. &c

Ratio concluſionis eſt quia hæreditas tranſit cum ſuis oneribus, inter quæ numerantur debitorum ſolutiones, &c.

Quæritur ſeptimo. c An audiens diffamationem, & detractionem, peccet mortaliter.

c De hac re S. Tho. 2. 2. q. 73. a 4. & alii nu. 37

Hæredes tenentur ad reſtituenda dãna illata proximo per infamiam irrogatam a teſtatore dum viueret.

Dicendum primo. Qui directè, & formaliter audit detrahentem ideſt qui ſua audientia eſt con cauſa detractionis adiuuando mouendo, laudando, approbando peccat mortaliter ſicut detractor, & aliquando plus & tenetur ad reſtitutionem, d ſunt enim digni morte ne dum qui talia faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus.

d Rom. 1.

Hinc D. e Bernardus ad Eugenium detrahere, aut detrahentem audire quid horum damnabilius ſit non facilè dixerim, f & concluſio intelligitur nedum de inducente ad detrahendum, qui ad id paratus non erat, ſed etiam de eo qui paratum iam amplius accendit vtcunque.

e 2. de conſid. vide S. Aug. homil. de decol lat. S. Ioa. Bapt.

Aliquando peccat venialiter.

Dicendum ſecundo. Qui lætatur quidem de alterius detractione ob odium eius cui detrahitur, ſua tamen lætitia non eſt cauſa detractionis, peccat quidem mortaliter, & aliquãdo grauius quã detractor ſi maiori lætetur odio, quam ille detrahens, ad reſtitutionem autem non tenetur, cum non ſit cauſa damni.

f Salon. 2. 2 q 73. a. 4

Aliquando mortaliter.

Dicendum tertio. Qui tantum materialiter detrahentem audit, hoc eſt nec inducit ad detractionem, nec lætatur, ſed tamen non reſiſtit cum commodè poſsit, ſi ſit perſona priuata non peccat, cum id facit ob bonum finem, quia ſcilicet detractor eſt iracundus, & ſubindè poteſt ſibi aliquod malum obuenire, &c.

Vel ſi ob rationabilem verecundiam id faciat, quia ſcilicet eſt

vilis

vtilis famulus, aut ſubditus coram Principe, aut nouerit ſe magis prouocaturum detractorem peccat venialiter ſi negligens ſit in reſiſtendo cum commodè poſſit, res autem ſit leuis, aut ſaltem ità publica, vt nihil accreſcat infamiæ ei cui detrahitur.

Perſona cui ex officio incumbit detractores reprimere ſi id omiſerit facere peccat, & tenetur reſtitutionē.

Demum peccat mortaliter primo, cum res eſt grauis, ac proindè graue infertur damnum, *a* quiuis enim ex charitate tenetur cum poteſt ſine ſuo detrimento proximi malum impedire, & hoc ſiue in *b* bonis fortunæ, ſiuè *c* in reliquis.

a Sot. 5. Iuſt. q. 10. a. 4.

Secundo cum quis ob timorem humanum omitteret reſiſtere detrahenti rebus præſertim fidei, & religionis.

b Ezo. 23.

Tertio cum detractio ſit contra ſuperiorem, reſtitutionis autē obligatio in his caſibus non inducitur.

c Prou. 5. Eccleſ. 28.

Dicendum quarto. *d* Perſona publica ſuperior ſeu prælatus, paterfamilias ſiuè dominus in ordine ad ſuos inferiores, & huiuſmodi quibus ex officio incumbit corrigere detractorem, vel detractioni obuiare ſi id omittat peccat uenialiter ſeu mortaliter pro qualitate detractionis, & quidem tenetur obuiare cū maiori ſuo incommodo, quam alij qui quantum ex charitate id præſtare debent, & ſi id omiſerint facere præter peccatum tenentur ad reſtitutionem.

d Vide S. Hier. ad Nepotianum.

Reſiſtitur detractoribus etiam vultus triſtitia.

Dicendum quinto. Reſiſtentia detractoribus ſit ne dum verbis, ſed vultus etiam triſtitia, qua quis ſe inuitum detractionem audire oſtendat, &c. vnde *e* Sapiens dicit per triſtitiam vultus animum corripi delinquentis in hoc autem inſpiciendæ ſunt circunſtantiæ, an id ſatis ſit, an comode aliquid aliud ſuperaddendum, & an præſertim tunc neceſſario facienda ſit fraterna correptio.

e Eccl. 7.

De honoris reſtitutione, & qualiter facienda ſit. Cap. VIII.

a Sot. 4. iuſt.q.6.a. 3.ad 5. & lib.5.q. 9. a.1.

Quid honor

PRemittitur primo.a Honorem eſſe cultũ, ſeu reuerentia exteriorem, quæ alicui exhibetur propter aliquam eius excellentiam ſpectantem nõ ad corporis, ſed animæ bona, cuiuſmodi ſunt eruditio, dignitas, magiſterium.

b S, Tho. 2.2. q. 72. Sot. &c.

c Alen. p. 2.q.128. m.1.

Honor lęditur contumelijs, &c.

Secundo ſicut fama per detractionem, aut in iuſtam criminis impoſitionem læditur, ſic hic honor per conuitium, contumeliam, & improperium.b Et quidem contumelia eſt de honoratio palam facta verbis importantibus culpam, ut ſiquis alterum furem appellet Conuitium latius ſe habet, importat enim de honorationem etiam ſine culpa, ut ſiquis alteri dicat iniuriosè eum eſſe oriundũ ex Iudæis, & improperium eſt cum quis alteri exprobrat beneficium aliàs collatum.

Quid contumelia, conuitium, & improperium.

d Gl. in il. ad Rom. 1 contumelioſos ſupbos, &c.

Quamuis c autem hæc trio in rigore ſumpta inter ſe differant, hic tamen promiſcuè ſumuntur pro eo quod fit in detrimentum honoris alterius.

e S.Th. vbi ſupra.

d Tertio contumelias fieri poſſe nedum verbis, ſed etiam factis.

Quarto peccata que in facto conſiſtunt ſpectantur ex obiecto quæ autem in dictis ex intentione conſideranda ſunt, ratio diuerſitatis eſt quia uerba non offendunt re ipſa, ſed ex ſignificatione, quæ coligitur in proferentis intentione, facta autem ſi mala ſint ex ſe, non eſt inſpicienda intentio animi vt circunſtantia aggrauans, hinc qui verba profert contumelioſa, ſed non ea intentione vt contumeliam alteri inferat, dicetur contumelia materialiter, nec e erit peccatum mortale niſi per accidens ratione damni.

f cordub. de detrac. q.2. concl.8.

g Apoſt.

h S. Aug. 2. de ſerm. domini in monte ca. 30.

Contumelia materialis aliquando meritoria.

Quinto f hæc contumelia materialis aliquando poteſt eſſe meritoria, cum ſcilicet fit ex ſola intentione corripiendi ſic g Apoſtolus appellauit Galathas inſenſatos ratio patet ex ſupradictis, oportet h autem eiuſmodi correptionem fieri primo cautè, & moderatè. Secundo, ut contumeliæ dicantur animo coripiendi.

i Pet. Nauar. 2. de reſt. c 4. p. 1. dub. 5.

Tertio, vt frater intelligat ſibi verba illa dici ex chritate non ex odio, &c.

Si autem admiſceatur aliquid iracundię, dum quis fratrem corripiendo materialiter verbis contumelioſis vtitur, eſt peccatum vero grauius, uel leuius iuxta exceſſum, i qui adhuc adeò excreſcere poſſit, vt iudicari deberet mortale etiam ſi principalis cauſa improperandi eſſet correctio contra K Nauar.

K in Man. c. 18. m. ijs

Ratio

Ratio quia à ſimili nec excuſatur qui notabiliter excedit in correctione corporali, quamuis ex bona intentione moueatur, & rurſus quia aliàs daretur occaſio dominis reſpectu ſeruorum, & prę latis reſpectu ſubditorum &c. inferendi quamcunq; iniuriam prætextu correptionis. Quin & mortaliter peccaretur ſi quis de aliis vitiis proximum improperaret, quorum correctio non intenditur His prænotatis.

Honor iniuſtè ablatus ex iuſtitia reſtituendus etiam cum proprio honoris, non aut cum vitæ detrimento.

Difficultas eſt quid, aut quomodo reſtitui debeat pro læſione honoris.

a Salō. vbi ſupra.

a Dicendum primo. Honor alicui iniuſtè ablatus ex iuſtitia ei reſtituendus eſt etiam cum detrimento proprii honoris, non autẽ cum periculo vitæ vt fieri debet in reſtitutione famæ, & ratio diſparitatis eſt, quia damnum in honore non eſt quid poſitiuum, ſed tantum priuatio debitæ reuerentiæ, ſecus infamia.

Honoris reſtitutio validè remitti pōt.

Dicendum ſecundo. Sicut quis famæ, ita & honoris reſtitutionem remittere poteſt contra Caiet. Ratio quia verè vtriuſque eſt dominus.

Regulariter petē debet venia ab eo, qui læſit in honore cum alia via opportunior non ſuppetit.

Dicendum tertio. Si aliter quam veniam petendo, reſtitui nequit, honor, qui in eo læſit, regulariter ad eam petendam tenetur, ratio quia quouſq; id præſtiterit, ſemper retinet honorem alterius Dixi regulariter alioquin id dedecet Pręlatos reſpectu inferiorum, & alios, quorum authoritas neceſſaria eſt bono publico, ne contemptui habeatur.

Ex varietate circumſtantiarum varie eſt ſatisfaciẽdum in reſtitutione honoris.

Item neque hoc eſt in uſu poſitum inter illuſtres perſonas, ſed iudicio prudentum commodior via inueniri debet.

Damna quæ iniuriam conſecuta ſunt, debent compenſari.

Dicendum quarto. Si præter contumliam, illatã, fratrem etiam contriſtauimus, tunc præter honoris reſtitutionem, quæ debetur ei ex iuſtitia ſatisfaciendum eſt ex charitate, redeundo cum eo in amicitiam, & rurſus pro contumeliæ circunſtantia, quæ facta ſit coram in abſentia enitendum eſt ſatisfacere eodem modo ignorantiam confitendo, vel veniam poſtulando, b & rurſus ſi contigit contumelia publicè, publicè etiam ſatisfieri debet, & ſi in ea irroganda commiſſum eſt mendacium, debet de mendacio ſe retractare.

b Corduba Silu. Nauar.

c S. Anto. 2. p. tit. 2. c. 2. §. 3.

Dicendum quinto. Sunt etiam compenſanda omnia illa damna quæ conſecuta ſunt ignominiam iniuſtè irrogatam.

¶ Demum ex eo quod familiariter, quis cum iniuriante conuerſetur, non eſt putandum remiſiſſe illi iniuriam, niſi aliundè id conſtiterit.

De Venatione, aucupio, Piſcatione, an & quomodo prohibentur. & de reſtitutione exinde facienda.

Cap. IX.

Animalium quædam fera quædam non.

PRimo dubitatur qualiter dominium acquiratur, vel amittatur in feris, ferarum autem nomine piſces, & volucres intelligi debent. Pro ſolutione.

a Not. primo animalium ratione carentium quędam eſſe natura ſua fera, vt lepores, piſcis, grues, perdices, cerui, & id genus alia, quædam non fera, vt oues, Boues, porci, gallinæ, anſeres columbæ domeſticę &c.

a §. Feræ & ſeq inſtit. de rerũ diuiſ.

Inter animalia eiuſdem ſpeciei quædam ſunt fera quædam mitia ratione educationis.

Not. ſecundo inter animalia eiuſdem ſpeciei, & appellationis poſſe eſſe quędam fera, quędam domeſtica ratione educationis vt patet in ceruis, & accipitribus, è contra quædam licet non ſint fera ſua natura longa tamen educatione poſſunt fieri fera, vt porci, qui longo tempore in ſiluis ſeorſim ab hominibus degunt.

Animalia non fera ad proprios dominos & viua & mortua ſpectãt.

Fera animalia ſunt primo occupãtis iure naturali & gentium.

Cenſentur appropriata quandiu in dominorum cuſtodia perſeuerant.

Dicendum primo. b Animalia non fera regulariter omnia sũt appropriata, & licet hęc aliquando longè aberrent, vel interficiantur, eorum tamen dominium adhuc apud dominos manet, vndè quidquid eorum ſupererit ad dominos ſpectat, hinc ſi ouis partem quis ex lupi ore extraheret, ad dominum ouis illa pertineret, quamuis ei dominus laborem, & expenſas ſoluere teneretur.

b Colligitur ex l. Põponius ff. de acquir. rerum domin. & § Gallinarũ inſti. de rerum diuiſ.

Dicendum ſecundo. c Animalia fera quæ adhuc in nullius ſunt dominio, iure naturali, & gentium fiunt primo occupantis, & fas eſt ea capere in quocunque loco.

c l 3. de acquiren. rerũ domi. c. Ius naturale, &c. ius gentiũ diſt. 1.

Dicẽdum tertio. Fera animalia tandju ſunt dominorum, quandiu in eorum cuſtodia manent, cum primum verò in ſuam ſe receperint libertatem, fiunt denuò primò capientis.

Naturalem autem libertatem cenſetur conſecuta, quando ita cuſtodiam euadunt, vt domini, & cuſtodientis oculos effugiant, vel eſto ſint in eorum conſpectu difficilis tamen eſt eorũ proſecutio, & comprehenſio, modo ne iſta ex incuratione quia ſi domeſtica redire ſoleant, aut ex accidenti aufugere lõgius nequeât, quia v.g. alas habent truncatas, aut ſint in viuarijs, & piſcinis &c.

Quæ

Quæ etiam ex huiuſmodi animalibus generantur ad eoſdem pertinent dominos. Intelligitur autem concluſio de viuarijs, ſtagnis, & ſaltibus paruis, vbi animalia ſic continentur incluſa, vt ea dominus quaſi arbitratu ſuo capere poſſit cum velit, ſecus de vaſtiſſimis; *a* in quibus animalia incluſa ita naturali fruuntur libertate, ac ſi nunquam capta eſſent, hæc enim non ſunt eorum, quorum ſunt ſtagna, ſaltus, & lacus etiam ſi illi ſoli propter dominiũ loci ius piſcandi, & venandi habeant.

a §. itẽ feras ci. Couar. regu. peccatum p 2. §. 8. n: 15. in fine, de reg. iu. in 6.

Ratio, quia eo ipſo, quod feræ illæ in locis tam maximis poſitæ ſunt, ut potè ſuam naturalem libertatem conſecutæ, ad nullius dominium pertinent.

b Dicendum quarto. Feræ, quæ educatione manſueſcunt, & abire, & redire ſolent, ut columbæ ad columbarũ, apes ad aluearium, cerui, &c. tãdiu ſunt dominorum, quandiu egredi, & certis temporibus redire ſolent, ſecus fiunt primo capientis, etiam ſi facilior eſſet eorum comprehenſio, ex quo aliquam partem priſtinæ manſuetudinis retineant.

b Io. Med. C. de reſt. q. 12. & alij nu. 24.

Animalia fera quandiu redeundi conſuetudinem non amittunt conceduntur occupanti.

c Ratio eſt, quia ſicut quandiu egredi, & regredi ſolent, habentur pro domeſticis, & proindè qui eas auferret, furtum committeret, ſic è contra priſtinam nactæ libertatem primo capientis fiunt.

c §. pauonum, Inſt. de rer. di. l. naturalium. ff. de acqu. rer. dom.

d Dicuntur autem redeundi conſuetudinem amiſiſſe ſi bis auſugiant & non impeditæ diebus, & horis conſuetis non redeunt, *e* conſuetudo enim inducitur per binum actum.

d Glo. in l. de qu bus ff. de legi. *e* l. 3 C. de Epiſ. aud.

Cæterum in hoc ſtandum eſset prudentis iudicio; ſi enim in ſuburbanis commorentur, aut per alienas domos diſcurrant per tempus longiuſculum, non dicerentur redeundi conſuetudinem amiſiſſe. Hinc apparet quid dicendum de accipitribus, & de apibus, quarum noua examina ad eos ſpectat, quorum ſunt apes, &c.

Dubitatur ſecundo. An licitè prohiberi poſſit venatio, & piſcatio, & quouſque.

Dicendum primo. *f* Quamuis venatio iure naturæ licita, & vtilis, vt loquendo de ſaltuoſa, quæ fit in editis nemoribus, meritò tamen *g* clericis prohibetur, præſertim quæ cauibus fit, & accipitribus, ad quos alẽdos redditus Eccleſiaſtici aliàs pauperibus erogandi inſumuntur, cum alioquin venatio quieta, recreatiua, & ſine ſcandalo non prohibeatur, neque tamen contra facientes peccarent mortaliter, niſi vbi uenatio eſset periculoſa, qualis eſt aprorũ, vnde ſi aliquis tunc interiret, aut mutilaretur, clericus qui cauſa eiuſmodi venationis fuiſſet, redderetur irregularis. Multò tamen ſtrictus cenſetur inhibita Religioſis uenatio, quàm Clericis ſæcularibus.

f Hoſtien. Io. Andr. & alij nu. 5.

g cap. quorundam, d. 34. & Clementina prima, §. porrò, de ſta. monachorũ, & per totum tit de Cleric. venator. Conc. Tridentinũ, ſeſſione vigeſima quarta, cap. 12.

Venatio ſaltuoſa clericis prohibetur.

Multoq. ſtrictius Religioſis.

h Dicendum ſecundo. Etiam Laicis iuſtis de cauſis poteſt à Principe prohiberi uenatio, aucupium, & piſcatio.

h Gloſ. in cap. qui uenatoribus, d. 87. & alij numero 6.

Primo ob bonum commune, verbigratia, ne funditus aues, pi-

ſces,

ſces, & feræ exterminentur. Probatur à ſimili; nam ob commune bonum imponuntur vectigalia, quibus bona, quæ propria ſunt, applicantur Principi, & ſimiliter theſauri abſconditi.

Ratione inopportunitatis tẽporis. Secundo ob eandem publicam vtilitatem ratione importunitatis temporis, cum verbigratia feræ grauidæ ſunt, aut præ multitudine virium ita facilè omnes caperentur, vt deinceps prouincia eiuſmodi feris deſtituta remaneret.

3 *Ad vitanda incõmoda.* Tertio, ad euitandas lites, aliaque incommoda, verbigratia, cũ propter venationem agricultura, aliaque honeſta negotia dimitterentur.

4 *Ratione certorũ inſtrumentorum.* Quarto, prohiberi meritò ſolent, ne fiat occupatio à certis inſtrumentis, in quibus aut diſtruerentur, aut fugarentur omninò. a Sot. 4 inſtit. q. 6. a. 4.

5 *Ob Principis reſeruationem.* Quinto a ex Principis decreto ſibi certa loca, nedum Communitatis, ſed particularium dominorum ad venationem reſeruãte. Rationabile eſt enim, Principem honeſta recreatione reuelari, vt publicis negotijs acrius deinde vacet, in quo & caueat Princeps, ne loca ſatis perampla ad venationem reſeruet, ſed moderatione vtatur, & rurſus aliquid ijs, quorum ſunt prædia, ſatagat compenſare.

6 *Licet etiam Magnatib. ĩhibere, aut reſeruare venationem in locis propria iuriſd. iuxta priuilegia conceſſa aut præſcriptam cõſuetudinem.* Sexto poſſunt & Magnates, qui Superiorem agnoſcunt in locis, quorum dominium proprietatis ad ipſos ſolos ſpectat venationẽ, & piſcationem ob bonum publicum inhibere, aut ſibi ſoli reſeruare, iuxta priuilegia ſibi conceſſa, aut præſcriptam conſuetudinem.

Vbi autem obueniat damnum particularibus, aut Communitati ob venationem, tenetur Princeps ad illud compenſandum, aut ad licentiam concedendam, aut inſtrumentis non vetitis, feræ illæ occidi poſſint.

Damna autem conſideranda ſunt non pro tempore tantum, quo inferuntur, verbigratia, non tempore deuaſtationis ſegetum, ſed meſſis, demendo periculum, cui ſubdebantur.

Ratio, quia iniuſtè per violentiam impediens à lucro ceſſante tenetur nedum ad ſortem principalem, ſed etiam ad lucrum veriſimiliter ſperatum, deductis expenſis. Inſuper autem compenſandi ſunt labores, & expenſæ, quę fiunt pro arcendis eiuſmodi animalibus.

b Neque ſatis erit habere animum reſarciendi eiuſmodi damna; nam ſi inuitis inferantur, erit peccatum mortale, vt eſt mortale alienum ſurripere, quamuis habeatur animus reſtituendi. b Na. c. 17. n. 125. ver. 31.

c Inſuper peccant Principes imponentes pœnam mortis, aut mutilationis, aut fuſtigationis contra venantes in loco ab ipſis prohibito. c Sil. & alij, nu. 13.

d Quod ſi ad terrorem tantum promulgarentur eiuſmodi pœnæ, qui eas deindè executioni mandaret, peccaret mortaliter cum onere reſtituendi damnum illatum. d Mol. diſ. 47. e l. 3 ff. de acqui. rer. domi.

Ex priuato omine. e Septimo, prohibere vnuſquiſque poteſt, ne extraneus in agro ſuo venetur, aut piſcationem exerceat, f & id ipſum facere poſſunt Cõmunitates in eorũ locis, ſpectata ſẽper conſuetudine, &c. f Medi. C. de reſti. q. 12. dub. 21.

Dubita-

Dubitatur tertio. An facta lege à Principe, ne quis in locis, & caſibus ſupracitatis venetur, peccet qui illam tranſgreditur, idem de piſcatione, &c.

a Carbo. tr. de reſt. q.34. conc 8.

a Reſpondeo, ſi lex iuſta eſt, ijs nempè conſtans conditionibus quæ neceſſariò requiruntur, obligari ſub mortali, cum verſetur circa materiam grauem.

Dubitatur quarto. An, & quando venantes contra prohibitionem capta reſtituere teneantur.

b Toll. l. 5. c. 20. & alii nu. 17.

Qui venatur in locis patentibus, et minime circumſeptis ſibi prædam acquirit, modo ne maximam deuaſtationem ferarum fecerit.

b Dicendum primo. Qui venatur, aut piſcatur in locis communibus patentibus, & minimè circumſpetis, cuiuſcunque ſint loca illa, non tenetur reſtituere, niſi ſtragem, & deuaſtationem magnã ferarum faciat, ſed captorum acquirit ipſe dominium, licet peccet faciendo contra legem, quę id prohiberet.

Ratio primi eſt, quia feræ illę, aut piſces ſunt in ſua naturali libertate, nec alicui appropriantur, ideoque ex tali aucupio, aut piſcatione nulli aliquid proprium auferetur, ac proinde nulla exoritur reſtituendi obligatio, niſi cum eadem lege cautum eſſet eiuſmodi venatores inter alias pænas, priuari etiam præda, quod ob bonum publicum facere poſſent Principes.

c Couar. in reg. peccatum, p. 2. §. 8. nu. 3.

Venatio illicita tantum quia contra commune bonum eſt aut indecens ratione modi, temporis, vel perſonæ, non obligat ad reſtituendũ.

c Dicendum ſecundo. Venatio, aut piſcatio illicita ex eo tantum, quia contra bonum commune eſt, aut indecens ratione temporis personæ, vel modi, non inducit vinculum reſtitutionis, ſatiſque erit luere pęnas impoſitas tranſgreſſoribus poſt ſententiam Iudicis. Hinc ſequitur.

Primo. Clericos venantes non teneri ad reſtitutionem, quamuis eis ratione decentiæ perſonæ vanatio ſit interdicta, nec laicos quamuis contra prohibitionẽ diebus feſtiuis omittendo Miſſam, aut diebus Quadrageſimæ venationi incumbant, nec qui inſtrumentis illicitis utuntur, nec qui per fundum alienum feram inſequuntur, &c.

Feræ a locis in quibus detinebantur ſua ſponte egreſſæ fiunt capientis, ſecus ſi dolo inde fuerunt extractæ.

d Bannes 2.2. q. 62. a. 3 dub. ult. conc 3.

d Dicendum tertio. Quando tales ferę nullo dolo, aut fraude venatoris egrediuntur de locis prædictis, in quibus prohibitum eſt venari, & abeunt ad alia loca, in quibus licita eſt venatio, capiens illas nec ad pœnam, nec ad reſtitutionem tenetur.

e Sot. 4. iuſtiq. 6. a. 4 & alii nu. 22.

e Dicendum quarto. Qui venatur in locis circunſpetis, quæ a priuatis dominis poſsidentur, & in quibus animalia facile poſſunt capi peccat & tenetur ad reſtitutionem.

f Rodriq. p. 1. ſumm. c. 37. conc. 4.

f Dicendum quinto. Qui venatur in loco alterius, vbi eſt aliqualis clauſura, non tamen ita arcta, quin adhuc liberum inde egreſſum habeant, peccat quidem, quia domino loci inuito infert iniuriam, animalium tamen, quæ ibi capit acquirit dominium, quamuis teneatur de damno illato, aut lucro ceſſante, quod inde ſubſequitur, præſertim ſi illud animal fuiſſet capturus, vbi autem res dubia eſt, ſtandum eſt arbitrio boni viri.

Ius venandi quid operatur.

Procedit autem concluſio, etiam ſi fundus ſit alteri locatus ad venandum. Prohibitio enim & locatio non eſt ſufficiens cauſa ad applicandum ſibi ipſi feras, quæ antea nullius erant, ſed ſolum facit, vt is, cui ius venandi conceſsum eſt, libere venari poſ-

ſit abſque pœna, ſecus autem eſt de alijs, qui & venando peccant. & id eis non erit impunè.

a Dicendum ſexto. Qui venando etiam in locis, damna alienis rebus inferunt, tenentur ea reſarcire, patet ex ſupradictis.

a Moli. tr. 2. diſ. 53.

b Dicendum ſeptimo. Qui occidit, aut grauiter vulnerat domeſticum animal in proprio agro, peccat, & tenetur etiam ad reſtitutionem.

Ratio, quia tantum poteſt expellere, aut includere donec eius dominus admonitus ſatisfaciat.

b Lop. p. 1 inſt. cōſc. c. 148.

c Dicendum octauo. Qui alium iniuſtè venari, aut piſcari prohibet, peccat contrà iuſtitiam, & tenetur ad lucrum ceſſans.

c Na. c. 17. n. 120. ver. 27.

De columbariorum vſu, & reſtitutione facienda, vel non à cæſoribus lignorum. Cap. X.

Columbariorū noua conſtructio, an licita.

d Sil. v. reſtitutio. 3. quæſ. 4. §. quartum, & alij nu. 1.

CIrca Columbaria dicendum primo, vbi nec lege, nec conſuetudine prohibetur, modò columbis de alimentis neceſſarijs prouideatur, & eorū domini parati ſint damna, ſi quæ uicinis intulerīt, ræſarcire, cum reuera parum, aut nihil damnificare poſſe cenſeātur, non enim comedunt grana, niſi diſcooperta alias peritura, & potius deuorant mala ſemina, vt lolium, rugillam, &c. vnde proſunt impediendo, ne ab ijs ſegetes præfocentur, & ſaltem ſi quid ex bonis granis auferūt, id proprio compenſant ſtercore agris vtillimo, præterquam quod cum ex columbis cibus optimus præparetur, habita ratione ad bonum commune, non eſt cur earum columbaria prohiberi debeant.

Quia alienas colūbas aucupatur, peccat, & tenetur reſtituere.

e Caiet. v. columbariū, & alij nu 1.

e Dicendum ſecundo. Qui alienas columbas intrà, vel propè columbaria aucupatur, peccat mortaliter pro quantitate furti, & tenetur reſtituere.

Ratio, quia ſunt appropriatæ & peculiari cuſtodia, quaſi recluſæ, & ampliatur etiam ſi longius a columbario uolitent, modò ad proprium locum redire ſoleant, *f* habetque dominus columbarij actionem contrà huiuſmodi aucupes.

Præſertim ſi intra terminos lege prohibitos.

f Colligitur ex l. vſufructuarum, ff. d. vſuf.

Dicendum tertio. Qui intrà terminum a ſtatuto prohibitum columbas aucupatus, peccat, & tenetur reſtituere.

Ratio primi eſt, quia ſtatutum iuſtum obligat in conſcientia.

Ratio,

Ratio ſecundi eſt, quia intra talem termninum columbę ſunt bona domini particularis.

Si autem eſſent plura columbaria, & auolantes ex vno, abirent extrà terminum præſcriptum illi columbario, idque liquidò conſtaret, aucupes nec peccarent, nec reſtituere tenerentur, id tamen ferè nunquàm accidit, *a* & in dubijs præſumuntur columbæ viciniores columbarij, quod autem extrà terminum licitè quis eas capiat, patet, quia integrum fuit Principi ea conditione columbariorum extructionem concedere ob bonum publicum, at ſi extrà terminos columbæ auolauerint, earum dominium àmittetur, præſertim cùm columbæ ſint medium quoddam animal inter domeſticum, & ferum, & ampliatur concluſio, ita vt etiam ſi quis columbas extra præſcriptos terminos inſtrumentis prohibtis aucupetur, peccat quidem, ad reſtitutionem tamen non tenetur, cum vnius legis tranſgreſſio, iuri per aliam legem conceſſo non præiudicet.

a Moli. d. 50.

Vnius legis tranſgreſſio iure per alteram legem conceſſionem præiudicat.

Dicendum quarto. *b* Vtens artibus, & dolis, quibus columbas ex aliorum columbarijs ad ſuum attrahat, intrà terminum prohibitùm, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere. Ratio, quia eſt furtum, prout ex dictis.

b Naua. c. 17. n. 127. & alij nu. 6.

Circa lignorum cæſionem. Præmittendum primò ex paſcuis, & ſiluis quaſdam eſſe vicinas, quaſdam remotas, & rurſus uel eſse communes, vel proprias.

Secundo, poſſe Rempùblicam per leges prohibere ne in aliquo loco cædantur ligna, uel armenta paſcantur ob commune bonum, quæ leges cum iuſtæ ſint, obligant in conſcientia. His præmiſſis.

c Dicendum primo. Oppidani de ſilua, quæ ab ipſis in communi poſſidetur, poſsunt ſine licentia cædere ligna ad proprios vſus in modica tamen quantitate abſque peccato, ſed nòn àbſque pœna poſt ſententiam condemnatoriam luenda, vbi pœna impoſita ſit per ſtatutum.

c Sot. 4. iuſti. q. 6. ar. 4. & alij, nu. 9.

Ex ſilua communi poſſunt oppidani citra peccatum ſed non citrà pœnam ſi ſit impoſita moderatè ligna cædere ad proprios vſus.

Probatur concluſio. Nam qui diſcretè accipit eiuſmodi ligna, non nocet grauiter Reipùblicę, & accipit de eo, quod ſibi cum alijs commune eſt, ſecus ſi excederet in notabili quantitate lignorum, redundant enim in Communitatis detrimentùm, & defraudaret in eo conciues ſuos. Moderatè autem dicetur quis cędere ligna habita ratione amplitùdinis ſiluę multitudine incolarum, & & rei domeſticę neceſſitate in quo cum generalis, & certa regula dari nequeat, ſtandum erit iudicio uiri prudentis.

Quod autem lex tranſgreſſores poſſit obligare ad pœnam in conſcientia, patet, quia iuſta eſt ratione boni publici, quod ipſa reſcipit.

d Ampliatur Concluſio, ut nec ad reſtitutionem teneantur, quando homines ex duobus conuicinis oppidis, mutuò ſibi auferunt ligna ex ſiluis ſuę Communitatis, pręſumitur quippè quaſi tacitus conſenſus vtriuſqne Communitatis, vt vnuſquiſq; ex alterius ſiluis poſſit ſibi diſcrète ligna conquirere, vnde ea aſportan-

d Moli. di. 58. concl. 3.

 tes,

tes ad neceſſarios vſus in modica quantitate non reputantur rij res, nec peccant nec tenentur reſtituere, ſed remanent tantum pœnæ à lege conſtitutę obnoxij poſt ſententiam admonendi tamen ſunt tranſgreſſores à confeſſarijs, vt ab hoc deſiſtant, ſed non tanquam mortalis peccati rei, &c.

Compenſatio inter finitimos populos in cædendis lignis debet eſſe cæteris paribus.

Dicendum ſecundo. *a* Eiuſmodi compenſatio interfinitimos populos non habet, quādo vnus eorum ſyluam communem habet valdè remotam, alter verò propinquam, aut cum vnus eorum omninò caret, ac proindè qui cędunt ligna in alterius populi præiudicium, peccant, & ad reſtitutionem tenentur ſtatim, ad pœnam verò præſcriptam nonniſi poſt comdemnationem, In hoc autem ſtandum eſt conſuetudini, contingit enim, vt alicubi contenti ſint oppidani ſola pœna, cum delinquentes in facto comprehenduntur, &c. Et rurſus conſiderandum vniuerſitates ſemper eſſe mitiores circa exigendam compenſationem damni illati, quam ſint domini particulares.

a Salon. 2. 2. q. 62. a. 3 cōtrou. 2. cōcl. 2. & alij.

Secus ſi Principum liberalitate habeantur, & ligna cadentes ſint ſaltē in graui neceſſitate.

Dicendum tertio. *b* Qui ex ſilua particularis perſonæ, & eius induſtria plantata ligna cædit, ſibique inuito domino appropriat peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur antè ſententiam ad pœnam autem non niſi poſt ſententiam, quando autem damnum aſcendat ad quantitatem peccati mortalis, ſtandum eſt arbitrio boni viri.

b Ledeſm. 2. 4. q. 18. a. 2.

Eadem eſt ratio de lignis & fructibus Syluarum.

Dicendum quarto. *c* Scindēs ligna ex ſiluis particularium dominorum quas non propria induſtria, ſed principis habent conceſſione, & quibus aut extremè, aut ſaltem grauiter indigeat, ratio, quia à Principe non plus Iuris priuato homini conferri potuit in ſiluam, quam ipſe habuerit, ſed ex Principis ſilua quæ ſua ſponte producat arbores, licet omnibus in ſupradicta neceſſitate ligna ad proprios vſus cædere, ergo cum eiuſmodi ſyluam donauerit princeps, non poteſt præiudicare pauperibus quin iure ſuo vtantur.

c Bannes 2. 2. q. 62. a. 3 dub. 4. conclu. 2.

Dicendum quinto, cum licet in ſyluis cædere ligna, licebit etiā & eorum fructus colligere, & aſportare, & è contrà.

Iniuſta prohibitio excuſat à peccato à reſtitutione, & à pœna.

Ratio quia *d* acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

d Reg. acceſſorium de reg. iu. in 6.

Dicendum ſexto. *e* Cædens ligna ex ſylua contra iniuſtam prohibitionem nec peccat, nec tenetur reſtituere, aut ſubire pœnam etiam poſt ſententiam, quia potius peccauit qui ità iniuſtè prohibuit, idem dicendum de iniuſta prohibitione venationis, &c.

e Rodriguez p. 1. Summ. c. 37. cocl. 8.

Emptores eiuſmodi lignorū quando ad reſtitutionem obligentur.

Dicendum ſeptimo. *f* Ementes ligna ab ijs, qui illa detruncarunt, erunt immunes uel obnoxij reſtitutioni iuxtà legitimam, vel illegitimam eorundem detruncationē, ità vt tūc iudicentur benè emiſſe cum venditores iuſtè ligna illa cædendo ſibi appropriarūt.

Intelligitur autem cùm venditores non ſunt ſoluendo, & hoc emptoribus innoteſcit, alioquin ſi reſtituere poſſunt venditores vtiquè emptores erunt immunes, etiam ſi ligna ad domorum ędificia iam adaptata permaneant, præſertim ſi bona fide emerentur.

f Corduba q. 71.

Cautio pro Ordinarijs.

Caueant tamen Ordinarij excommunicationes ita facilè concedere contra cædentes ligna, cum eiuſmodi peccata & ſi contrà iuſti-

iuſtitiam ſint commutatiuam, adhuc tamen adeò frequentia ſunt vt vix euitari à villicis queant. Cum verò fertur excommunicatio contra ceſores, vtique non inuoluet niſi eos quos ad reſtitutionem in conſcientia eſse diximus obligatos, *a* ratio quia illi ſoli peccant mortaliter.

a Vide to. 1. theſ. l. 1. c. 9.

De Paſcuis, & iure paſcendi, deq; Syluarum aliorumque locorum custodibus. Cap. XI.

b Salon. 2. 2. q. 62. ar. 3. cõtrou. 2. concl. 5.

Paſcere armenta in pratis alienis peccat, & tenetur reſtituere pœnam autem luet poſt ſententiam Iudicis.

DIcendum primo. *b* Qui inuito domino armenta in alienis pratis, ſiuè ſint particularis domini ſiuè communitatis alicuius paſcit mortaliter peccat, niſi paruitas materiæ excuſet, teneturque ad reſtitutionem damni illati antè ſententiam Iudicis, ad pœnam verò non niſi poſt ſententiam.

c Cou. lib. quæſt. practicarũ c. 37. num. 2 & 3.

Princeps ob publicam vtilitatem ſtatuere poteſt vt paſcua poſt collectas fruges enaſcentia ſint communia.

Dicendum ſecundo. *c* Quamuis iure naturali, & gentium prohibere quis poſsit ne alij in ſuis agris armenta paſcant, adhuc Princeps ſpectata publica vtilitate ſtatuere poteſt vt collectis frugibus, & fructibus, herbæ quæ ſpontè ſua naſcũtur tanquam publica paſcua ſuæ Cõitatis habeantur, & de facto ità in pleriſque locis obſeruatur, modò ibidem non ſint oliueta, vites, aut arbores fructiferæ, quibus armenta ſemper ſua paſtura nocere ſolent, quocirca nemo ſine ſpeciali priuilegio, aut praſcriptione legitima prohibere poterit aliena armenta, in paſcuis ſui agri vtantur conuertendo illa in prata, quæ diſeſa vocatur, in hoc tamen ſpectandæ ſunt particularium regionum conſuetudines.

d Cou. lib. c. 37. nu. 1. Cordub. q. 118. in fine, &c. o

Princeps in publicis paſcuis non habet plus Iuris quam priuata perſona.

Teneturque ad damna illata compenſanda.

Dicendum tertio. *d* Domini Oppidorum, vel Ciuitatum ex eo tantum quod ibi habeant Iuriſditionem ciuilem, aut criminalem, non proindè cenſentur habere dominium in publicis paſcuis illius territorij, ſed hoc reſidet pænes vniuerſitatẽ, quare eiuſmodi domini vtentur publicis paſcuis, & homines talis vniuerſitatis ſine publico præiudicio, quamuis eis iuxtà decentiam ſtatus licitum erit aliquanto plura alere animalia, idemque proportionaliter dicendum circà ligna cædenda, quod ſi ratam ſibi competentem exceſſerit, tenetur reſtituere, ac quicunque alius priuatus de illa vniuerſitate, *e* nec excuſatur quod populus non petat ob metum, vel quod remittat, niſi remiſſio ſit omninò liberà *f* ad pœnas tamen niſi condemnetur, aut condemnari ſe illicitè impediat non tenetur.

e Say. propoſ. 4. n. 4.

f Molin. diſpu 59. cõclu. 4.

Quoad huiſmodi locorum cuſtodes Quæritur quomodo ſe gerere debeant, quando prohibitio iuſtè fit, ne ex ſilua ligna cædantur, idemque proportionaliter intelligendum eſt circa piſcationem, & aucupium, nam ſi iniuſtè, & tyrannicè prohibitio facta eſſet, ad nihil tenerentur, etiam ſi iuramentum interceſſiſſet, hoc enim cum non poſſit eſſe vinculum iniquitatis in tali caſu non foret obligatorium. Circa hanc materiam.

Peccat cuſtos non denunciando transgreſſores niſi tamen neceſſitate adducti ligna aſportent.

Dicendum primo. *a* Peccat cuſtos, & eſt periurus ſi iuramentum de fideliter exercenda cuſtudia interceſſit, quotieſcunque non manifeſtat linga cædentes, aut peccantes, &c. in locis iuſtè prohibitis niſi fortè certò noſſet tranſgreſſores id facere ex tanta neceſſitate quæ eos à peccato excuſet, cæterùm nec eoſdem vltrà quàm indigentia poſtulat permittat ligari.

a Lopez p. 1. inſtr. conſc. ca. 148.

Dicendum ſecundo. *b* Dum cuſtos per ſuam negligentiam eſt cauſa, vt damna ſiluis inferantur, tenetur in ſolidum cum ijs qui damnum intullerunt.

b Nau. c. 17. nu. 122

Negligẽtia obligat cuſtodem in ſolidum ad reſti tutionem cum eo qui damnum intulit.

Ratio quia illi ex officio incumbebat inuigilare, &c. imò cum qui illicitè ligna cædit ſolum ad pœnam tenetur poſt Iudicis ſentẽtiam; cuſtos cùm teneatur ratione ſtipendij bona domini cuſtodire illęſa, tenebitur ipſe ad damnum reſarciendum, à quo qui damnum intulit eſt immunis.

Dicendum tertio. Vbi alij ſine peccato, aut vinculo reſtitutionis poſsũt ligna cædere v. g. quia ſunt amici, aut affines domini loci, cum quibus iuſtè pręſumitur adeſſe tacitus eius conſenſus, nec cuſtos peccat, aut reſtituere tenetur, ſi id omittat.

Imo aliquãdo ipſe ſolus tenetur reſtituere.

Dicendum quarto. *c* Cuſtos dolo vtens v. g. ſe abſcondendo, vt tranſgreſsores in fragranti comprehendat grauiter peccat.

c Valen. to. 3. diſp. 5. quæſt. 6. punct. 5. dub. 7.

Ratio quia ex charitate, & fidelitate tenetur impedire tranſgreſsorem, vndè ſi pœna contra delinquentes ſit perſonalis, aut quæ in vtilitatem domini ſpoliati loci no redundet, debebit cuſtos aliquid domino reſtituere ratione officij neglecti, Reo autem damnum pœnæ quod ſubinde incurrit, reſtituere non tenetur, hoc *d* autem quod dictum eſt non intelligitur ſi cuſtos ſe abſcondat bono fine nempè ad comprehendendum furem, qui multoties ſyluam furtiuè inuaſit, & nuſquam potuit deprehendi, nam tunc cuſtos id videtur facere potius ad impedienda plura delicta.

d Nauar. nu. 123.

Comprehẽſus in damno ſi expoſtuletur de pignore pro eo compenſando tenetur in cõſcientia illud relinquere.

Dicendum quinto. Qui à legitimo cuſtode comprehenditur in fragranti, ſi poſtuletur relinquere pignus pro damno illato, tenetur in conſcientia illud exhibere, ratio quia cuſtos eſt legis miniſter.

De Ludo quando licitus, vel illicitus ſit, & qua ratione ludo acquiſita vel ab his qui alienare non poßunt, aut per dolum, aut fraudem reſtituenda ſint.

Cap. XII.

Quid ludus generaliter. Quid ne vt ad lucrum dirigitur.

LVdus vniuerſè ſumptus eſt, operatio exterior animi relaxandi cauſa ſuſcepta, quod ſi aliud ex tali operatione quæratur, id ſuperuenit ludo, vt ſpes gloriæ, aut lucri.

Quia vero de ludo ſpecialiter acturi ſumus vt ad lucrum dirigitur, ideo vt ſic definitur contractus conditionalis lucri gratia factus, quo ex euentu expoſita acquiritur, vel amittitur pecunia, omnia autem quæ circà hanc materiam tractari ſolent ad duo capita reuocantur ſcilicet an, & quando actio hæc licita ſit, & quando ex ludo dominium transferatur. Quo ad primum.

Ludus ex ſui natura eſt licitus, et poteſt aliquãdo eſſe virtus.

a Prima propoſitio ludus ex genere ſuo licitus eſt, & ſi ratione moderetur, poteſt eſſe virtus *b* eutrapeliæ ideſt iocunditatis conſtituentis medium in actionibus ſpectantibus ad honeſtam animi recreationem, quæ videtur neceſſaria, cum enim homo ex anima conſtet & corpore finitamque habeat virtutem, quiete indiget, cum continuè laborare non poſſit.

a S. Tho. 2.2.q.168. *b* 2. ethic. ca. 6. 4. ethic. c. 8.

Quod autem ludus ex ſe non ſit illicitus patet ex materia, fine, ſorte, & alijs circunſtantijs, quę omnia cum in alijs contractibus inueniri poſsent, adhuc illos non reddunt illicitos.

Ludus poteſt eſſe illicitus.

Secunda. Quamuis ex ſe ludus honeſtus ſit, poteſt tamen eſſe illicitus.

Ratione Materiæ obſcenę. Scandali datia lijs.

Primo ratione materiæ obſcenæ, & religioſę de huiuſmodi ludis intelligitur illud exod. *c* ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere, & illud *d* Thob. nunquam cum ludentibus miſcui me.

c C. 32. *d* C. 4.

Secundo ratione ſcandali.

e Tertio ratione loci vt ſi in loco ſacro theatrales ludi exerceantur, ſecus ſi ludi eſsent quieti, ad finem honeſtum, & ſine ſcãdalo.

e Caiet. V. ludus & 2.2.q.168. 2.4.du.3.

Quarto ratione temporis, vt ſi quis ſacrum die feſto omitteret cauſa ludendi.

Quinto ratione affectus, qui ſi eo vſq; vrgeat vt ad omiſſionem domini præcepti inducat, erit peccatum mortale.

Sexto ratione modi, cum dolus adhibetur *a* aut cum inuitus attrahitur ſocius ad ludendum, etiam ſi vis iſta medijs precibus adhiberetur, aut quod his deterius eſt cum blaſphemiæ naſcũtur aut verba nefanda, ſeu prophana.

a S.Th. 2. 2.q. 32.a. 7. ad 2.

Septimo ratione prohibitionis, *b* ſolent enim tum laicis, tum præſertim clericis quædam ludorum genera prohiberi.

b c. epiſcopus d. 35. ca. clerici 2. de vit. & honeſt. cleri. l. ſolent ff. de aleæ vſu, & aleator authẽ. Alearum vſus.

Clericis beneficiatis, & religioſis vt ludat ſit licitum, vel non.

c Et quidem Clericis beneficiatis, & exiſtentibus in ſacris, nec non religionis interdicitur ſub peccato mortali ſaltem ſi ludant pro notabili quantitate præſertim ex fructibus beneficiorum, quod colligitur ex ſacris *d* canonibus, in quibus Clecricus ob aleæ luſum iubetur deponi, quæ pœna non niſi ob peccatum mortale ſolet infligi laicis autem non videtur aleæ vſus inhibitus ſub pœna peccati mortalis.

Quod intelligendum eſt niſi leges illæ fortaſſis per contrariam conſuetudinem alicubi ſint abrogatæ, ita vt impunè ibi ludi poſſit in magna quantitate.

c Nau. ca. 17.n. 9.

Dicitur autem lex abijſſe in deſuetudinem quando ſuperior videt tranſgredientes, & non punit. Quando autem ludus ſit peccatum mortale vel non, ex dictis facilè colligi poteſt.

d c. inter dilectos de exceſſ. prælat ſaluet Conc. trid. ſeſſ. 22.c. 1. de reforma.

Quantum ad ſecundum, quando ſcilicet acquiſitum ex ludo nõ ſit obnoxium reſtitutioni.

Lucrans ab eis qui nec dominium, nec adminiſtrationem rerũ habent, tenetur reſtituere vero domino, aut adminiſtratori niſi forte ratione modicæ quantitatis excuſetur.

Dicendum primo certum eſſe iure naturæ lucrantem aliquid ab eo, qui non poteſt alienare ex eo, quod, vel non habet rerum dominium vel neque adminiſtrationem, teneri illud in conſcientia reſtituere vero domino, vel eius ex lege adminiſtratori, nam qui lucratur à fure, à filiofamilias non emancipato, nec habent bona caſtrenſia, aut quaſi, item à minore, à furioſo, à ſeruo, à religioſo à maritata non habente rerum comunium curam, aut bona paraphernalia &c. tenetur reſtituere, ratio quia ſicut huiuſmodi perſonæ non poſſunt bona illa per alium contractum alienare, ſic neque per ludum.

e So. 4. iu. q. 5. a. 2.

e Intelligitur autem reſpectu filijfamilias præſertim, & maritatæ modo ludus non ſit de modica quantitate, quia tunc præſumeretur tacitus conſenſus patris, & mariti, verum circà hanc concluſionem.

f Lopez. p. 2. inſtruc. conſc. ca. 33.

Seruus in bello captus ludendo ſibi acquirit lucrum ſecus de ſeruo emptitio.

Dubitatur primo. An ſeruus, qui aliquid ludo acquiſiuit, teneatur illud reſtituere domino, aut perdenti.

f Reſpondeo ſi ſint ſerui bello capti, cum hi mitius ſint tractandi ſibi acquirent quidquid eis donatum ſit, aut legatum, aut licitè ludendo lucrati fuerint, ſecus de ſeruis, qui ſeipſos vendiderunt, hi enim quidquid ſunt, domini ſunt, vt alibi &c.

Dubitatur ſecundo. An qui alienare non poteſt, ſi ipſe ludendo lucretur, retinere ſibi poſſit, an ſi ſit v. g. filiusfamilias patri acquirat.

Re-

a I. Angles 4. ſen. p. 2. q. de ludi reſti. dub. 1. propoſ. 3. & alij n. 9.

Ludens cũ non potẽte alienare ſi ſciat eius cõditionẽ ſibi imputatur ſi perdat, ſecus ſi ignorat, illi enim a colluſore debet fieri reſtitutio.

a Reſpondeo adhibita diſtinctione, vel enim colluſor nouit eum cum quo ludit nó poſſe quidquam alienare, & tunc ſiquis nó poteſt alienare lucretur, non tenetur reſtituere, ratio quia ſcienti, & volenti non fit iniuria vel ignorat cuius conditionis, & poteſtatis ſit & tunc quidquid ludendo amiſerit, ei reſtituendum erit. ratio quia ipſe non debet eſſe deterioris conditionis quam ſit colluſor ſtante bona fide in qua poſtulat natura contractus, ut aut vterq; ex contrahentibus ſit ligatus, aut nullus.

b Nau. Salon Lopez Valen. & alij n. 10. S. communis.

Dubitatur tertio. An de ratione ludi ſit, vt quis lucrari nõ poſſit plura quam colluſor ab eo lucrari queat v.g. An filius familias, qui ex tacito patris conſenſu poteſt ex centum ſibi ad victum datis perdere quatuor, poſſit ab alio plura quatuor lucrari.

Filiusfamilias quomodo poſſit plura lucrari quam perdere lucrando

b Reſpondeo affirmatiuè nequè propterea deeſſe æqualitatem quæ inter colluſores eſt neceſſaria, Quæ reſponſio in his potiſſimum conſiſtit.

Primum, Filius, qui ſolum poteſt perdere quinque vnico actu, non poteſt ab vnoquoq; colludentium niſi ſolum quinque lucrari, & ſic ſeruatur æqualitas.

Secundum Filius ut ſolum quinque v.g. perdere poteſt, ita qui vltrà quinque aliquid ab eo lucratur, tenetur reſtituere ratio quia illud plus non poterat ab eo alienari, etiam ſi id contingeret non vna, ſed pluribus vicibus, & etiam ſi filiusfamilias totidem aut plura à colluſore lucratus eſſet, ratio quia ſtatim ac ipſe lucratus eſt, patri acquiſiuit, ideoque illo inuito non poterit ea rurſus alienare, & colluſori imputatur quod priuetur compenſatione, cum ſciens, & uolens cum perſona, quæ ſui iuris non eſt ludere uoluerit, c ſecus ſi ignorans.

c Nau. Beya Lopez.

Tertium filius exponens ludo primo iactu illa quinque, quæ ex patris interpretatiua uoluntate uidentur ſibi conceſsa, ſi lucretur totidem, poterit ſecundo iactu ſimul decem exponere, & ſic conſquenter viginti, & omnia quæ ſucceſſiuè lucratur in eodem ludo non impoſitis ſpatijs, *d* uidetur enim, & in hoc caſu extendi interpretatiue patris conſenſus, cum id ludi ratio exigat; cumq; in hunc modum adſit æqualitas inter ipſum, & colluſorem, merito non tenebitur reſtituere, ſecus ſi interpollatis vicibus omnem ſummam, quam aliàs ludendo acquiſiuit, velit exponere, cum enim iam patris effecta ſit, eo inſcio, & inuito non poteſt de ea diſponere.

d Bannes vbi ſupra.

Quarto filius poſt amiſſa illa quinque de quibus poterat diſponere, ſiquid lucretur, debet reſtituere, ratio quia ſicut perdere non poterat, ſic nec lucrari.

Quinto filius qui ſolum poteſt exponere, quinque ſi primo iactu exponat decem, tenetur reſtituere quinque, ratio, quæ ſuperior, & quæ de filiofamilias dicta ſunt, intelligi etiam debent de maritata, e quæ etiam aliunde poteſt peccare mortaliter nempè ratione ſcandali ſi cum perſonis ſuſpectis ludet.

e Lopez. p. 2. inſtruc. conſc. ca. 33.

Dubitatur quarto. An religioſus licitè poſſit ludere, & ludendo lucrari etiam licitè, & perdere.

Circa

An religioſus licitè poſſit ludere, & ludendo licitè ſperari & perdere.

Prima ſententia affirmatiua, & probabilis.

Secunda negatiua ſecurior & probabilior.

Circa hanc difficultatem eſt opinio *a* pluriũ Doctorum affirmantium licitè poſſe monachum circà ſcandalum ludere in parua quantitate ſemel, aut iterum recreationis cauſa, nec colluſorẽ teneri ad reſtitutionem ſi ſuperior ei licentiam generalem dedit expendendi in uſus ſibi placentes, qui enim nihil excipit, cum potuiſſet excipere totum conceſſiſſe videtur neq; hæc ſententia eſt improbabilis, præſertim cum plures Doctores ei ſuffragentur.

b Alia ſententia negat, & videtur probabilior, & ſecurior, & fundamentum eius eſt quia in generali conceſſione non ueniunt illa quę in particulari explicata non concederentur.

c Cæterum aliquando non eſſet repetenda peccunia quæ à religioſo perderetur ad euitandum ſcandalum.

Fraus & doles in ludo iure naturæ vinculum reſtitutionis inducunt. Fraus ante ludum.

Secundo princincipaliter *d* dicendum vt certum iure naturæ ea quæ fraude et dolo in ludo acquiruntur eſſe reſtituẽda, ratio quia dolus & fraus nemini patrocinantur, Deindè quia ad transferendum dominium requiritur volũtarium ius, at qui dolo, & fraude circunuenitur cenſetur inuitus. Tertio quia ſic per fraudem exceditur lex contractus ludendi.

Fraus, autem, & dolus poſſunt occurrere, primo ante actum ludendi cum quis v.g. fingit ludendi imperitum, & tunc tenetur reſtituere, *e* ſecus ſi colluſor ſciat eum eſſe peritum, & adhuc velit cum eo ludere aut animi gratia, aut in ludendo peritior euadat, tunc enim videtur iuri ſuo renuntiare, à ſimili non tenetur reſtituere qui vadiationem, vulgo ſcomeſſam ponit, quod aliquis mortuus ſit, idq; certò ipſe ſciat, ſed de certa ſcientia ſuum comtradictorem commonefacit, & rurſus neq; tenebitur reſtituere etiam ſi colllusor ſit peritior, ſed bona fide vterq; ſe ludo expoſuit ratio quia ſicut peritior, ita e contra minus peritus ſuo aduerſario eſſe poterat &c.

Fraus in ludo vel repugnans, vel nõ repugnãs ludi legibus.

Secundo poteſt occurere dolus in actu ludendi, & hic vel repugnant legibus ludi, vt eſt vti falſis aleis &c. & inducit obligationem reſtituendi vel non repugnat, & neque reſtitui debet. *f* ratio quia eo ipſo quod aliqui ad ludendum conueniunt, præſumuntur noſſe huiuſmodi licitos dolos, communeſq; ſunt omnibus.

g Sed poſito caſu quod quis ab aliquo qui eſt inſpector chartarum ſui colluſoris admoneatur, vt auctionem vulgò, inuito, acceptet, quam non admonitus omninò repudiaſſet, dico, quod ſi vincat tenetetur reſtituere,

Secundo ſi erat dubius, circa acceptionem teneri ad reſtituendam dimidiam partem.

Tertio ſi poſtquam eſt admonitus, adhuc ludus varium euentum ſortitus eſt, præſertim cum inſpector non ſatis aduertit ludi conditionem, qui vincit, totum ſibi lucratur.

a Nau. Valen. Med. Solon. nu. 15. §. ſic.

b Angles Lopez. Rodrigu. Io. Med. Caſtro luden. Carbo. n. 16.

c Lopez. p. 1. inſtruc. conſc. ca. 33.

d S. Tho. 22. q. 32. ar. 7. ad 2. & alij nu. 17.

e Nau. ca. 17. n. 18

f Io. Med. C. de reſt. q. 22. in finæ. Coua. & alij nu. 21.

g Lopez. 2. de contract. c. 22.

De reſtitutione eorum, quæ in ludo ratione violentiæ, aut contra legis alicuius prohibitionem acquiruntur. Cap. XIII.

a Alen. p. 4. q. 24. m. 2. ar. 5. & alii nu. 1.

Qui attractis ad ludendum lucri gratia ex D. Th. obligat ad reſtitutionem.

TAntus *a* reſtituendum quidquid aliqui lucratus eſt cum eo quem ad ludendũ attraxit, aut in ludo fecit perſeuerare per opprobria, inſultationem, conuicia minas, aut etiam preces adeò vehemẽtes, vt is præſertim ſi ſit inferior, contradicere non audeat, his enim modis cauſatur inuoluntarium in colluſore per quod impeditur dominii translatio, ſecus ſi ſuaſiones, & modi eiuſmodi non ſint tales, ut inuoluntarium cauſare cenſeantur *b* Et quidẽ D. Thom. de primo attractionis modo, non de hoc poſteriori intelligendus eſt cum dixit eum qui trahit alium ad ludendum lucri gratia teneri ad reſtitutionem, imo idem proportionaliter dicendum de eo, qui acti violentia cauſante inuoluntarium alium trahit ad mercandum. Circa hoc autem

b S. Th. 2. 2. q. 32. a. 7 ad 2.

Dubitatur primo. An ſic attractus ſi quid ipſe ab attrahente lucretur reſtituere teneatur.

c Bacch. 4 d. 22. ar. 6. Alẽ. Angles Lopez Domini de Cueua Camus Rodrigu. n. 3. § Alii tamen.

d ex rela. Lopez.

e Fran. A-lio certus tr. de ludo c. 21. Gitias l. 2. de contra. c. 21.

Violenter attractus ad ludendum in id lucraturi Probatur.

c Reſpondeo affirmatiuè probatur primo quia ſcienti, & volenti non fit iniuria, qui autem ſic importunè alium pertrahit ad ludendum ſciens, & volens dominium rei ludo amiſſæ in attra-
ctum transferre cenſetur. 1
Secundo ui alium attrahens ad ludendum, adhuc ipſe libet ac 2
cedit ergo translatio dominii in ludo per eum facta ualebit. 3

Tertio à ſimili, ſicut utens falſis chartis nihil poteſt licitè lucrari cum tamen licitè cum eiſdem lucrari poſſit colluſor cum ex ſe impedimentum non ponat ergo &c. Confirmatur nam & contractus in præiudicium minoris ſine tutoris authoritate non valet cum tamen valeat in eius commodum.

Contrarium docuerunt *d* Franciſcus Victoria, & *e* alii, ſed nullis, aut certè inualidis fundamentis innixi.

Dubitatur ſecundo. An vi tractus ad ludum, ſi poſtea ad ludum applicitus animum lucrandi concipiat, ex tunc qui vi attraxit ius lucrandi quo antea carebat acquirat.

Di-

a Dicendum primo. Si tractus ab iuito decernat ludere, & lucrari ex vi ſibi prius illata virtualiter in eo perſeuerante, quia ſcilicet timet opprobria, & conuicia niſi ludat, ex tali conſenſu in ludum, & lucrum non acquirit trahens ius lucrandi ab eo.

a Lop. 2. d cōtract. c. 22

Ratio, quia verè tractus ſic ludens abſolutè in ludum non conſentit, ſed ſuppoſito interim, quod ius ei inferatur, eligit magis ludere, quã illam pati, & ſuppoſito, quòd vi ludere debeat, mauult lucrari, quam perdere, qui conſenſus non ſatis eſt liber ad concedendum trahenti ius ad lucrum.

Confirmatur exẽplo.

Exemplum eſt de puella, quæ coacta profeſſionem emittere, largitur bona ſua Monaſterio; talis enim donatio eſt inualida; nam puella nec profiteri vellet, nec bona ſua donare, ſed poſtquam ad illud cogitur, mauult vt Monaſterium bona ſua poſſideat, quam parentes, quibus fauet *b* Trid.

Noua cauſa ſuperueniens, quæ ex inuito volentem faciat, reddit colluſo rem tutum ad lucrandum

Dicendum ſecundo. Si dum quis ita per vim attractus ludit ex noua cauſa liberum animum ludendi induat, ita vt uerè uoluntarius ludo cõſenſum præſtet, qui prius eum attraxerat, licitè ab eo lucrabitur. Exemplum poteſt eſſe etiam in puella, quæ nubens inuito marito, *c* reddit nullum matrimonium, quod ſi ex noua cauſa conſentiat, verbigratia, quia maritus donat ei vineam, fiet ratum, & validum, licet ex longa etiam cohabitatione cum marito cenſeatur interim conſenſiſſe, etiam ſi alia noua cauſa non ſuperuenerit, iuxta illa.

b ſeſſ. 25 de reg. c. 17. & 18

c arg. c. ſignificauit de eo, qui dux. ĩ matrim. quã pol.

Effuge cum poteris, ne conſenſiſſe puteris
Nam ſi præſtiteris, illius vxor eris.

Remanet nunc alia celebris difficultas. An ſcilicet acquiſita per ludum lege humana prohibitum, in conſcientia ſint reſtituenda, ex hoc tantum capite.

Ludẽs ſine fraude aut coactione cum habẽte poteſtatẽ alienandi eſt tutus de lucro.

d Dicendum primo. Lucrans pecuniam in ludo ſine fraude, & coactione, & ab habente poteſtatem alienandi res ſuas, nullo iure tenetur reſtituere.

d Alen. & alii. nu. 8. §. 2. ſentẽtia.

Dicendum ſecundo. Leges Ciuiles, & Canonicæ prohibentes ludos, non impediunt translationem dominii rei ludo expoſitæ de præſenti, & quamuis peccetur eas tranſgrediendo, adhuc peccatum, & tranſgreſſio in hoc caſu non inducunt reſtituendi obligationem, ſed ſtatuunt pœnas.

e 4. d. 15. p 2. q 1 Ric. &c.

Contrarium docuerunt *e* Bonauen. & alii. Fundamentum, quia *f* per leges ludi aliqui ita prohibentur, vt ſolutum reddatur, & actionibus competentibus repetatur.

f in auth. aciarũ vſus C. de relig. & ſumpt. fu.

Soluitur ratio ſn contrarium

Reſpondeo. Præterquam quod ferè in deſuetudinem abierunt huiuſmodi leges, adhuc tamen per ipſas non prohibetur acquiri lucrum, ſed datur actio repetendi, quarè quouſque per ſententiam quis non condemnatur, ad nihil reſtituendum obligabitur.

g Caſt. l. 2. de poteſt leg. pœn. c. 2. corr. 3 & alii nu. 12.

Repetitio pecuniæ in ludo prohibito facienda eſt in iudicio.

Ruſus pubitatur primo. An repetitio pecuniæ amiſſæ in ludo per leges prohibito facienda ſit in iudicio.

g Reſpondeo affirmatiuè, vt ſit obligatoria.

Dubitatur ſecundo. An ſic vocatus in iudicium cum deſunt teſtes fateri teneatur ſe fuiſſe lucratum.

Reſpon-

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia iuridicè interrogatur, cum id fiat ad inſtantiam eius, cui per legem datur actio, ad repetendum quod ludo amiſit.

Obiicitur, cum quid ſecretum eſt, non debet in damnum proprium reuelari.

Reſpondeo verum eſſe, cum non legitimè interrogatur.

Dubitatur tertio. An reſtituendum ſit eiuſmodi lucrum ante iudicis condemnationem.

Soluitur obiectio in contrariū. Lucrans in ludo prohibito non tenetur reſtituere ante condemnationem.

a caſt. ib. Sal. Carb. nu.15.

a Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia leges eiuſmodi pœnales ſūt.

Obiicitur, Vſurarius tenetur reſtituere ante ſententiam.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem, hic enim nunquam dominium acquiſiuit, ſecus qui luſit, &c.

Dubitatur quarto. An qui ſic pecuniam perdidit, poſſit titulo compenſationis cum aliter nequeat, ſecretò à colluſore pecuniam perditam inuolare.

b Reſpondeo negatiue, modò omnes aliæ circunſtantiæ ad ludum requiſitæ non deſint.

Quib. conceditur actio repetēdi pecuniā in ludo prohibito amiſſam, nō conceditur compenſatio.

b Sot. 4. iuſti. q.5. art. 2. & alii n. 17. §. ſecūda.

c in materia de reſt. q.15.

Ratio concluſionis eſt. Iam eſt translatum dominium ad lucrantem, & ſolum datur actio repetendi in iudicio, ergo non aliter, &c. Probatur, quia ſolo iure humano hæc actio conceditur, ergo iuxtà modum ab eo præſcriptum.

Contrarium docuit c Adrian. Probat primo, quia cum quis alia via ſuum non poteſt recuperare, conceditur compenſatio.

Reſpondeo. Compenſatio datur, vbi hinc inde aliquid debetur, ſed ante iudicis ſententiam, qui lucratus eſt in ludo prohibito vere nihil debet.

Soluitur prima Adriani ratio in contrarium. Soluitur. 2

Probat ſecundo, quia & famulus poteſt per compenſationem vindicare ſibi ſtipendium, quod dominus ei dare non vult.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem: ſimpliciter enim famulus habet ius ad mercedem.

Dubitatur quinto. An quando luditur pecunia abſente, præſtita fide de ſoluendo inducatur obligatio ſoluendi. Circa hanc difficultatem.

Promiſſio preſer.im mutua de re licita naturę iure dēt adī pleri.

Certum eſt primo. Si ſolum naturæ ius ſpectandum ſit, teneri in conſcientia vnumquemque ad ſoluendum pecuniam ab alio lucratam in ludo, & à ſe perditam ſub data fide.

Ratio, quia omnis promiſſio de re licita, præſertim ſi mutua ſit iure naturæ, debet adimpleri.

Recte, per legem inhī beri pōt dominij tranſlacio in ludis. quando pecunia non eſt preſens

d An.1518. in Regno caſtellæ laudaturā Bann. 2 2. q 32. ar. 7 du. antp.

e Nau. ca. 20. nu. 17. & alii nu. 20.

Certum eſt ſecundo. Legem condi poſſe, quæ dominij vetat translationem, quanquam in ludo pecunia præſens non ſit, & ea ſtante neminem in conſcientia obligari, & ſic de facto d à Carolo Quinto lex promulgata fuit, vt in aliquo ludi genere, niſi pecunia ſit præſens quidquam acquiri poſſit, idque rationabiliter, poſtquam enim ſemel animus ludo incaluit, ſine modo pecunia exponitur ſub promiſſione, quod rarò contingeret, ſi ea præſens ſub oculis haberetur.

e Certum eſt tertio. Iurans ſe ſoliturum pecuniam, quam in ludo per-

do per-

do perdit, tenetur ſeruare iuramentum, non obſtante quacunque ciuili lege, quæ pecuniam non præſentem in ludo amiſſam dari prohiberet.

Ratio, *a* quia iuramentum ſemper ſeruari debet, cum ſine interitu ſalutis ſeruari poteſt, tamen vt iurans ſoluere vſuras, poteſt poſtquam ſoluerit, eas repetere, *b* aut antequam ſoluat petere abſolutionem à iuramento, ſic qui iurauit pecuniam non præſentem in ludo perditam, aut poſtquam illam ſoluerit, poterit repetere, aut antè procurare abſolutionem à iuramento, *niſi* & hoc ipſum iuramento promiſit nempè ſe non repetiturum, nec abſolutionem quæſiturum.

a c. ſi uero & c. cum cõtingat, de iureiu.
b cap. 1. de iureiur.

Ratio, quia licet vnicuique iuri ſibi conceſſo renuntiare.

Quod ſi dicas ſtante lege annullante obligationem de ſoluenda pecunia, quam quis ſub promiſſione in ludo perdidit; iuramentum, quod in contrarium factum eſt, eſſe nullum, vt poté contra bonos mores.

1 *Soluitur obiectio in cõtrarium.*

Reſpondeo primo. Iuramentum eiuſmodi ſeruandum eſſe, cùm ſeruari poſſit ſine ſalutis interitu, & in hoc magis præualere acceſſorium, nempè iuramentum quam principale, nempe ipſum contractum.

c Reſpondetur ſecundo, etiam ſi ludere ludo illicito ſit contra bonos mores, adhuc tamen contra bonos mores non eſſe de ſe perdita in eiuſmodi ludo ſoluere, ſic rem habere cum meretrice, eſt quidem contra bonos mores, ſed poſt copulam, promiſſio illi facta ſub iuramento de ea ducenda in vxorem, non eſt contra bonos mores, ſed eſt opus fidelitatis.

c Cordub. lib. 1. quæſtionar q. 32. ar. 2

Cum ergo hæc certa ſint, controuerſum adhuc eſt, an ſtando in iure ciuili *d* communi, teneatur quis in conſcientia ſoluere pecuniam perditam in ludo ob ſolam promiſſionem.

2 *Stando in iure ciuili, qui ſub promiſsione & non præſente pecunia ludit tenetur in conſcientia illam ſoluere.*

d in auth. alearum vſus C. de relig. & ſumpt. fu.

e Reſpondeo affirmatiue. Ratio, quia ex vna parte promiſſio de re licita iure naturali ſeruanda eſt, & ex altera nulla eſt lex ciuilis quæ contractum, & promiſsionem illam irritet, & annullet, & alioquin deterioris conditionis eſſet qui luderet præſente pecunia, quam qui ſub promiſsione.

Contrarium docuerunt *f* Adrian. & *g* alii, Probant, quia perdenti datur actio repetendi, quare ſolutio præcedens eſſet actus otioſus.

e Caſt. & c n. 21. §. ſecunda eſt
f in 4. in materia reſt. q. 15.
g Sot. & alii nu. 21

Soluitur obiectio Adri. in contrarium.

Reſpondeo negando conſequentiam, cum per eam homines arceantur à ludo, intelligentes ſe ſimpliciter obligari ad ſoluendum quamuis deinde repetere poſsint in iudicio, & interim is, cui pecunia ſoluta eſt, vere acquirit dominium, præterquam quod utiliſſimum ſemper eſt Reipublicæ ſtare promiſsis.

De

DE OCTAVO DECALOGI PRÆCEPTO.

NON LOQVERIS CONTRA proximum tuum falſum teſtimonium.

Liber XII.

QVID HOC DECALOGI Mandato prohibitum ſit. Cap. *I.*

Præcepta negatiuæ ſecundæ tabulæ agunt de nocumẽtis quę proximo factis, aut verbis inferuntur.

ALiàs dictum eſt de mandatis ſecundę tabulę negatiuis, prohiberi nocumenta quæ aut factis, aut verbis proximo inferuntur, cùmque hactenus de ijs, quæ in furto conſiſtunt peractum ſit, rectus ordo poſtulat, vt quomodo etiam verbis proximus offendi ſoleat diſſeratur, quod præſertim, falſum teſtimonium contra ipſum ferendo contingit, de quo in præſenti præcepto.

Ordo et neceſſitas huius præcepti.

a Dan. 13. Et quidem licet falſum teſtimonium famæ potiſſimum aduerſetur adhuc tamen ſolet obeſse & caſtitati, vt patet in *a* ſenibus qui falsò Suſannam accuſarunt, & vitæ ipſi cui inſidiatur, & fortunis.

tunis.

tunis omnibus, quas in diſcrimen vocat quam ſæpiſſimè, eritque diligentius examinandum hoc mandatum, quod vitium per ipſum vetitum tàm latè ſerpit in omnes homines iuxtà illa *a* omnis homo mendax, *b* & qui in verbo non offenderit, hic perfectus eſt vir. *a Pſ. 115.* *b Iac 3.*

Materia et intentio. Materia huius precepti eſt prohibitio cuiuſcunque linguæ abuſus, vt mendacij, calumniæ, detractionis, ſuſurri, dicterij ſcommatis, & falſi teſtimonij, ſub quo comprehenditur omnis iniuſtitia falsò contrà proximum illata, & precipuè falſum teſtimonium, quod in iudicio dicitur à teſte iurato, & periculoſius, magiſq; horrendum quo diuinum nomen in eo interponitur, & violatur, & quo innocens ab iniuſto; ſanctus ab impuro, verax à perfido iugulatur.

Qui nam proximi nomine intelligendi. Proximi verò nomine veniunt nedum propinqui, & noti, ſed aduenæ, & inimici, imò & ipſemet homo erga ſeipsũ, ità vt ſicut præcepto de non occidendo intelligitur prohibitus ſui ipſius interitus, ſic & iſto prohibitum quoque habemus falſum teſtimonium etiam contrà ſeipſum, præſertim *c* cum regulam diligendi proximum homo à ſeipſo, qui eſt ſui ipſius dilector acceperit, dictum quippè eſt, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *c S. Aug. p. cui. ca. 20. & refertur ca. ſi non licet. 22. q. 5.*

Quare prius de mendacio. Demum not. hic omnem iniuſtitiam, & iniuriam que uerbo in proximum inferri poteſt prohiberi tam extrà iudicium, vt in detractione, conuicijs, &c. quam in iudicio, vt falſo teſtimonio, & quia vt plurimum hæc omnia mentiendo committuntur, & ad hoc præceptum omne mendacium ſaltem reducti-uè pertinet, *d* ideo in primis de mendacio in communi agendum eſt. *d Authores qui de mendacio apud Say. num. 5.*

De

Quid, & quotuplex ſit mendacium, An ſemper peccatum, & quale. Cap. II.

a S. Aug. lib. contra mēdac. c. 42. & in Enchir. c. 18. *b* S. Th 2. 2. q. 116. a. 1. Alen. & alij n 1

Quid mendacium.

MEndacium eſt *a* falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi ſeu falſum dicendi, ex qua defenſione colligitur tria requiri ad mendacium.

Primum quod falſum proferatur.

Secundum quod falſum credatur.

Tertium quod audiens fallatur, vel deceptio intendatur, cùm enim mendacium veritati opponatur, proinde falſum eſſe debet aut re ipſa, aut ex opinione dicentis, ideoque mentiri eſt quaſi contrà mentem ire.

c S. Aug. Ench. c. 18.

Hinc *b* neceſſe eſt ad hoc vt aliquid ſit mendacium, aut vt quod dicitur falſum ſit, aut ſaltem falſum putetur, *c* & magis ille mentiri cenſebitur qui verum dicit quod putat eſſe falſum quam qui falſum incautè aſſeuerans pro vero habet, *d* ſiue ergo dicatur eſſe quod eſſe non creditur, vel è contrà negetur quod creditur eſſe, aut certò aſſirmetur, negetur vè quod ſic dubium aut certum dicatur vt dubium, ſemper mendacium.

d S. Bona. 2. d. 35. in expoſ. literæ nu. 6.

Mēdacium quot modis conſingat.

Cæterum illud intereſt, vt quando verū dicitur quod creditur falſum, mendacium formaliter appelletur, quando autem dicitur falſum quod falſum reputatur ſit mendacium formaliter & materialiter de quo præſertim mendacij definitio intelligitur, *e* & quia plus pertinet ad eſſe mendacij fallendi intentio, quam falſa vocis ſignificatio, ideò hæc in mendacio ſe habet vt materiale illa verò vt formale, & conſequenter deterius erit dicere verū cum intentione fallendi, quam falſum quod verum eſſe credatur, *f* & hoc poſterius in cautela potius dicetur p.

e Alen. p. 2. q. 112. m. 1.

Mēdacium formaliter et materialiter.

f S. Anto. p. 1. tit. 10. §. 1.

g Ar. 1. de interpr. c. 1.

h S. Tho. 2. 2. q. 111. art. 1. in corp. & ad 4.

Qui materialiter eſt mendax peccat potius ex incautela.

Denique illud adnotandum, quod licet in definitione mendacij fiat tantum mentio de falſa vocis ſignificatione, adhuc tamen nutu, & geſtu, &c. mendacium committi poteſt, ſi quis illis ad decipiendum vtatur, *g* at quia verba inter ſigna principatum obtinent, ideò de his tantum mentio facta eſt, *h* nihilque refert ſiquis verbo, geſtu, nutu, aut alio quocunque facto mentiatur, ſicut nil refert gladio, an ſecuri quis hominem interficiat.

Cùm autem mendacium dupliciter conſideratur nempè aut per ſe, aut in quantum habet rationem culpæ; ſic & dupliciter diuidi poteſt, ità vt primo modo ſumptum non ſecus ac cætera

vitia quæ virtutibus opponuntur diſtribuatur *a* in mendacium tranſcendens veritatem, quod pertinet ad iactantiam, & indeficiens à veritate, quod ſpectat ad Ironiam.

a 4. Ethic. c.7.

Mēdaciū ratione culpę vel perniciosum, vel officioſum vel iocoſum.

Secundo *b* autem modo ſumptum diuiditur in perniciosum, quo intenditur alterius nocumentum officioſum, quo alteri bonum procuratur, & iocoſum, quo intenditur delectatio.

b gl. in c. Ne q5 22. q.2.

Sub hac trimembri diuiſione continetur, & illa octo membrorum *c* S. Aug. quorum primum eſt quod fit in doctrina christiana ſiuè ratione fidei, ſiuè morum.

c libro de mēdac. c. 14.

Octimembris mendacij diuiſio ex Auguſt.

Secundo quod nocet alicui in corporalibus.

Tertio quod vni prodeſt, & alteri nocet, & hæc tria ſui pernicioſo comprehenduntur.

Quartum eſt quod fit ſola mentiendi cupiditate.

Quintum quod fit animo alteri complacendi, & adulandi, quę duo ſub iocoſo continentur.

Sextum quod nulli nocet, & alicui prodeſt in temporalibus.

Septimum quod item nulli nocet, & prodeſt alteri ad tuendum corpus.

Octauum denique quod etiam nulli nocet, & alicui prodeſt ad mundiciam corporalem, vt ad tuendam virginitatem, quæ tria ad officioſum mendacium reducuntur.

His ſic expoſitis.

Omne mēdacium eſt peccatum. Probatur 1 ex ſcriptura.

Dubitatur primo. An omne mendacium ſit peccatum.

Reſpond. affirmatiuè & colligitur ex ſcriptura in li. *d* eccleſ. vbi dicitur noli velle mentiri omne mendacium. Et dimiſſis ferè innumeris *e* Doctoribus qui hanc rem docent, audiamus *f* Auguſtinus qui cum mendaciorum, inquit, multa ſint genera, vniuerſaliter omnia odiſſe debemus cum omnia ſint contraria veritati, & ſuprà ſicut inquit lux, & tenebræ, pietas, & impietas iuſtitia, & iniquitas, ità inter ſe ſunt contraria veritas, & mendacium idem luculentius per inductionem demonſtrat *g* alibi.

d cap. 7.
e Apud Say. nu. 6.
f lib. de mendac. c.3.

2. Ex Aug.

3 Rōne quia eſt intrinſe. malum.

Probatur hoc idem ratione *h* quia omne mendacium in ſua ratione formali includit malitiam, & inordinationem, & conſequenter eſt intrinſecè malum, eſt enim actus cadens ſuprà indebitam materiam, nam cum voces ſint ſigna conceptuum, innaturale eſt, & indebitum, vt quis voce ſignificet, quod in mente non habet.

g cap. 8.
h S. Tho. 2.2.q.110. a.3.

Confirmatur nam ratione circunſtantiæ ſecundum quam connotatur mendacium, ſemper profertur contra Deum qui eſt ſumma veritas.

Obijcitur primo exemplum Iacob, qui falsò dixit Patri *i* ego ſum Eſau primogenitus.

i Gen. 27.

Soluitur 1. ratio in cōtrarium ab exemplo Iacob.

Reſpondeo K Iacob non fuiſse mentitum, ſed vſum ſpiritu prophetiæ vel ex reuelatione, vel ex inſtructione Rebeccæ matris diuinitus edoctæ, eo autem loquendi modo deſignatum eſt myſterium, quod minor populus ideſt gentilis ſubſtituendus erat in lo

K Inn. in c. Gādeus. de diuor. & alij n.7.

cum.

cum primo geniti, nempè Iudeorum, potuit ergo Iacob ſine mendacio dicere. Ego ſum primogenitus non quidem in perſona, ſed in iure, & dignitate primogenituræ, &c.

Et rurſus principaliter intendebat non deceptionem, ſed benedictionem.

Nec obſtat quod Iſaac dixerit Eſau venit germanus tuus fraudulenter, &c.

a Geneſ. 22. Quia *I*ſaac cui tunc fortè myſterium non erat reuelatum, falſum putauit.

Obijcitur ſecundo. Exemplum Abraham, *a* qui vadens ad immolandum filium dixit ſeruis, quod cum filio reuerteretur, quod tamen non intendebat.

b S. Augu. ſerm. 71. & 72. tempore aliàs reſponſiones habes apud Sayrum numero ſeptimo.

Reſpondeo *b* Abraham non eſſe locutum ſeruis contra propriam mentem ſperabat enim in Dei promiſſione filium poſt immolationem reſuſcitandum, ac proinde cum eo ſe eſſe reuerſurum. *Soluitur ſecunda ab exemplo Abraham.*

Obijcitur tertio. Idem Abraham videtur mentitus dicens *c* de Sara quod eſſet eius ſoror, cum tamen eſſet vxor, &c. *Soluitur tertia ab exẽplo eiuſdem Abrahæ. Iſaac. Ioſeph.*

Reſpondeo verè Saram *d* tanquã filiam Aron fratris ſui extitiſſe ſororem ſuam, idem dicendum de Iſaac, Rebecca enim erat cognata ſua, ideò more illius populi ſororem appellauit, ſicut & Ioſeph *e* potuit fratres appellare exploratores, *f* aut interrogando, aut annunciando id pro quo ab alijs habebatur.

c Geneſ. duodecimo.

Obijcitur quarto. *g* Moyſes, & Aaron dixerunt Pharaoni, ſe velle ire viam trium dierum in ſolitudine ad ſacrificandum, cum tamen ſecundum gloſam habuerint principalem intentionẽ eundi in terram promiſſionis.

Reſpondeo verè & intendiſſe ſacrificare, quamuis minus principaliter, non erat autem neceſſe, vt quod principaliter intendebant aperirent. *Soluitur 4 ab exemplo Moyſis & Aaron.*

d Sanctus Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſtione 100. articulo 3. ad 3.

Confirmatur exemplo *h* Samuelis, qui abiens in Bethleem principaliter, vt Dauid vngeret in Regem, hoc ſubticuit rationabiliter, & quod minus principaliter intendebat nempè ſacrificium manifeſtauit. *Soluitur 5. ab exemplo Dauid. Iehu. Ioſue. Chriſti.*

Obijcitur quinto. *i* Dauid ſimulauit ſe ſtultum coram Rege Geth. *K* Iehu finxit ſe vltorem Baal, *l* Ioſue Fugam ſimulauit, Chriſtus *m* finxit ſe longius ire, &c.

e Geneſ. quadrageſimo ſecũdo. & 44.

Reſpondeo, *n* quod ſicut dictum æquiuocum in vno ſenſu vero prolatum non eſt mendacium, ſic neque factum quod boni, & ma-

P 2

f Alen. Gabr. Bonaũ. apud Sayrum numero nono, §. Similiter.

g Liber Exod. quinto.

h primo Regum decimoſextò.

i primo Regum vigeſimoprimo.

K quarto Regum decimo.

l Ioſue octauo.

m Luc. vigeſimo quarto.

n Sanctus Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 111. art. 1. ad 1.

mali indifferenter eſt ſignum non habet rationem mendacij, quã-uis aliquando à circunſtantibus ita accipiatur: hinc ſimulatio facile fuit fictio qua Dauid perſonam ſuam occultauit, quam non tenebatur manifeſtare, ſic & Ioſue per fugam celauit animum expugnandi Hay que non tenabatur manifeſtare, multa enim in bellis licet fingere ad fallendos hoſtes. Chriſti autem ſimulatio fuit myſterioſa *a* ut innueret ſe longè eſſe à corde, & fide diſcipulorum. *a* S. Au. cõtra men. c. 13.

Denique *b* Iehu commendatur non pro ſimulatione, ſed pro zelo quo deſtruxit cultum Baal. *b* Gabr. 3. d. 38. q. varia. ar. 3. litera M.

Obijcitur ſexto *c* Obſtetrices quæ mentitæ ſunt Pharaoni, vt liberarent paruulos filiorum Iſrael remuneratæ ſunt à Deo. *c* Exo. 1.

Soluitur ſexta ab ex cõmunicatio Obſtetricum. Aegypti.

d Reſpondeo non fuiſſe remuneratas ob mendacium ſed ob Dei timorem, & beneuolentiam erga Iudęos. *d* Alē. Ric. Gabr.

Hinc colligitur in nullo caſu licitum eſſe mendacium ut potè intrinſecè malum, & conſequitur lege diuina ſemper prohibitum.

Dubitatur ſecundo. An omne mendacium ſit peccatum mortale. *e* S. Th. 2. 2. q. 110. a. 4. & alij n. 14. S. communis.

Mendatiũ perniciosũ ex genere ſuo eſt mortale.

Dicendum primo *e* mendacium pernicioſum ſcienter prolatum ex genere ſuo eſt mortale niſi materię leuitas, aut imperfectio actus, quæ in primis motibus contingere ſolet excuſet.

Reſpondeo quia cõtrariantur dilectioni Dei, vel proximi. Hinc omne mendacium, quod uel ſacræ ſcriturę vel morũ ſinceritati aduerſatur vt dicendo v. g. furtum, aut luxuriam nõ eſſe peccatũ mortiferum eſt, cum de ſui natura ſit notabiliter pernicioſum *f* undè concionator grauiter peccat ſcienter prędicans falſa miracula, aut figurãs ſanctorum vitas aliter quam ſint, vel pronunciãs falſas indulgentias, aut præbens falſas reliquias, aut mendaciter miſſas, orationeſq; promittens. *f* Silu. V. mendacium q. 4. Tabien. Caier. & alij n. 15. S. unde.

Cautio pro Concionatoribus.

Refelluntur Ange. & Roſella.

Hæc conlaſio in parte eſt contra *g* Angelum, & Roſellam, qui docent non eſſe mortale mentiri in pertinentibus ad doctrinam niſi ratione ſcandali vel contemptus, & niſi in his quæ ſunt de neceſſitate facienda, vel omittenda, ſecus ſi ex conſilio. *g* V. mendacium. S. 4.

Sed hi optime refelluntur à *h* Sylu. quia in concionatore conſideratur circunſtantia loci, & perſonæ, vicem enim gerit Chriſti iuxta illud *i* qui vos, audit, me audit, ac proinde tenetur veritatem conſeruare in his quę ad ſuum officium ſpectant, *K* & mentiendo in ijs peccat mortaliter. *h* Vbi ſup. *i* Luc. 6. *K* S. Tho. a. 4. ad vl.

Et quidem ſi uera eſſet Angeli ſententia ſequeretur poſſe alilius ſit matrimonium quam cælibatus, et uiuere in ſæculo quam in quē hæreſim docere ſine peccato mortali putà dicendo quod me- religione, cum iſta non ſint ſub præcepto. *l* p. 2. titu. 20. S. 3.

Addit S. *l* Anton. peccare mortaliter qui ſcienter falſa docet in iure, uel alia facultate *m* mentiri autem in nominibus auctoram, vel citationibus eſt veniale, quia hoc non eſt mentiri in doctrina, ſed in accidentibus eius. *m* Ca. c. 2. 2. q. 110 a. 4. Nau. ca. 11. S. nu. 4.

Dicen-

Mendacium iuramento probatum eſt, mortale.

Dicendum ſecundo mendacium omne cum iuramento proba-tum mortale eſt etiam ſi ſit iocoſum, aut officioſum eſt commu-nis ratio, quia eſt periurium quod eſt, mortale, *a* ſic etiam cum-à iudice, ſiuè à reo, vel à teſte, aut à quocunque a lio falſum in iu dicio profertur, in quo iudicij ueritas ſubuertitur morale eſt, ſe cus ſi mendacia impertinentia ad iudicium immiſcerentur. Et de his duobus mendacij generibus in prima & ſecunda concluſione poſitis intelligenda ſunt illa, *b* Perdes omnes qui loquuntur men dacium, & alibi, *c* os quod mentitur occidit animam.

a Silu. V. mendaciũ q.3.

b pſal.5.
c Sap.1.
d S. Aug. in pſ.5.
e S. Th. 4. 4. ad vlt. Alen. Ric. &c.

Mendacium tam iocoſum quam officioſum eſt ueniale ex ſui natura.

Dicendum tertio *d* mendacium tam iocoſum quam offic io-ſum, *e* & hoc tam in uiris perfectis, quam imperfectis ex ſui natura eſt veniale.

Ratio quia non eſt contra charitatem, Dei, vel proximi, alio quin eſſet pernicioſum.

Dixi ex natura ſua, alioquin ratione ſcandali vel uoti, aut al-terius circunſtantiæ poſſet eſſe mortale.

Refellitur Hoſt.

Quod autem docet. *f* Hoſt. mendacium iocoſum ex aſſidui-tate fieri mortale falſum eſt, *g* cum multiplicitas uenialium nun-quam inducat mortale niſi cum quis in ea deordinatione quieſcit vt in fine, & anteponit delectationem illam diuino præcepto, quod etiam intenderet violare ſecus cum deordinatio remanet in tra terminos peccati venialis.

f in ſum.
g S.Th. p. 2.q.88.ar. 4 Riccar. 4.d.16.a. 2.q.2.

Dubitatur tertio. An mendacium veniale in iudicio ſine iura-mentum fiat mortale.

Mendacium de releui ſine iuramento etiam in iudicio nõ eſt mortale.

h Reſpondeo mendacium ſiue in negotio principali de quo iudicandum eſt, ſiuè in circunſtantijs ſi materia ſit leuis, & fiat ſine iuramento eſt veniale, ſecus ſi materia ſit grauis præcipua, neceſſaria, & pertinens ad iudicium ſecunda pars concluſionis eſt clara, apud omnes, prima pars quæ eſt contra *i* Caie. probatur

h So.5. iu. q.6.ar.1. & alij nu. 19 S. ſecũ da ſuup. *i* 2.2.q.69. a.1.

Primo, quia etiam eodem modo in materia fidei, charitatis, aut religionis poteſt eſſe peccatum ueniale, vt leuiſſimum ver-bum, quod poteſt eſſe hereſis uenialis, item furtum rei mini-mæ, &c.

Ergo & mendacium ex paruitate materiæ tam in iudicio quam extra erit veniale.

Secundo omne peccatum mortale ex ſuo genere, poteſt eſſe ue niale tam ex defectu plenæ deliberationis quam ex paruitate ma terię etiam in doctrina K Caiet. ergo & mendacium.

Tertio cum *l* Caiet. concedat mendacia aliqua in iudicio à iudice prolata poſſe eſſe venialia, cur non idem fatebitur ſi ab alijs proferantur.

K In ſumma V. mẽdacium.
l 2.2.q.110 a.4.

Quarto par ratio eſt, in tacenda ueritate, quam quis fateri te-netur, & in ea neganda, ſed tacere rem leuiſſimam in iudicio, aut in confeſſione, quam quis tenetur fateri non eſt mortale, ergo nec eam negare.

Objicit tamen Caie. quia in iudicio propter magnam obliga-tionem dicendi veritatem etiam in re leuiſſima ſiquis mentiatur, credendum eſt peccare mortaliter, & confirmatur ex D. *m* Tho.

m 2. 2. q. 69.a.1. ad 3. & 2. 2. q.70.ar.4.

Soluitur obiectio, & c. dicente mendacium in iudicio eſſe mortale. Reſpondetur tantum hinc ſequi quod peccatum quod eſt veniale extrà iudicium in re leuiſſima, ſi fiat in iudicio, erit grauius, ſed adhuc veniale.

Ad confirmationem reſpondetur *a* intelligendum quod ſit mortale ex ſuo genere, cum hoc tamen ſtat quod ſit veniale ex leuitate materiæ. *a ibi. & q. 59. a. 4. ad 2. & q. 66. a. 6. i cor. & ad 3. & 1. 2. q. 88. ar. 5. ad 1. & 2. & a. 6.*

Mendaciū iuramento firmatū etiam in re leuiſſima, eſt pec. mortale. Secus autem ſi eiuſmodi mendacium iuramento firmetur, ſemper enim etiam in re leuiſſima erit mortale cum per ipſum adducatur deus in teſtem falſitatis, quod cedit in magnam Dei iniuriam.

Dubitatur quarto. An iniquè in iudicio conuentus de reſtituendis centum mutuò acceptis, quæ eidem ſecretè ſoluta ſunt poſſit abſque mendacio negare ſe mutuo quidquam accepiſſe.

Iniuſte conuētus in iudicio poteſt uti verbis æquiuocis ad propriā intentionē accōmodatis abſque mendacio. *b* Reſpondeo affirmatiuè, ratio quia mutuarius iniquè ad iudicium trahitur & iniuſtè interrogatur, ac proindè reſpondendo uti poteſt verbis æquiuocis quæ ſenſum quidē verum habeāt iuxtà proferentis intentionem, & quibus aduerſarij iniqua actio eludatur. *b Couar. 2. variar. reſol. c. 2. nu 3. & 4. Iaſon in l. manifeſte ff. de iureiur. Azorius to. 1. inſti. mor. lib. 1. c. 4. du. 5, reg. 6.*

Dubitatur quinto. An interrogatus ſuper centum, quorum quinquaginta verè debet, totam petitionem abſque mendacio negare poſſit.

c Dicendnm primo ſi reſpondeat ſe non debere centum, nec mendax eſt, nec periurus. *c Couar. n. 5. Azorius ibidē Eman. S. V. mendacium.*

Secundo ſi dicat ſe nihil omninò debere & mendax eſt, & periurus.

Tertio ſi explicitè interrogatus an ſaltem debeat quinquaginta, ſi neget, committit mendacium, & periurium ſcilicet ad omnem tollendum ſcrupulum in caſu propoſito interrogatus debet reſpondere ſe tantum debere quinquaginta.

DE

De iudicio temerario, & variis illius modis. Cap. III.

AGendum prius eſt de iudicio temerario, quàm de alijs linguæ defectibus, cum horum omnium radix ſit ipſa ſuſpitio. *Cur primo de iud. teme.*

Et quidem licet confundi ſoleant, ſuſpicio, dubium, & iudicium temerarium, verè tamen quoad proprias rationes ſunt inter ſe diſtincta. Dubium enim eſt, cum animus ex leuibus iudicijs æquè ad vtranque partem mouetur; ſuſpicio eſt mali opinio ex leuibus etiam procedens iudicijs cum formidine de oppoſito. *Quid dubiũ ſuſpitio.*

Iudicium autem temerarium eſt firmus aſſenſus ex leuibus indicijs de malitia proximi. *Iudicium temerarium.*

Hinc dubium dicit animi fluctuationem, ſuſpicio aſſenſum cum formidine, iudicium temerarium determinatam ſententiam. At quia hæc omnia ex leuibus procedunt indicijs.

Notandum primo. Leuia inditia, eſſe quæ non ſufficiunt ad cauſandam malam de proximo opinionem, & in ijs diſcernendis maxima opus eſt prudẽtia, debetque haberi ratio perſonæ, & delicti ſæpe enim indicia, quę in vna materia, aut reſpectu vnius perſonę ſunt leuia, in alia materia, & reſpectu alterius perſonæ erunt ſufficientia, & grauia, verbigratia, ſi quis hoſtiam à Sacerdote eleuatam non adoret, dat ſufficiens indicium ad ſe iudicandum indeuotum, at ſi is aliàs fuiſſet inquiſitus, daret indicium hæreſis, &c. *Quæ leuia indicia dicantur.* *In his neceſſe eſt attendere ad perſonã, & delicti circumſtantias.*

Notandum ſecundo. a Suſpiciones, & iudicia temeraria ex tribus potiſſimum oriri. *a S.T. 2.2. q.60. ar.3.*

Primo ex prauitate iudicantis, qualis enim quiſque eſt, taliter de proxmo iudicat.

Secundo ex odio, ſicut enim de amicis benè, ità & de inimicis malè iudicamus.

Tertio, ex longa experientia, ob id dicebat b Ariſt. ſenes eſſe maximè ſuſpicioſos, His ſupoſitis. *b 2. Reth. c.13.*

Dubitatur primo, An ſuſpicio ſit peccatum, & intelligitur prout comprehendit dubitationem, ſuſpicionem, & iudicium temerarium.

Communis opinio eſt eſſe peccatum tàm de iure naturali, quo

præſcritur, vt nemo alteri faciat, quod ſibi fieri non vult, & conſequenter nec ſuſpicetur malum de alio ſine cauſa, cum de ſe idẽ fieri n olit, quàm de iure Diuino, cùm *a* ſcriptum ſit; Nolite iudicare, & non iudicabimini, quod de iudicio temerario intelligit *b* Aug. *c* Apoſtolus quoque volebat, vt qui non manducat, manducantem non iudicaret.

[*a* Matt. 7. *b* 2. de ſer. dñ. in mõte, c. 18. *c* Rom. 14]

Ratione etiam probatur, tùm quia iudicans fratrem, illum contemnit, tùm etiam, quia cum occulta cordium ſoli Deo pateant, qui fat rem iudicat, Dei iudicium ſibi vſurpat, & conſequenter peccat.

Dubitatur ſecundo. Quando ſuſpicio, ſeù iudicium temerarium ſit nedum peccatum veniale, ſed etiam mortale? Et pro reſolutione.

[*Varij ſuſpicionis gradus.*]

d Notandum varios eſſe gradus ſuſpicionis. Primus autem eſt, cum quis dubitat de alterius bonitate, nõ tamen aliquid affirmat vel negat de proximo, ſed tantum animum ſuſpenſum habet. [*d* 2.2.q.60 ar. 3.]

Secundus, cum quis certò iudicat de malitia alterius.

Tertius, cum iudex ex ſuſpicione procedit ad aliquem iudicandum. His ſuppoſitis.

[*Suſpicio repentina, ſeu primi motus, & in re grauiſſ. non eſt peccatũ mort.*]

Dicendum primo. Suſpicio & dubitatio leuis, & repentina quæ eſt veluti primus motus etiam ſi ſit in re grauiſſima ex leuibus indicijs, eſt peccatum veniale. [*e* S. Aug. c. 90. in Ioa. S. Th. 2.2. q.60.ar.3.]

Ratio, quia indeliberatio eiuſmodi minuit grauitatem, & talis dubitatio non tollit amicitiam, neque grauem iniuriam alteri infert.

f Dicendum ſecundo. Suſpicio deliberata ex leuibus indiciis in re graui, præſertim contra perſonas graues, & honeſtas, eſt peccatum mortale. [*f* Sot. 3. iuſtit. q. 4. a. 3.]

Ratio, quià quilibet habet ius ad bonam famam ab aliis de ſe, & cũ aliter fieri intelligit grauem ſibi iudicat iniuriam irrogari, *g* & taliter de ſe ſuſpicantem habet potius pro inimico, quàm pro amico.

Confirmatur à ſimili, nam etiam dubitatio deliberata, & moroſa in rebus fidei, etiam per breue tempus, eſt peccatum mortale. [*g* S. Aug.]

[*In dubio quãdo præſumendus eſt quis cõſenſiſſe ſuſpicioni, vel ne.*]

h In dubio autem, an quis conſenſerit, vel ne ſuſpicioni quæ animum inuaſit, inſpicienda eſt perſonæ conditio, ſi enim hæc ſit timoratæ conſcientiæ, & ſibi videatur probabiliter non conſenſiſſe ita reuera eſſe credendum eſt, alioquin conſcientia inſtaret, nec fineret eum quieſcere, ſecus ſi quis ſuſpicionem habuit, nõ eſt ita de ſui ſalute ſollicitus, conſueuitque vitæ aliorum eſſe cenſor; nam cum hic dubitat, an conſenſerit, debet ſub dubio confiteri. [*h* Arag. 2.2.q.60.ar.3. poſt. 3. concl.]

[*Suſpicio oriens ex odio fratris, pec. mor.*]

i Hæc autem, quæ hactenus dicta ſunt procedunt de ſuſpicione ſecundum ſe, non autem quando oritur ex malitia dubitantis, aut liuore, & odio in proximum, qui enim ex leuibus indiciis ſic dubitat de peccato mortali alterius quem odit, ſine dubio mortaliter peccat ratione radicis, vnde procedit, & hæc quoad primum gradum ſuſpicionis. [*i* S.Th.2.2 q.60.ar.3.]

Quoad autem ſecundum gradum, cum aliquis, & dubitat, & certò

certò iudicat de malitia, &c. alterius perſonæ.

Dicendum primo. Iudicare malum de altero ex ſufficientibus, & probabilibus indicijs, non eſt iudicium temerarium, & conſequenter nec peccatum.

a Io. 12. Ratio quia eſt conforme rationi, ac proindè conceſſum iuxta illud, *a* ſed rectum iudicium iudicate, *b* Inditia autem ſufficientia cenſerentur illa, quæ penſatis omnibus circunſtantijs virum

b Sot. 3. Iuſt. q. 4. a. 3. prudentem ad malè de altero iudicandum poſſunt inducere.

Hinc patet errare *c* Medinam aſſerentem peccare venialiter cum quis ſuſpicatur, iudicat, aut ſuſpendit actum deliberatè cum ſufficientibus indicijs ſiuè ſit de peccato ueniali ſiuè mortali *d* ſi enim iudicium etiam determinatum de peccato veniali ſine vllo indicio eſt tantum veniale, ergo ſuſpicio, vel dubitatio, cum ſufficientibus indicijs nulla ratione erit peccatum, Deinde ſi iudicium determinatum de peccato mortali non eſt mortale quādo adſunt ſufficientia indicia, quomodo dubitatio, vel ſuſpicio erit peccatum veniale eiſdem exiſtentibus indicijs ſufficientibus.

c 1. inſtr. confeſs. c. 14. §. 37. reg. 2.

Refellitur Medina.

Iudicare grave malum de proximo ex leuibus indicijs peccat mortaliter.

Dicendum ſecundo. *e* Iudicium quo quis certò, & deliberate ex leuibus indicijs graue malum de proximo iudicat, eſt temerarium, & mortale, ratio quia per ipſum expoliatur proximus iure ſuo, quod eſt vt de eo habeatur bona extimatio, niſi legitime contrarium conſtet, ac proinde ei infertur grauis iniuria, ſiue damnum, &c.

d Pet. Nauar. 2. de reſt. c. 4. p. 4. nu. 447. & dub. 3. num. 453.

Quæ requiruntur, vt iudicium temerarium ſit mortale.

Vt autem iudicium temerarium ſit mortale requiritur Primo vt ſit certum, diceturque certum etiam ſi adhuc aliquid dubietatis ſuperſit, cum in moralibus parum pro nihilo reputetur.

e Eſt communis opinio.

Circunſtantiæ quæ reddunt indicia grauia.

Secundo, vt procedat ex leuibus coniecturis, quas eſse, aut non eſse eiuſmodi penſari debet ex circunſtantijs, quarum prima eſt temporis, ſi enim nocturno tempore videam aliquem cum ſcala domum alienam penetrantem, prudenter exiſtimare poſsum aliquid mali eum machinari.

1 Temporis.

2 Loci.

3 Perſonæ.

Secunda loci v. g. uideo iuuenem in obſcuro loco puellam amplexantem, eoſque ſcio non eſse coniuges, &c.

Tertia perſonæ, vt ſi perſona de qua iudicatur conſueuit committere aliquod crimen vtique minora indicia requiruntur ad male de illo iudicandum quam de alio.

Idem dicendum de perſona referente delictum alterius ſi enim referens ſit magnæ authoritatis & probæ vitæ, nec inimicus delinquentis, hic autem ſit mali nominis, &c. Sic etiam fama de alicuius crimine ex certo authore, & fide digno diuulgata eſt ſignū ſufficiens ad credendum aliquod malum de proximo, &c.

Iudicium temerarium, vt ſit pec. mort. debet eſſe in materia graui & hoc non abſolutè, ſed habita ratione perſonæ de qua iudicatur.

Tertio requiritur, vt iudicium ſit de materia graui, *f* In quo not. nec omnem materiæ grauitatem, vt alibi dictum eſt reddere iudicium temerarium mortale, ſunt enim quædam peccata, quæ certas perſonas infamia non afficiunt, vt militem prouocaſse inimicum ad duellum, aut iuuenem perditos amores gerere mulieribus, & è contra poteſt eſse materia ex ſe leuis, quæ tamen habita ratione perſonę illam quam maxime læderet, magis

f Sot. 3. Iuſt. q. 4. art. 3. & alij n. 13.

enim quis læderet iudicando illuſtrem equitem ex infimo genere natum, quam illum fornicarium exiſtimando.

Vt ſit plene deliberatū.

Quarto requiritur, vt ſit plenè deliberatum, alioquin ſi repentinum, & ſubitaneum ob actus imperfectionem, erit veniale.

Reg. generalis.

Ad ſedandas conſcientias cum quis dubitat, an repentinum fuerit iudicium, an deliberatum attendatur hæc regula, ſi enim iudicans eſt timoratæ conſcientiæ, debet ſe accuſare, & dolere conformiter ad id, quod ipſe exiſtimat fuiſſe vel repentinum, vel deliberatum, ſi verò fuerit conſcientiæ parum timentis Deum, & iudicet quod fuerit repentinum, accuſet ſe de veniali, cum conditione tamen ſi fortè peruenerit ad mortale.

Dubitatur tertio. An iudicare ex leuibus coniecturis, aliquem eſſe ſtultum, vel ignarum, vel auarum ſit mortale.

a Reſpondeo de hoc ſtandum eſſe iuxtà famę lęſionem, quæ inde ſequitur. — *a Salon. & Arag. 2.2. q.60.ar.3.*

Iudiciū temerariū de veniali habita ratione famæ, quæ inde læditur pôt eſſe mortale.

Dubitatur quarto. An committatur quandoque pecc. mortale temerè proximum iudicando de culpa veniali.

b Reſpondeo affirmatiuè quando per id fama notabiliter læditur, vt dicendo, verbigratia, quod monachi ſint inchoro rariſſimi quod habeant conſuetudinem mentiendi, &c. nam eiuſmodi venialia in his perſonis ſunt materia grauis, & *c* materia correctionis fraternæ, & communiter diſponunt ad mortalia, & multum famæ eorum obſunt, &c. — *b Val. t.3. diſ.5.q.4. pun.3. cócl.2. c vt docét interpres. S.Th.2.2. q.33.ar.7.*

Dubitatur quinto. An iudicium temerarium ex leuibus indicijs de naturali defectu, ſit peccatum mortale.

Reſpondeo affirmatiuè, ſi defectus talis ſit, per quem notabiliter proximi exiſtimatio minuatur, verbigratia, quod ſit ex ſtirpe Iudæorum, eiuſmodi enim alicubi non admittuntur ad Religiones neque ad ſacros ordines, neque ad dignitates, ſecus ſi ſubindè nullum detrimentum ſequatur in fama, & honoribus, & ſic conciliantur *d* Doctorum ſententiæ. — *d So.5.iuſ. q.4.art.3.*

Tā actu externo, quā interno per iudiciū temerariū proximus lædi poteſt, &c.

Dubitatur ſexto. An quæ de hoc ſecundo gradu dicta ſunt, intelligi debeant tàm de actu interno, quam externo.

e Reſpondeo de vtroque, cum vtroque modo quis proximum ſpoliet iure ſuo, quod habet, vt de ipſo omnes benè ſentiāt, quouſque oppoſitum ex indicijs ſufficientibus conſtiterit. — *Med. &c. affirmát eſſe p. mor. Petr. vero Nau. negat, vide eos apud Syr.*

Iudicium prudēter factum de alterius malo non eſt regulariter reuelandum, niſi ad bonum finem aut cū nullū damnū inde proximo euenit.

Confirmatur, quia à ſimili deſiderium occidendi, & homicidij perpetratio ſunt eiuſdem rationis, quamuis actus internus in hac materia propriè dicatur iudicium temerarium, quod autem verbis profertur propriè ſit detractio, nihil obeſt concluſioni, quin potius ipſam confirmat, iudicium quippe temerarium ad iniuſtitiam & infamiam interiorem pertinet, ſicut detractio ad exteriorem, licet hoc ipſum iudicium temerarium extra prolatum pręter peccatum, obligat etiam ad famæ reſtitutionem, cum ſit contra iuſtitiam & per ipſum proximus efficaciter damnificetur. — *e S.Th.2.2 q.60.ar.3. ad 3. & alij.*

Dubitatur ſeptimo. An prudenter iudicans malum de proximo licitè poſſit illud alijs reuelare. — *f Salon.2. 2.q.60.ar. 3.in fi.*

f Reſpondeo negatiue. Si enim ſecretum eſt reuelando proxi-

mus

mus infamatur, ſi verò alij idem ſuſpicentur, ex reuelatione auge tur ſuſpicio, ſecus ſi ex eo, quia res nota eſt, ex manifeſtatione non fit minor læſio, nec firmior redditur aliorum opinio, aut ſaltem ſi manifeſtatio eſſet ad bonum, ver bigratia ad fratris emendationē.

Quoad tertium gradum, quādo ſcilicet Iudex abſque legitimis probationibus aliquem condemnat, certum eſt hoc iudicium temerarium eſſe peccatum mortale, cum ad ipſum maiora, & efficaciora indicia ſint neceſſaria, & maior iniuria ex hoc, quam ex interiori iudicio proximo irrogetur.

Dubitatur octauo. An cum pro vtraque parte ſunt motiua ſufficentia, teneatur quis tale dubium in meliorem partem interpretari iudicando factum proximi non eſſe peccatum. Pro ſolutione.

Notandum eſt dupliciter poſſe nos dubium in meliorem partem interpretari.

Si in dubiis poſitiue iudicandum ſit, debemus ea in meliorem partem interp.

Primo negatiuè cum oblata re dubia ſuſpendimus actum, neque malè, neque benè de proximo iudicando, ſed in priſtina opinione manendo.

Secundo poſitiuè, cum quis viſa fratris actione indifferenti, etiam in meliorem partem interpretatur.

a S. Tho. 2. 2. q. 60. ar 4. Caiet. &c.

a Et quidem illud certum eſt, quod in dubio rationabili de proximi facto, ſi poſitiuè agendum ſit, debemus in meliorem partem illud interpretari.

Ratio, quia proximus habet ius vt alij benè de ſe iudicent, donec legitimè oppoſitum conſtet, at interpretari quæ dubia ſunt in deteriorem partem, non eſt legitimè iudicare, cum potius bene quam male de alijs ſentire teneamur, b & melius ſit falli bene de alio iudicando, quam male, c multoque peius ſit innocentem condemnare, quam nocentem relinquere impunitum.

b S. Th. ibi. ad 1

c l. abſentem, ff. de pœnis.

Difficultas ſolum eſt, an in hoc dubio ſufficiat negatiuè interpretari.

d caie. ib. &c.

d Reſpondeo ſufficere. Ratio, quia cum factum ex ſe ſit dubium intellectus ſuſpendens iudicium circà ipſum ſe habet ſecundum rectam rationem, nempe, vt exigit natura obiecti.

In facto dubio de proximo, ſatis eſſe ſe habere negatiue, & tantum ex ſuppoſitione debemus illud in meliorem partem interpretari.

Confirmatur, nam iudex in re dubia nō tenetur abſolute ferre iudicium ī fauorem rei, ſed ex ſuppoſitione, ſi ſententiam laturus ſit. Demum conſtat, neminem in confeſſione ſe accuſare de huiuſmodi iudicij ſuſpenſione, nec confeſſarios curare.

e 1. iuſt q. 4. ar. 4

Contrarium docuit e Sot. Probat primo, quia ex actus ſuſpenſione proximus contemnitur.

Soluitur 1 ratio Soti in contrarium.

Reſpondeo ſufficienter uitari hunc cōtemptum per hoc, quod in dubio non habeatur mala opinio de proximo, habeaturque bona ex ſuppoſitione, poſito ſcilicet quod aliquid de eo iudicetur.

Soluitur. 2

f reg. 11 & reg. iur. in 6

Probatur ſecundo, f cum partium iura ſunt obſcura, reo potius fauendum eſt, quam actori, & in pari caſu melior eſt conditio poſſidentis, ergo & in factis dubijs fauendum eſt proximo tanquam reo, & poſſidenti famam.

Reſpondeo ſatis ſi ex ſuppoſitione, vt ſuperius ſufficienter expoſitum eſt.

His autem, quæ in concluſione dicta ſunt, addendum eſt primo *a* ex ſuppoſitione conditionali poſſe nos aliquando rem dubiam in partem deteriorem interpretari nempe ad cautelam, verbi gratia, poſſum ego cuſtodire res meas, ac ſi quis fur eſſet, licet non iudicem eſſe furem, & obſeruare fores, ne filia cum iuuene aliquo deambulante colloquatur, licet non iudicem iuuenem eſſe adulterum. *a* S Th. ubi ſup art. 4. ad 3.

b Ratio autem eſt, quia hoc non eſt de alio male iudicare, ſed ſibi præcauere. *b* Sot. Salon, &c.

c Secundo, quod differunt iudicium ſpeculatiuum de rebus, & practicum de perſonis, quia in ſpeculatiuo poſſum ſuſpicari malum ſine aliquo peccato, & in eo ſolum attenditur bonum intellectus, *d* quod conſiſtit in eo, vt uerum iudicet, eoque nullum malum infertur proximo. *c* S. Th. ub ſupra.

3 *Inter iudiciũ ſpeculatiuũ, de rebus, & practicum de perſonis, multum intereſt.*

In iudicio autem practico de perſonis poteſt eſſe peccatum; ſi enim de proximo bonum iudicamus, illum honoramus, ſi autem malum, illum contemnimus, & conſequenter peccamus, ideoque ſi video hominem in aliquo loco occiſum, poſſum iudicare homicidium illud perpetratum fuiſſe cum peccato mortali abſque quod peccem. *d* Ethic. c. 2. 6. Met. cap. 8.

Deſcendendo autem ad perſonas, non poſsum iudicare ſine peccato, Ioannem, verbigratia illum occidiſse, ſic dum audio propoſitionem, poſsum ſine peccato iudicare illam eſse hæreticam, at non ſine peccato iudicabo proferentem eſse hæreticum, cum ignorem, an ex animo illam protulerit.

De contumelia quid ſit & quale pecca-tum. Cap. IV.

a S. Tho. 2.2. q. 72. & alii in 2 b Iſid. 10. ethimol.c. 3.

Ontumelia *a* eſt iniuria quædam qua quis alicui honorem aufert deducendo in notitiam eius vel aliorum aliquid ex quo ille dehonoratur. *Quid contumelia.*

Et quidem contumelia ſiue à *b* tumendo dicatur, ſiue à *c* contemnendo vere utraq; vocabuli notio in prędictam definitionem quadrat; apparetque regulariter ex ſuperbia oriri, quod & Salomon confirmat dicens, vbi ſuperbia, ibi contumelia. *Eiuſdem Ethimologia.*

c Vulpian. l.1.ff de iniuriis.

Contingit autem dehonoratio tripliciter. Primo in præſentia, & ſic proprie contumelia conſiſtit in verbis iniurioſis prolatis in prę́ſentia eius, cuius honor læditur. *Dehonoratio contingit tripliciter.*

Secundo in abſentia; ſed animo, ut ad eius notitiam perueniat uel tertio literis, & libello, idque etiam ut ad eum deferatur, in quo differt contumelia à detractione quam detractor cupit celare, unde quæ fiunt contra nos, nobis omninò ignorantibus licet famam lædant apud alios, nobis tamen irreuerentiam non irrogant. *In quo differat contumelia a detractione.*

Hinc ſequitur quod licet contumelia, & detractio conueniant in materia cum utraque ſi manifeſtatio defectuum proximi, differunt tamen quia contumelia eos manifeſtat cum uilipendio proximi, uel ipſo præſente, uel ſaltem animo ut ei denuntietur, detractio uerò illos reuelat cũ timore, & ignorãtia eius, cui detrahitur.

Rurſus licet contumelia proprie in uerbis conſiſtat, adhuc tamen improprie, & ſecũdariò poteſt & in factis reperiri, quatenus & hęc intentionem lædendi honorem alterius manifeſtant, tunc facta pro uerbis reputantur, *d* quæ proprie ſunt inſtituta ad conceptus animi exprimendos, ideoque ſi quis ſollicitaret uxorem alterius nedum, ut libidinem expleret, ſed ut uiro eius inferret iniuriam, erit nedum adulter, ſed etiam contumelioſus, *e* quod maxime aduertendum eſt, ut quis integre confiteatur. *Contumelia improprie de factis irroga tur quatenus hac lædendi intentionem ſignificare poſſunt.*

d perier.c. 1. S. Aug, 2. doctri. Chriſt.c.3

Cautio.

e Sot.5 Iuſt. q. 9. a.1. in fin.

Poteſt autem aliquando ità augeri contumeliæ grauitas, ut eius explicatio ſit neceſſario explicanda, cum grauius ſit uocare aliquem hæreticum, aut proditorem, quam latronem, & grauius in ſenatu, aut frequenti hominum conuentu, quam domi, &c. *Contumelia grauitas ex plicanda in confeſſione.*

Cir-

Circunſtantiæ verò quæ notabilem grauitatem inducunt expli cari debent, præſertim cum confeſſor ſit nedum Iudex, ſed etiam medicus , *a* debetque pro criminis qualitate debitam imponere pęnitentiam, vt ab eo in poſterum efficacius abſtineatur.

a Triden. ſeſſ. 14. c. 3. & 8.

Quę dicta ſunt de contumelia proportionaliter intelliguntur & de conuicio, et improperio

Et quæ de contumelia dicta ſunt, procedunt etiam de conuicio & improperio, quæ & ſi materialiter differant, formaliter tamen idem ſunt, & ad idem referuntur nempè ad ſignificandum alterius defectum in detrimentum honoris eiuſdem, *b* nam per contumeliam ſignificatur malum culpæ alterius, vt cum quis vocatur adulter, &c. per conuicium ſignificatur malum pęnæ, vt cum quis verbigratia vocatur cæcus iniurioſè, *c* & per improperium etiam iniurioſè reducitur in memoriam beneficium alteri præſtitum in neceſſitate.

b S. Tho. 2.2.q. 72. a.1. ad 3.

c Ecc. 20.

Quoad peccati grauitatem not. peccata conſiſtentia in factis differre ab ijs quæ in verbis conſiſtunt, in illis enim attenditur grauitas ex ſolo obiecto in furto, homicidio, &c. In his verò penſatur peccati ratio ex proferentis intentione, & ob id facile erit diiudicare quando contumelia ſit pecc. mort. vel non, Circa quod.

Contumelia formalis ex ſuo genere eſt peccatū mortale.

Dicendum primo. Contumelia formalis quando ſcilicet proferens intendit notabiliter lædere honorem alterius ex genere ſuo eſt pecc. mort. & grauius quam furtum.

Prima pars patet ex *d* illo. Qui dixerit fratri ſuo fatuè reus erit gehennæ.

d Matt. 5.

Secunda patet, cum enim honor præſtet diuitijs, vtique vir prudens potius eliget iacturam pati in diuitijs, quam in honore. *e* Eſſet autem veniale.

e S. Tho. a. 3. ad 3. & alii.

Primo ratione intentionis cum v.g. verba contumelioſa proferuntur animo parum nocendi.

Secundo ratione imperfectionis actus ſi quando ea proferuntur ex animi leuitate abſque conſenſu dehonorandi.

Contumelia materialis quæ ex ſe non eſt pec. mort. aliquando eſt peccatum mortale aliquando veniale. aliquando nullum peccatum.

Dicendum ſecundo. Contumelia materialis ideſt quæ fit ſine intentione dehonorandi quamuis ex ſe non ſit pecc. mort. aliquando tamen erit mortale cum ex illa quis notabiliter læditur apud alios, neque excuſatur per craſſam ignorantiam, aut in cautelam quando quis ita ſe geſſerit contumelioſè erga alium, Aliquando eſt tantum veniale cum ſcilicet abeſt nocendi intentio, & contumelia procedit ex ira, nullaque ſubindè honoris læſio ſequitur, vt contingit inter rixantes mulierculas.

f cap. 3

Demum aliquando nullum peccatum eſt, cum ſcilicet pater, ſuperior aut maior natu animo corripiendi moderate inferiorem obiurgat, ſic *f* Paulus vocauit Galatas inſenſatos, & Saluator Apoſtolos *g* ſtultos, & tardos corde ad credendum.

g Luc. 24.

Vbi verò *h* quis animaduerteret proximum exacerbari potius quam emendari per huiuſmodi verba potius blande eſſent admonendi. Ex dictis infertur peccare grauiſſime diuulgantes per famolos libellos aliorū peccata, per illos .n. eò magis læditur fama, quo magis peccata vulgantur, & firmius memoriæ retinentur.

h S. Aug. 2. de ſermone domini in monte c. 3. S. Tho. ar. 2. ad 2.

Et

Et quidem cum author nomen ſuum in eiuſmodi libellis nó apponit pertinet ad detractationem,cum verò in ijs ſe nominat, ad contumeliam;vtroq; tamen modo tenetur ad famæ reſtitutionem vel per alium libellum contrarium,aut publice palinodiam canẽtur,& rurſus tenetur ad damna reſarcienda.

Præter peccatum autem quod committunt *a* per leges ciuiles incurrunt pœnam capitis, *b* per eccleſiaſticas verberantur & ſi libelli ſint contra perſonas eccleſiaſticas, eorum authores iubentur excommunicari *c* ſi contra ſtatum religionis in communi, fiunt ſuſpecti de hæreſi, ſi contra ordinem prædicatorum, & minorum ſunt excómmunicati a papa duntaxat abſoluendi, non eſſet autem excommunicatus qui contra particularem religioſum libellum famoſum conficeret, ſed grauiſſime peccaret. Et rurſus inuenientes eiuſmodi libellos, & ſcientes eſse infamatorios, peccant niſi eos ſtatim lacerauerint,aut igni tradiderint,& habebuntur tanquam cooperatores, *d* ac proinde eiſdem pœnis ſubijcientur.

Pœna contra eos qui libellos famoſos euulgant.

Quamuis autem regulariter iuxtà *e* domini conſilium melius ſit iniurias tolerare,quod præſertim intelligendum eſt ſecundum animi preparationem, & patientia nobis ſit neceſsaria in tribus tamen caſibus priuatæ perſonæ contumelias tenentur repellere.

Primus eſt bonum eius qui contumeliam intulit, ſi enim quis reſiſtẽdo cognoſcit reprimi audaciam inferentis, vel quod ſe emẽdabit,blande eum admoneat, & reprehendat exemplo *f* Chriſti dicentis quid me cędis,ſecus ſi deterior exinde inferens fieret,ſed videat qui tacet,dum ei contumelia infertur,ut taciturnitas ad bonum finem dirigatur,non autem ad exacerbandum aduerſarium, hoc enim eſset peccatum uindictę.

Primus caſus in quo priuata perſona contumelias tenentur repellere.

Tacere ergo debet ex bono fine ne ſcilicet, & ipſe contumelioſus euadat iuxta illud, *g* ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ei ſimilis efficiaris.

Qui taciturnitate aduerſarium exacerbat peccat peccato vindictæ.

h Secundus caſus eſt ob bonum aliorum pręſentium,& abſentium,quod impediretur niſi contumelioſis verbis reſponderemus quia ſcilicet minus exiſtimarent doctrinam noſtram, vel monita, vel honorem.

Tertium cum quis verba contumelioſa audiret contra fidei, & religionis honorem,aut blaſphemari nomen Dei, & ſanctorum, tunc enim acriter talia proferentem tenetur increpare etiam ſi infidelium ſcandalum ſequatur.

Repellenda autem eſt contumelia in his tribus caſibus non armis,aut percuſſione,aut iniurijs,ſed tantum obijciendo aduerſarijs crimen qaod faciunt ad illorum fidem minuendã, & proprij honoris reparationem aſſeuerando etiam ſi neceſſarium ſit, quod ſint mendaces. Quando autẽ criminis obiectionem ſcimus non eſſe neceſſariam debemus illam omittere vel ſi vnum tantũ crimẽ ſit ſufficiens non debemus duo obijcere ſicut nec occidere aggreſſorem,quando aliter euadere poſsumus.

Quomodo ſint contumelia repellenda.

a l. 1. C. de libellis famoſis. *b* ca. Qui alter ius c. quidã maligni &c. ſi qui vi uenti, 5. q. 1. &c. *c* Alex. 4. in bulla quæ incipit ex alto & in alia quæ incipit nõ ſine multa Silu. v. excõmunicatio 7. excomm. 48. Caiet. V. excom. c. 81. &c. *d* c. qui in alterius c, ſi quis for moſum 5. q. 1. *e* matt. 5. in ill. ſi quis te percuſserit. *f* Io 8. *g* prouer. 26. *h* S. Tho. 2. 3. Caiet. ibid. Gre. hom. 9 ſuper Ezec.

De

De *Suſurratione Irriſione*, & *maledictione. Cap. V.*

Quid ſuſurratio.

SVſurratio eſt clandeſtina quędam oblocutio contra proximum ad diſſoluendas amicitias, & diſcordias ſeminandas inter amicos vnde differt, & à contumelia, cum hæc fiat in præſentia, & animo lędendi honorem, & à detractione, cuius finis eſt denigrare famam, cum qua adhuc conuenit in materia, & in modo cum per vtranq; malum de altero occulte dicatur.

Suſurratio poteſt coniungi cum alijs peccatis.

Poteſt etiam ſuſurrator ſimul eſſe detractor, cum dicit ea, quæ famã denigrant ad amicitiam diſſuadẽdam, quin & aliorum quoque criminum poteſt eſse reus, nam ſi v. g. ſuſurrat aliquid Principi contra illius familiarem vt eius officio potiatur, erit etiam ambitioſus, vel ſi vt interimat, erit etiam homicida &c. *a* & ſic vnico actu plura peccata committit, & omnia ſunt confitenda. *a* S. Tho. 2. 2. q. 74. & alij.

Eſt duplex formalis & materialis.

Porrò ſicut contumelia ſic & ſuſurratio eſt duplex ſcilicet formalis cum fit intentione ſeminandi diſcordias, & materialis, cum hæc deeſt, quamuis dicatur malum de ſe aptum diſcordias ſeminare, & circa hoc ſit.

Suſurratio formalis ex ſuo genere eſt pec. mor. grauius cõtumelia & detractione.

Prima Concluſio ſuſurratio formalis eſt ex ſuo genere peccatũ mortale, & grauius quam contumelia, & detractio, prima pars probatur quia graue damnum infert contra iuſtitiam, auferendo amicitiam quod eſt magnum bonum, hinc in *b* ſcriptura ſeuere prohibetur, *c* & inter peccata mortalia numeratur Secunda pater, quia amicitia quæ per ipſam aufertur, eſt maius bonum quam fama *d* cum ſit eius finis, fama enim ideò præſertim eſt neceſſaria, vt multorum amicitiam quis ſibi poſſit conciliare, cum potitia virtutis quæ habetur per famam ad illius amorem alliciat. *b* Leu. 19. eccleſ. 5. & 28. *c* ad 1om. 1. in ill. ſuſurrones, detractores, &c. *d* 8. Ethic. c. 3. eccle. 6.

Quando ſit tantum peccatum veniale.

Poteſt tamen ſuſurratio eſse veniale, vel ex leuitate materiæ, vel ex modo dicendi iocoſo, & vt non credatur, nec fama lædatur, vel ex imperfectione actus ut cum amicitiam non diſsoluit, ſed eius exceſsum.

Suſurratio materialis licet ex ſuo genere ſit peccatum veniale quandoq; tamen eſt mortale.

Secunda concluſio ſuſurratio materialis ex genere ſuo non eſt peccatum mortale ſed quandoq; erit ueniale, cum dicitur malum de proximo quod nec ratione intentionis, nec ratione damni lęditur amicitia, eſt tamen ueniale quia malum eſt, & cum aliquo periculo ſeminandi diſcordias quandoq; eſt mortale, quando dicitur malum quod natum eſt generare diſcordias uel ſimpliciter,

vel

vel ratione talium audientium, vnde licet deſit crimen, adhuc tamen infert graue damnum, quod probabiliter debuit, & potuit præcaueri.

Hæc autem intelligenda ſunt de ſuſurratione propriè, & communiter dicta, quæ amicitias honeſtas diſſoluit, ſi enim citrà mendacium aut infamiã, aut alicuius peccati occulti reuelationem, pernicioſas diſſolueret, nedum non eſſet peccatum, ſed actus charitatis. *Suſurratio pernicioſas diſſoluens amicitias, & cũ debitis circunſtantiis, eſt actus charitatis.*

Sed hic dubitatur. An qui amicitiam vnius obtinere nequit, quin alium excludat, poſſit id facere per ſuſurrationem, non intendens illos reddere inimicos, ſed ſe in excluſi locum ſubrogare.

Reſpondeo, Certum eſſe apud omnes, quod ſit peccatum mortale id efficere modis illicitis, vt fraude, dolo, ſeminando ſcandala &c. ſi autem fiat modo non fraudulento, ſed narrando naturales illius defectus, aut alios veros, ſed ſine odio, infamia, &c. *a* eſt adhuc illicitum, & peccatum mortale, ſi alter ob id incurrat notabile damnum & veniale, ſi læſio ſit parua. Ratio, quia non licet alterum lædere ob propriam vtilitatem.

a Salo. 2. 2. q. 74. ar. 2. Ban. ibid. Nau. c. 18. nu. 14.

Contrarium docuit *b* Sot. Probat primo, quia amicitia eſt bonum gratuitum.

b S. Iuſt. q. 11. ar. 1. & Arag. 2. 2. q. 74. ar. 2. in fi.

Reſpondeo, hoc verum eſſe antequam ineatur, at poſtquam quis euaſit amicus, habet ius ne ab altero ſine cauſa, & cum damno ſuo illa priuetur. *Soluitur prima ratio Soti in contrariũ.*

Probat ſecundo. Vnicuique licet ſibi conſulere.

Reſpondeo, ſed non cum damno, & iniuria alterius. *Soluitur 2.*

Circa irriſionem conſtat eam differre ab alijs linguæ vitijs, ob diuerſum finem, nam contumelioſus intendit honorem lædere, detractor famam, ſuſurro beneuolentiam, deriſor autem quærit ruborem afferre. Conueniunt hæc omnia in materia, cum omnia verſantur circa defectus proximi, differunt ſolo fine, & nocumento, & id quod ex irriſione ſequitur, eſt priuatio lætitiæ, & ſerenitatis conſcientiæ. Irriſio vel fit ſermone & verbis irriſorijs, & cachinnis, & appellatur deriſio, vel fit ſignis, & naſo rugato, extẽſis labijs, &c. & dicitur ſubſannatio, vtraque tamen conuenit in fine ſcilicet in inductione ruboris, *c* ac proinde cum ſolo modo differant, erunt eiuſdem ſpeciei. *Irriſio quomodo differat ab aliis linguæ vitiis. Quot modis fiat.*

c S. Th. 2. 2. q. 75. ar. ad 1.

d Eſt irriſio ex ſuo genere venialis. Ratio, quia ex ſe eſt ludus quidam, vt autem ſciatur quandò ſit peccatum mortale.

d S. Th. ar. 2.

Dicendum primo. Deriſio moderata, in qua nec ſit lædendi animus, nec verè ſequatur læſio, non eſt peccatum, imò ea prudentes vtuntur per virtutem Eutrapeliæ, quæ ad honeſtas recreationes inclinat, cauendum tamen eſt, ne debitæ moderationis termini excedantur.

Dicendum ſecundo. Deriſio leuis ex ſuo genere eſt venialis. Ratio, quia ſicut in alijs materijs, ita & in iſta peccatum ratione paruitatis, eſt veniale, quod intelligendum eſt ſecundum ſe, quia *Deriſio leuis ex ſuo genere eſt venialis.*

ratione proprij ſtatus perſonæ, quam quis læderet, notabiliter ſciens, & debens ſcire illum grauiter talem irriſionem laturum, & exinde magno pudore affici, peccaret mortaliter contra charitatem, quare in hoc genere magna cautela eſt adhibenda ob periculum peccati mortalis in quod facili incurri poteſt.

Deriſio qua crimen graue obijcitur, aut per contemptũ ſit eſt peccatũ mortale, & grauius cõtumelia.

Dicendum tertio. Deriſio qua fratri obijcitur crimen graue ſecundum ſe, aut certe leue ſed per contemptum, eſt peccatum mortale etiam grauius contumelia, quanto perſona quę irridetur maioris eſt reuerentiæ; prima pars patet quia graue damnum in pudore fratris infertur.

Secunda probatur quia qui ironice, & per riſum aliquid profert, non minuit, ſed auget culpam, cum ſubindè perſona contemnatur, & vilis exiſtimetur.

Tertia etiam pars probatur quia ibi adeſt contemptus qui eſt grauius peccatum quam contumelia quæ ſeriò dicitur.

Quatuor deriſionis gradus ex D. Tho.

Quarta demum pars patet quia quanto perſona eſt grauior, tantò maius peccatum eſt, illam paruipendere, & robore afficere.

Enumerantur à D. *a* Tho. quatuor irriſionum gradus in primo ponit deriſionem quaſi promiſcuam, quæ poteſt eſſe mortalis. *a* S. Th. 2. 2. q. 75. a. 2.

b Secunda deriſio eſt contra virum pium, qua opera eius iuſta deridentur, & eſt valdè pernicioſa, cum ob eam quis aliquando à bono opere impediatur. *b* S. de Iob. c. 4. in ill. Irridetur iuſti ſimpliciter.

Tertia eſt irriſio parentum.

Quarta eſt irriſio Dei, & ſanctorum, *c* quæ eſt blaſphemia vt colligitur ex illis *d* Propheti za quis eſt qui te percuſſit, & ſubditur, & alia multa blaſphemantes dicebant, & huiuſmodi deriſiones iuxta graduum ordinem ſe etiam excedunt in grauitate. *c* Caiet. 2. 2. q. 75. *d* Luc. 22.

Maledictio, quid ſit.

Alterum linguę vitium eſt maledictio quæ eſt imprecatio mali facta alicui ſub ratione mali, id eſt intendendo illud malum, idque vel optatiuè, vel imperatiuè, differuntq; inter ſe, nam maledicere optatiuè ſi non intenditur, neque eſt ſcandalum non eſt mortale, imperatiuè autem erit peccatum tale quale eſt malum quod imperatur.

Eſt duplex formalis & materialis.

Duplex eſt maledictio formalis, qua quis optat, vel imperat alicui malum vt malum eſt & materiale qua quis vult malum alteri ſed ſub ratione boni, vel ſine intentione vt eueniat. Et circa hæc.

Formalis ex ſuo genere eſt peccatum mortale, et poteſt inducere diuerſas peccati ſpecies.

Dicendum primo maledictio formalis ex ſuo genere eſt peccatum mortale.

Ratio quia procedit ex odio interiori, & directè charitati repugnat; poteritq; eiuſmodi formalis maledictio ad varias peccati ſpecies pertinere, nam ſi quis alteri precetur mortem, eſt homicida, ſi incendium bonorum, erit incendiarius, &c. ex paruitate autem materiæ, aut ex defectu deliberationis, vt contingit in repentino iræ motu erit peccatum veniale.

Hic

Hic autem not. quod ex eo quod quis ſubitò reſipiſcat, & doleat ſe malum aliquod imprecatum filijs, aut alijs, non deducitur quod abfuerit deliberatus conſenſus; ſed ſolum quod peccauerit ex paſſione, non autem ex habitu, aut malitia. *Ex breuitate temporis non eſt perſuaſus conſenſus qui ſatis eſt ad pecc. mortale.*

a Quod ſi parentes dum filijs maledicunt, excuſari debent a mortali, eſt aliunde quia nimirum vere non præſumitur adeſſe conſenſus, & plena deliberatio. *a Caie. vbi ſupra So. 5. iuſt. q. 11. a. 2. Valen. to. 3. diſp. 5. q. 18. pūc. 2.*

b Dicendum ſecundo maledictio formalis ſiuè moralis ſit, ſiue venialis eſt peccatum eiuſdem ſpeciei cum malo quod optatur, & ob id ad diuerſas peccati ſpecies pertinet. *Maledictio formalis ē eiuſdē ſpeciei cū malo quod optatur.*

Dicendum tertio maledictio formalis cæteris paribus aliquando grauius peccatum eſt detractione, aliquandò minus graue, ſi enim ſit imprecatiua eſt minus grauis, cum detractiò inferat damnum, illa tantum exoptet, Cæterum cum maledictio impetatiua quandoq; efficaciter inferat malum, ſi hoc malò grauius ſit malo infamiæ erit & ipſa grauior detractione, ſin æquale, aut minus, & ipſa ſimiliter ſe habebit, quæ omnia ex ſe certa ſunt. *b S. Tho. q 76. a. 4. Solon. ibidem conclu. 1.* *Quando ſit grauior detractione.*

Dicendum quarto maledictio materialis ex genere ſuo eſt venialis, ratio quia in hac & deeſt intentio nocendi, & vere per ipſam nullum infertur damnum, aliquando vero erit mortalis ratione ſcandali. *Maledictio materialis ex ſuo genere eſt venialis.*

c Dicendum quinto maledictio materialis qua quis imprecatur alteri malum ſub ratione boni, vel iuſti, vt iudex cum maledicit, imperando pœnam inferri reo, & eccleſia imprecando mala ei, quem anathematizat, vel vtilis, vt imprecando ægritudinem, aut impedimentum aliquod peccatori ut reſipiſcat non eſt peccatum, ſed bonum in caſibus, in quibus licitum eſt illud malum velle ad tale bonum, ratio quia licitum eſt deſiderare, licitum eſt precari, eſt autem licitum velle malum proximo. *c S. Th. q. 76. arti. 1. Sot. & alij.* *Licitum eſt velle, et precari malum proximo.*

Primo ratione iuſtitię, ideſt vt iuridicè puniatur.

Secundo ratione gloriæ Dei, quo pacto *d* Noe optauit mala filio ſuo, quod etiam confirmatur exemplis, *e* Eliæ, *f* Eliſei, *g* Iacob, & *h* Dauid. *d gene. 9. e 4. reg. 1. f 4. reg. 2. g gene. 49. h pſ. 108.*

Tertio ob bonum commune, & ſic licitum erit deſiderare vt heretici, & Turcæ aut conuertantur, aut tollantur, è medio.

Quarto ob bonum proprium honeſtum, aut vtile, & hæc omnia intelligenda ſunt quando ineſt peccatum illi cui optatur malum, verbi gratia puella poteſt optare iuueni æquitudinem, quia eam ad malum ſollicitat, aut iniuſtè cum ea litigat, ac proinde filio non licebit mortem patri optare cum nulla adſit culpa.

Diſtinguendum igitur erit in hac materia, ita vt odium inimicitiæ quo volumus proximo malum, vt malum eſt, ſit peccatum, vt potè intrinſece malum, odium verò concupiſcentiæ quo volumus malum ob aliquod bonum, quia ſcilicet eſt ſecundum rectam rationem, ac proindè licitum, & honeſtum, non eſt pec- *Odiū inimicitia malum eſt, cōcupiſcentia vero bonū.*

De detractione, eiuſque grauitate, & modis. Cap. VI.

a S. Th. 2. 2. q. 73. A liã babes apud Na. c. 16. n. 17.

PRæterea, quæ ſupra ratione reſtitutionis famæ dicta ſunt de detractione, hic explicanda eſt eius natura, grauitas, & modi varij, quibus detrahi conſueuit. *Quid detractio, & quã a contumelia diſtinguatur.*

Eſt itaque *a* detractio famę denigratio per verba occulta, in quo differt à contumelia, quæ ledit honorem, fama autem & honor diſtinguuntur, cum illa ſit bona opinio, quæ habetur de alio; hic verò ſit reuerentia, quę alteri exhibetur ob aliquam excellentiam, quatenus auté detractio verbis patratur occultis, adhuc ab eadem contumelia quoad obiectum formale diſtinguitur, cuius obiectũ eſt iactura honoris manifeſtè & per vim paſſa, illius vero eſt ablatio famę per ignnorantiam paſſa occultè & in abſentia. *Occultum, & manifeſtum, ut cauſant diuerſas ſpecies inuoluntarij ſpecie differunt.*

Et quamuis occultum, & manifeſtum ſimpliciter ſumpta, non differunt ſpecie, cum mendacium tam occultum, quam manifeſtũ ſemper mendacium ſit, tamen inquantum generant diuerſam ſpeciem inuoluntarij adhuc ſpecie differunt, ut furtum, & rapina in quibus quaquam idemmet alienum auferatur, adhuc tamen in illo quis patitur inuoluntarium ignoranter, adhuc tamen per vim.

b Nau. c. 18. nu. 12.

Cum *b* verò aliquis coram aduerſario profert verba contumelioſa cum intentione illum infamandi, duplicis peccati ſpecie diſtincti malitiam committit.

c Eccl. 11. *d* Ecce. 11. ibi ab una ſcintilla, &c. *e* Eccl. 27.

Detractio præcipuè dupliciter committitur, vel directè, idque quadrupliciter. *Detractio directe quadrupliciter committitur.*

c Primo imponendo falum crimen.

d Secundo agendo peccatum.

e Tertio reuelando crimen occultum.

Quarto honeſtum factum in malam partem retorquendo, & hęc quamuis ad iudicium temerarium ſpectent, adhuc tamen, & hanc malitiam inducunt. *Indiſtincte eidẽ modis contingit.*

Vel indirectè, & hec etiam quadrupliciter committitur.

Primo cùm quis negat bona proximi.

Secundo, quando ea reticet, cum opporteret manifeſtare.

Tertio, cum minuit ãlterius merita.

Quarto, cum exigue laudat, quem eximiè laudare deberet, eſt enim iuxta *a* Phauorini ſententiam turpius modicè laudari, quā acriter vituperari, quod intelligitur cum quis eiuſmodi laudem meretur, & ipſe poteſt ſic commode eum laudare.

a Apud Gelium.

Omnes hi modi ſunt eiuſdem ſpeciei obidem obiectum formale, & materiale, ſciliet famam occultè læſam, debent tamē diſtinctè in Confeſſione explicari ad ſciendum quando neceſſaria eſt reſtitutio.

Detractio, vel materialis, uel formalis.

Rurſus detractio, vel eſt materialis, quæ ſcilicet fit ſine intentione infamandi, & formalis, quæ ſecus ſe habet, ut ſciatur quando & quale peccatum ſit utraque.

Formalis ex genere ſuo ē pec. mor.

b Dicendum primo. Detractio ex genere ſuo, eſt peccatum mortale.

b S. Th. ar. 2. & alij.

Hinc *c* Dauid detrahentem ſecretò proximo ſuo hunc perſequebar, & *d* Apoſtolus appellat detractores Deo odibiles.

c pſa. 110.
d Rom. 1.

Ratio eſt, quia per ipſam aufertur fama, quæ eſt præſtantior cæteris externis bonis, & per cuius iacturam quis impeditur à multis benè agendis, & rurſus quia per detractionem pax, & charitas violatur vnde lites, & ſcandala ſubſequuntur.

Debet autem damnum eſſe notabile ad hoc, vt mortalis cenſeatur detractio, quod relinquitur iudicio viri prudentis habita circunſtantiarum omnium ratione.

Erit u.nialis.

Erit autem venialis. Primo ex paruitate materiæ, quæ contingit tripliciter.

1 Ex paruitate materiæ.

Primo ex parte infamiæ, vt ſi quis de re graui infametur.

2 Ratione intentionis detrahentis.

e Secundo ex parte perſonæ, nam miles ex homicidio, aut iuuenis ex fornicatione non diffamatur.

e Caiet & alij apud Sayr. n. 5.

3 Ex actus imperfectione.

Tertio ex parte eius, apud quem aliquis infamatur, nam eadē infamia erit grauis, ſi fiat apud Prælatum, vel Pricimpum, & leuis ſi apud popullarem virum, & hæc omnia procedunt ratione leuitatis materię, nam ſi detractor haberet animum nocendi grauiter, peccaret mortaliter etiam in his caſibus ratione intentionis.

f S. Th. 2. 2 in corp.

f Secundo erit dectratio venialis ratione intentionis ipſius detrahentis, cum ſcilicet non intendit inferre notabile nocumentum, *g* quod intelligitur ſi cum effectu non ſequatur, & ſe periculo, vt ſequatur non exponat.

g Naua. in repet. ca. inter verba ij, q. 3. conclu. 6. corrol. 21. num. 479.

Tertio ex imperfectione actus, puta quia eſt repentinus, & indeliberatus, & hoc non ſolum in linguæ peccatis locum habet, *h* ſed etiam in alijs materijs, ita vt etiam hæreſes, & infidelitates ſurreptitiæ, quæ ſine noſtra deliberatione oriuntur, cenſeantur veniales, nec per eas excommunicatio incurratur.

h S. Tho. 1. 2. q 82. ar. 6. & 2. 2. q. 35 ar. 3. Nau. Maio. Io. Andr. & alij.

i Dicendum ſecundo. Detractio formalis non ſolum ex ſuo genere eſt pecatum mortale, ſed etiam grauius furto, minus tamen homicidio, & adulterio.

Ante-

i S. Thomas articulo tertio, & ibidem expoſit. Nau. loco citato; concluſ. 6; corrol. 22. num. 494.

Antequam autem probetur concluſio not. peccati grauitatem ex quatuor precipuè deſumi. *Peccati grauitas ex quadupliciti potiſſimum capite penſanda.*

Primo ex malitia hominis à quo procedit,& ſic ut charitas eſt omnium virtutum maxima,ita inuidia quæ de malo gaudet,& de bono contriſtatur eſt omnium peſſima. *1 Ex malitia hominis.*

a S. Tho. 2.2. q. 39. a.3. Secundo *a* ex obiectio,& ſic peccata in Deum immediatè commiſſa ſunt omnium grauiſſima,vt infidelitas,deſperatio,blaſphemia,odium Dei,&c. *2 Ex obiecto.*

Tertio ratione inuoluntarij quomodo grauius peccatum eſt rapina quam furtum, & contumelia quam detractio,quia in his maior intercedit vis,& contemptus. *3 Ratione inuoluntarij.*

Quarto ratione damni quod infertur,& tantò maius erit nocumentum,quantò bonum quod aufertur eſt maius. *4 Ex ratione damni illati.*

Triplex autem eſt bonum,animæ,corporis,& rerum externarum quorum maximum eſt bonum animæ,deindè corporis, tandem rerum externarum. *Bona quibus poſſumus dãnificari ſunt triplicis generis. Animi. Corporis. Fortunæ.*

Hinc fit quod licet ſcandalum ſit ex ſe grauius homicidio,quia illud priuat vita animæ ideſt gratia,hoc autem vita corporis, tamen quia illud datur per prauam ſuaſionem qua quis non inuitus ſed ſpontè inducitur ad peccandum in hoc autem vita corporis per vim aufertur,quæ eſt maximum bonum,& fundamentum cæterorum,iam ex hoc capite homicidium eſt crimen omnium,quæ in proximum committuntur atrociſſimum;ſimiliter cum inter bona externa *b* fama præemineat diuitijs,ideò detractio ex ſuo genere eſt grauius peccatum quam furtum. *b Prou. 2.*

c S. Tho. 2.2.q. 73. a 3. Ceterùm quæ dicta ſunt,intelligi debent de peccatis in ſpecie non autem in indiuiduo, *c* nam per accidens ratione circunſtantiarum contingere poteſt,vt furtum aliquod in indiuiduo ſit grauius detractione;& detractio grauior adulterio, nam grauius eſt verbi gratia furari centum aureos,quam ei detrahere incogitanter,& indeliberatè,& grauius erit detrahere Principi,aut Prælato,quam adulterari cum vxore hominis abiecti,&c. *Peccata in indiuiduo ratione circunſtantiarum maxime variantur circa grauitatẽ.*

Hic autem dubitari poteſt. An detractio ſit grauius peccatum quam contumelia.

d Sot. 5. Iuſt.q.10. a.3. Arag. &c. Et reſpondetur *d* quod ratione obiecti formalis contumelia eſt grauius peccatum detractione, ablatio enim honoris, quod eſt obiectum formale contumeliæ eſt per vim, & in ea reperitur inuoluntarium contrariè; Obiectum verò formale detractionis, quod eſt ablatio famæ occultè, dicit inuoluntarium priuatiuè.

At ratione obiecti materialis grauius peccatum eſt detractio, quam contumelia,cum famæ priuatio grauior ſit honoris priuatione;pluraque mala committant detractores,quam contumelioſi plures enim vulnerant,& eos quibus detrahunt,& audientes, & abſentes,&c. *e S. Tho. q 79 a. 2.*

f Eccl. 6. Suſurratio autem *e* eſt grauius peccatum detractione,cum maiori bono priuet nempè amicitia, & *f* amico enim fideli nulla eſt

comparatio, & fama ad amicitiam ordinatur tamquam ad finem vt ſupra dictum eſt.

Dicendum tertio. Detractio materialis, quæ ex genere ſuo non eſt mortalis, erit & venialis quando ex animi leuitate, & loquacitate procedit, & leue damnum ex ipſa infertur, erit & mortalis cùm notabiliter proximi famam lædit, tunc enim æquiualet formali dummodo quis non curat cauere à tanta proximi læſione.

Quando liceat defectus proximi manifeſtare.

Quando verò ex *a* cauſa neceſſaria aliquid dicit de proximo ob eius emendationem, ſeruato ordine fraternæ correctionis, aut ob publicæ iuſtitiæ bonum accuſando non peccat, ſed meretur, vt ſi verbi gratia ob bonum commune ſpirituale vel temporale proximi detegeret alterius defectus, vel ad nocendum paratos, & aſſuetos manifeſtaret, ut ab eis caueatur, non peccaret.

a S. Tho. 2.2.q.68. ar.1.& q. 73.a.2.

Detractio et diffamatio inducunt neceſſario, reſtitutionis obligationē.

Ratio quia tunc non eſt detractio, ſed boni procuratio, & licitum eſt minora bona nempè famam proximi exponere pro maioribus bonis cuiuſmodi ſunt bonum publicum, aut eiuſdem proximi ſalus ſpiritalis.

Dicendum *b* quarto ex detractione, & diffamatione oritur neceſſaria obligatio ad reſtituendum, patet à minori ad maius, ſi enim qui damnum infert in diuicijs tenetur reſtituere, ergo multò magis qui in fama.

b S. Tho. 2.2.q. 73. a.2.& alij omnes.

Quid autem ſtatuendum ſit de audiente detractionem & tacente ſupra dictum eſt.

DE

De Iudiciis, & primo de peccatis in iudicio contra octauum præceptum Decalogi commiſsis à Iudice ex defectu authoritatis, & poteſtatis neceſſariæ. Cap. *VII.*

a S. Tho. 2.2. q. 60. a.2. Caie. ibi. Sot.3. Iuſt. q. 4. a.2.

CVm hoc præcepto omne mendacium prohibeatur contra famam aut in dãnum proximi, explicatis iniurijs, quæ extra iudicium committuntur, nunc de ijs, quæ in iudicio fiunt agendum eſt.

Perſonæ quæ ad iudicium per ſe concurrunt.

Ad Iudicium plures perſonæ concurrunt, & prædam per ſe ſine quibus iudicium fieri nequit quæ ſunt quatuor, Iudex, Actor, reus, teſtis, quædam per accidens, vt aſſeſſor, procurator, tabellio, qui tantum requiruntur ſupraſcripti non ſunt ſufficienter iudiciarij processus periti.

b Rom. 14

c c. ſi clerici de Iudicijs ca. vt animarum de conſt. in 6

Quæ debeat habere Iudex ad recte iudicandum

Iudex ad rectè iudicandum quinque debet habere, ſcilicet poteſtatem veritatem, formam Iuris, ſcientiam, & animæ puritatem.

Quoad primum, vt a ſententia valida ſit requiritur in Iudice poteſtas ad iudicandum.

d Gab. 4. d.15. q. 6. a.1. not. 1. Sot. Salõ. &c.

e S. Tho. 2.2. q. 67. a.1.

Iudex debet habere poteſtatem, & aliàs iudicans peccat mortaliter.

Ratio eſt quia cum iudicium ſit velut applicatio quædam legis ad perſonas cum vi coactiua, ſicut lex eſt fruſtratoria ſi ea careat, itá & Iudicium, quarè vt ad promulgandam legem requiritur poteſtas, itá & ad ferendum iudicium. Et hoc idem patet ex b Scriptura, & c Sacris Canonibus, vnde & Iudex iudicans ſine legitima authoritate peccat mortaliter vſurpans ſibi poteſta tem alienam.

Poteſtas Iudici competens eſt quadruplex.

Hæc d competens poteſtas ex quadruplex. Prima ordinaria ſiue eccleſiaſtica, ſiue ſęculari, & eſt illa quæ ex dignitate vel officio ipſo iure vel preſcriptione, aut conſuetudine debetur, ſic Papa in ſpiritualibus ſuper omnes fideles, Rex in ſubditos, &c.

1 Ordinaria.

2 Delegata.

f Dan. 3.

Secunda poteſtas eſt delegata, quæ competit alicui ex ſuperioris commiſſione ſiue generaliter ad omnes cauſas, ſiue ſpecialiter hanc poteſtatem docet e D. Tho. habuiſſe f Danielem à Deo iudicandi ſenes qui falsò Suſannam accuſauerant.

Tertia dicitur arbitraria, quæ habetur ex electione partium litigan-

tigantium,& confertur dupliciter,vel vt quis amicabiliter litem dirimat,& tunc pro ſuo arbitrio iudicabit,ſeruando iuris natura
3 lis æquitatem,vel ſecundo quis in iudicem eligitur,vt eius ſententiæ partes ſtare debeant,& tunc tenetur iudicare iuris ordine ſeruato, *a* vnde iuregentium conſtitutum eſt, vt qui ſequeſtri arbitri,vel compromiſſarij iudices à partibus ſunt electi,vim habeāt ligandi partes in vtroque foro.

Arbitraria.

Et hoc modo poſſunt etiam Superiores ſe ſubmittere inferiorū arbitrio in quibuſdam negotijs,& ſic etiam Papa licet ſit omnium paſtor,& iudex ſupremus , poteſt tamen ſuo abrbitratu iudicem eligere tam in foro conſcientiæ,vt confeſſarium,quam in foro exteriori,vt fecit *b* Leo quartus, & tunc eiuſmodi iudici arbitrario electo *c* tenetur pontifex parere ex æquitate , licet ad hoc per pœnas cogi non poſſit, *d* & rurſus poteſt eundem repudiare licet non ſine vrgenti cauſa ad euitandum ſcandalum, quandocunque tamen reuocauerit,ſententia arbitri erit inualida.

4 *Acceſſoria.*

Clerici exempti ſunt tam in ciuilibus quam in criminalibus à foro ſæculari.

Quarta poteſtas eſt acceſſoria qualis eſt cum aliquis ſortitur forum ratione alicuius cauſæ contingentis, quæ etiam quodammodo poteſt dici delegatas, vt poteſtas quæ datur ciuilibet Sacerdoti abſoluendi in articulo mortis etiam ſi non fuerit ab ordinario approbatus quando alius haberi nequit, vel poteſtas,quā quis habet in alterum ratione delicti in ſuo territorio commiſſi, *e* quo caſu vnuſquiſque efficitur ſubditus Iudicis eius loci, *f* niſi negotium in quo delinquitur contineat res,aut perſonas ſpeciali priuilegio ab ordinarij iuriſditione exemptas,& quod diximus ratione delicti,procedit etiam ratione *g* rei ſitæ, & domicilij.

Si ergo aliquam ex prædictis quatuor poteſtatibus Iudex non habeat,ſententia erit inualida,& iudicans peccat mortaliter cum obligatione reſtitutionis damni,&c.

In eccleſia militante ſūt duæ poteſtates eccleſiaſtica & ſæcularis.

Hinc infertur peccare mortaliter contrà iuſtitiam Iudices ſæculares iudicando de rebus ſpiritualibus,& perſonis eccleſiaſticis taleque iudicium eſſe nullum, *h* cùm clerici ſint omninò exempti tam in ciuilibus quā in criminalibus à foro ſæculari , pro quo facit exemplum notabile *i* Magni Conſtantini,qui mutuas accuſationes,quas Epiſcopi ad ipſum detulerūt, eiſdem renunciauit.

Papa eſt abſolutè Chriſti Vicarius in ſpiritualibus verò in ordine ad eadem ſpiritualia.

Immò & Iuri diuino repugnat viros eccleſiaſticos ſæcularibus principibus eſſe ſubiectos,quibus nec ipſi ſæculares in rebus ſpiritualibus ſubijciuntur,cum Chriſtus Eccleſiæ gubernatores ipſos Apoſtolos,eorumque ſucceſſores inſtituerit, & ob id duo gladij in militante eccleſia dicuntur eſſe, *l* qui duas poteſtates ſignificant,eccleſiaſticam,& ſæcularem,quæ ità ſunt inter ſe diſtinctæ , vt altera alteri præiudicare non debeat.

Cum verò Papa Chriſti Vicarius generalis appelletur,id quidem in ſpiritualibus abſolutè debet intelligi,in temporalibus autem quatenus id requiritur ad finem ſpiritualis poteſtatis cui omnium temporalium poteſtatum, & Regnorum adminiſtratio ſub ordinatur.

Sicut autem Iudex eccleſiaſticus poteſt iudicare perſonas laicus

a Sot. 3. Iuſt. q. 4. a.6. & lib. 5.q.4. a.1.
b c.nos in competenter 2. q. 7. & refertur a D Tho. 2 2 q. 67. ar 1.
c Val. to. 3. diſp. 5. q. 11. puncto 1.
d Caie. 2. 2.q 67.a.1
e l. Alterius ff. de accu. & c. 1. de raptoribus.
f S. Tho. 2. 2. q. 67 a. 1
g c. fin. de for. cōp. gl. in ſum. 3.q. 6.
h c. ſæculares de for. comp. in 6. Coc. Conſtan. ſeſs. 8 art. 12. & 13. Trid ſeſſ. 25. de refor. ca. 20.
i Roffin l. 10. hiſt. eccleſ c. 2.
l ca. Directo de ſēt. exc. in 6. c. ſolitæ de maio. & obe. c. ad verum d. 99.

cus ne dum in cauſis merè ſpiritualibus, *a* ſed etiam in mixtis, vt vſurarum, ſacrilegii, Iuramenti & matrimonij de iure communi ſic & Iudex ſæcularis poteſt Clericum delinquentem capere minori qua poteſt violentia, donec commodè eum ſuo prælato puniendum tradat, & ſic vtraque poteſtas ſibi mutuò contumaces puniendi auxilium præſtare poteſt.

At vero perſonas eccleſiaſticas iudicare non poteſt Iudex ſæcularis, & id attentans incidit in bullam cœnæ niſi in caſibus iure conceſſis, quorum.

Primus cùm *b* clericus eſt degradatus, & traditus Iudici ſæculari.

Secundus *c* in caſu reconuentionis, idque tantum in cauſa ciuili.

Tertius *d* in caſu aſſaſſinii, tunc enim ipſo facto ab ordinatione, & officio eſt depoſitus.

Quarto *e* per conſenſum Epiſcopi, idque non niſi in cauſa ciuili, quod etiā intelligitur de Monacho ex conſenſu ſui Abbatis.

Quinto, *f* quando clericus eſt tantum in minoribus ordinibus initiatus, niſi habeat beneficium Eccleſiaſticum, aut habitum, & tonſuram deferens Eccleſiæ ex mandato epiſcopi ſeruiat.

Sexto in *g* cauſa feudi.

Septimo ratione delicti commiſſi, nam ſi in fraudem delinquens effectus fuerit clericus poteſt adhuc à Iudice ſæculari cognoſci, *h* cenſebitur autem tunc eſſe in fraudem quando delictū commiſſum ſit antè ſuſceptum ordinem, & ante eundem fuerit denunciatus accuſatus, aut infamatus.

Cum autem hoc priuilegium fori conceſſum ſit Clericatui, ſequitur *i* quod nemo particularis poteſt ei renuntiare, per hoc tamen non negatur quin poſsint Clerici in cauſa ciuili Iudices ſequeſtres ſibi eligere, cui parere tenentur tanquam viro prudenti, & Iudici arbitrio.

a c. cum ſit & glo. ibi. in V. maleficio res de for. comp.
b c. degradatio de pœn in 6
c 2. q. 2. c. neganda.
d ca. 1. de homicid. in 6.
e c. 1. 2. & 4. de foro comp.
f Triden. ſeſſ. 23. c. 6. de refor.
g cap. ex tranſmiſſa de for. comp.
h lib unde pract. qq. c. 31. & ſe.
i l. vlt. ff. de bon. Cor. &c.

Iudex eccleſiaſticus poteſt iudicare de cauſis mixtis.

Vtraque poteſtas eccleſiaſtica & ſæcularis mutuo ſibi debent auxiliari.

Caſus in quib. Iudex ſæcularis de perſonis eccleſiaſticis poteſt iudicare.

Clericus nō poteſt renuntiare priuilegio fori quamuis poſſit ſibi in ciuilibus arbitros eligere.

De

De veritate ad iudicandum neceſſaria. Cap. VIII.

SEcūdo requiritur ī iudice *a* veritas, hæc autē diuiditur primo in veritatē rei vt ſcilicet quod aſſeritur ſit reipſa verū, & veritatem conſcientiæ vt ſit ſicut exiſtimatur. *a* Deu. 17.

Secundo in eam quæ cōſtat homini vel vt Dei miniſtro, vt quod ſcitur p̄ ſacramētalem confeſsionem, vel ut perſonæ priuatæ vel ut perſonæ publicæ.

Veritas. Aut rei, aut conſcientiæ. Veritas innoteſcit homini aut ut Dei miniſtro aut ut perſona publica.

Et quidē ut ſatis eſt, iudici ſequi veritatem conſcientiæ, ita nō debet uti ea veritate, quæ ſibi vt Dei miniſtro innotuit, nam ſic grauiſsimum committeret ſacrilegium.

Dubium ſolum reſtat an debeat ſectari veritatem quam habet vt perſona publica, an quam habet ut perſona priuata, & hoc tam circa nocētem, quam innocentem, itaque.

Dubitatur primo de innocente, qui conuictus ut nocens per allegata, & probata, & à Iudice reipſa, & ſcientia priuata eſt cognitus vt innocens, quam ueritatem ſequi debeat in iudicando.

In hac re certum eſt primo ex communi Iudicem non poſſe iudicare ſecundum allegata contra veritatem, quam nouit, concipiendo apud ſed id repugnare legi naturali, & diuinæ, ratio quia tunc agens contra tale ſuum iudicium practicum, ageret contra conſcientiam, *b* quod eſt peccatum mortale. *b* Rom. 14

Iudex non poteſt iudicare ſecundum allegata ſi habeat in cōtrarium iudicium practicatum.

Secundo certum eſt quod tenetur ſub mortali talem innocentem probatum nocentem liberare ex charitate, & ex officio ſi aliqua uia id poſſit commodè v. g. admonendo accuſatorem de ueritate contraria, exactiſſime examinando teſtes, & interrogando de circunſtantiis vt indè eos redarguat ſicut fecit Daniel &c. *c* caie. So. Corduba Valen. Salon. Nau. Arag.

c Tertio certum eſt ſi nihil horum proſit quominus innocentem condemnet, debet coram populo illius innocentiam maniſeſtare, ratio quia cum innocens teſtium iniquitate in extrema vitæ neceſſitate redactus ſit, tenetur unuſquiſq; ex charitate & iudex etiam ex officio ut priuata perſona facere quidquid poteſt ut liberet innocentem, neque ità teſtibus infertur iniuria, ſi enim ſcienter id faciant, illis imputetur quod alteri ſunt iniurii, ſi bona fide ius innocentis maius eſt, cui bona aliorum fides nocere non debet.

Sin alia uia non ſuppetit proteſtetur iudex corã populo præſenti rei innocentiam

d Quarto certum eſt, iudicem poſſe ſententiam differre niſi à ſuperiore vel partibus ad id cogatur, & nunquam eam in illum dicere etiam ſi longiſſimo tēpore innocens in carcere detineantur. *d* Salon. ubi ſupra.

Con-

Contrarium docuit *a* Sot. dicens perpetuum carcerem idem eſſe quod capite plecti, ſed contra; morti enim nullum aliud malum poteſt æquiparari, & innocens ſem el occiſus ad vitam rurſus à iudice non reuocabitur.

Refellitur Sot.

Quinto eſt cum iudex eſt inferior, debere ad ſuperiorem innocentis cauſam remittere, & ſi aliud non ſuppetat, exuta iudicis perſona teſtem apud illum ſe exhibeat de innocentia circumuenti, modò abſit ſcandalum, & coactio vt ſupra.

Remittat circumuentum ad ſuperiorem et teſtē ſe de eius innocētia exhibeat

Dubium ergo remanet in caſu quo nullum ex prædictis, remediis ſufficiat quid facere debeat.

b Reſpondeo iudicem debere ſequi publicas probationes, ac proindè contra veritatem ſibi priuatim cognitam iudicare, & dimiſſis *c* ſacrorum Canonum authoritatibus quæ ab aduerſatiis eludi poſſent, vel quod tantum loquantur de cauſis ciuilibus, vel in caſu, quo teſtes ſunt veri, inſtrumenta autem falſa ſunt, vel quod iudicis affectus inhibeatur. Probatur ratione.

Primo iudex non fungitur authoritate priuata, ſed publica, ergo iudicare debet ſecundum ea quæ per ſcientiam publicam; & à communitate approbatam ſibi conſtent. Confirmatur quia effectus ſequi debet naturam ſuæ cauſę, ſed ſcientia iudicis eſt quidam effectus publicæ authoritatis quæ eſt in ipſo; ergo ſecundum illam iudicare debet.

Probatur primo

Secundo ab abſurdis quæ aliter faciens ſequerentur, pax enim omnis & tranquillitas reipublicæ turbaretur, & populus videns iudicem non iudicare ſecundum leges, & ipſe multò magis leges contemneret.

Hinc infert *d* Couar. quod iudex ſententiam dicere nequit ex ſcriptura priuatim ſibi exhibita, ratio quia ſcientia ſecundum quam debet iudicare debet eſſe iuridica; & conſequenter teſtes, & ſcripturæ debent ab ipſo iuridice cognoſci, quod eſſe nequit niſi cum omnia conſtant publicè in actis.

Contra concluſionem noſtram docuerunt Primo *e*, Lyranus, & alii volentes nullo caſu licitum eſſe iudicem condemnare, quem certò ipſe ſciat eſſe innocentem.

Correlariū ex Couar.

Probant primo quia hoc eſt contra ius naturale, & diuinum, vtroque enim eſt prohibitum innocentem occidere, cū hoc ita intrinſecè malum ſit, ut nulla ratione ſit licitum, nec attendendū eſt ſcādalum, cū ex reg. iuris vtilius natum ſcandalū permittatur, quam veritas relinquatur. Confirmatur ex illo innocentem non occides.

f Reſpondeo non eſſe contra ius naturale, aut diuinum occidere innocentem per accidens, & præter intentionem, dando operā rei licitæ & neceſſariæ ideſt officium ſuum modo debito exercendo, ſecus ſi ex intentione & per ſe occidatur, hinc etiam excuſantur Principes in bello iuſto in quo innocentes cum nocentibus per accidens occiduntur.

Soluitur prima ratio 1 contrariū Lirani, & aliorum

Ad confirmationem reſpondeo innocentem non debere occidi ideſt iuridicè probatum talem, ſecus qui poſt omnem adhibitam diligentiam reus conuincitur in iudicio.

a Sot. 5. iu q 4. art. 2. Alen. p. 3. q. 34. m. 1. a. 4. & alibi, necnō Caiet. Salon. Arag. Valē. petr. Na. apud Sayrū nu. 5. §. alii.
b S. Tho. 2. 2. q. 67. a. 2. Caiet. Bānes Salon. Ara. & alii nu. 13
c ca. indicet 3. q. 7. c. ſummopere ii q. 3. c. paſtoralis §. qa uero de offic. dele.
d li. 1. uar. reſol. c. 1. nu. 5
e in ill. ex 23. innocentē nō occides 10. arboreus Coraſius petr. Nau. & alii apud Sayrū nu. 6
f Caie. ſo. ſalon.

Pro-

Probant ſecundo à ſimili, nam ſi per iudicis ſententiam decernatur quod talis fœmina ſit vxor Petri, quam hic ſcit certò non eſſe ſuam etiam ſi hoc iuridicè probatum fuerit, non licebit pretio ad eam accedere, & debitum ei reddere, ergo nec iudex poterit agere contra veritatem, & ſcientiam propriam ob falſas probationes.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo eſſe diſparem rationem, nam accedere ad non ſuã, ſemper eſt fornicatio ex natura rei, & intrinſecè malum, ita vt nulla circunſtantia poſſit cohoneſtari, at condemnare innocentem probatum nocentem pro bono communi, ut officium ſuum exequatur non eſt intrinſecè malum, & preterea iudex ferens ſententiam quod talis ſit exor petri benè facit, quia fundatur in præſumptionibus, at Petrus eiuſmodi præſumptiones ſequi non debet &c.

Probant tertio ſi cum multi iudices per allegata, & probata iudicarent propoſitionem aliquam eſſe hæreticam, vni autem eorum conſtaret oppoſitum, non eſſet ei licitum illam vt hæreticam condemnare, ſicut Papa, cui verè conſtat aliquem non eſſe ſanctum, non tenetur ſequi oppoſitam aliorum ſententiam etiam ſi ſit communis.

Reſpondeo ad primum exemplum diſparem eſſe rationem, ſi enim propoſitionem quam mihi euidenter conſtant non eſſe hæreticam condemnarem, mentirer in re graui, quod eſt per ſe malum, & omninò prohibitum, at iudex condemnando non aſſerit illum eſſe, ſed probari nocentem, & ſic non mentitur.

Ad ſecundum exemplum, reſpondeo ſimiliter eſſe diſparem rationem, in canonizatione enim Sanctorum aſſiſtit ſpecialiter Summo Pontifici Spiritus ſanctus eiuſq; iudicium potius diuinum quam humanum eſſe cenſetur, ſecus in quolibet alio Iudice, &c.

Contra eandem concluſionem docuerunt ſecundo loco *a* Hadrian. & alii poſſe quidem iudicem in cauſis ciuilibus iudicare per allegata, & probata contra veritatem ſibi notam, non autem in criminalibus.

a quodl. 2. puncto 3 ad 5. l. B. & quo. 8 a. 3. litera H. petr. Nau. l. 2 de teſtit. c. 3 p. 2. dub. 4 nu. 160. & quidam Rodulphu ex relat. Angeli in v. iudicare §. 7.

Probant ex ratione diſparitatis inter ciuilia, & criminalia, cum enim homo non habeat liberam poteſtatem ſuæ vitæ, & membrorum, non poteſt iudex hanc authoritatem ab hominibus accipere, cum nemo plus iuris in alium transferat quam ipſe habeat, è contra vero cum bona externa uerè cadant ſub noſtrum dominium, ideò potuit hæc authoritas dari iudici ferendi ſententiam circa ipſa ſecundum allegata & probata etiam ſi priuatim iudici conſtet veritatem eſſe in contrarium.

Refellitur ſententia Adriani.

Sed hæc opinio falſam eſt, nullibi enim conſtat facultatem conceſſam iudici a populo ſic eſſe limitatam, & ſi ob bonum commune in ciuilibus procedendum eſt ſecundum allegata ergo multo magis in criminalibus &c.

Obijcies adhuc pro Lyrano & Hadriano iudicem condemnando eum, quem nouit innocentem facere contra conſcientiam.

Re-

Iudex condemnans per allegata quē ipſe nouit eſſe innocentem facit contra ſcientiam nō contra conſcientiam.

Reſpondeo facere contra conſcientiam priuatam, & ſpeculatiuam, quamuis à patre rei conuentus, ſit innocens, in iudicio tamen probatus eſt reus, quæ eſt ſcientia practica ſpeculatiuę contraria, & iuſtificat actum Iudicis, qui tenetur iudicare ſecundum authoritatem ſibi conceſſam.

Vbi autem conſcientia illi remorderet condemnando talem innocentem, abſtineat omnino a ſententia, alioquin pecaret mortaliter agendo contra conſcientiam.

Dubitatur ſecundo. An Iudex ne condemnet eum, quem priuata ſcientia nouit innocentem, teneatur deponere officium.

Iudex non tenetur deponere officium, eũ quem priuatim nouit innocentem condemnet.

a Caiet. 2. 2 q 67. ar. 2.

a Reſpondeo negatiuè, neque enim ad hoc tenetur ex iuſtitia, cum ſupponamus ab eo prius omnem adhibitam diligentiam, vt liberaret innocentem, deinde iudicando ſecundum approbata vtitur iure ſuo, & munus ſuum debitè exercet.

b S. Th. 2. 2 q. 64. ar. 6. ad 3. eca. quod culpa et 23. q. 1. S. Th. ar. 6.

Rurſus non tenetur ex charitate, hæc enim non obligat cum magno detrimento honoris, & rei temporalis, ideoque nec tenetur ad reſtitutionem, ſi eiuſmodi hominem condemnet, ad quam *b* tenentur teſtes, cum ipſi ſint qui damnum inferunt, non Iudex, qui iuſtitiæ actum exercet.

Corollarium circa iuſtitiæ executores.

c Hinc infertur nec miniſtrum Iuſtitiæ debere renuntiare officio, ne ſententiam contra innocentem latam eſequatur, niſi cum manifeſtè nouit eam continere errorem intolerabilem, cum aliàs ipſe non teneatur ſententiam diſcutere, nec ipſe occidat, ſed Iudex, ſecus cum certè, & abſque vllo dubio nouit ſententiam eſſe iniquam, & ſic carnifices, qui Martyres occiderunt, non excuſantur.

d l. 1. & 2. ff. de iuriſ. omni. iud. Sil. Salon, &c.

d Quamuis autem Iudex in ſententijs ferendis iuxtà prędicta procedere debeat ſecundum publicas teſtium, & inſtrumẽtorum probationes, in conferendis tamen, & diſpenſandis officijs, quæ ipſius arbitrio committuntur, tenetur potius ſtare ſcientię, quam ipſe habet de meritis aliorum.

Ratio eſt, quia in his non eſt Iudex, ſed diſtributor, & conſequenter officia debet dare pro meritis, quæ petenda ſunt a parte rei, non autem ex dictis teſtium.

Princeps poteſt ſequi in iudicando priuatam ſcientiam contra allegata, & probata.

e Bar. in l. 1. C. vt que de ſũt aduoc.

f Caiet. 2. 2. q 67. ar. in fi.

e Dubitatur tertio. An ſi iudicium fiat à Principe poſſit contra approbata ſequi priuatam ſcientiam.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia ipſe habet authoritatem concedendi leges, & derogandi iam conditas. *f* vt tamen caueat à ſcandalo debet ſuam priuatam ſcientiam de conuenti innocenti omni meliori modo populo manifeſtare, & pœnam tollere, vel mutare, modo alter damnum non patiatur.

Dubitatur quarto. An ſupremus Iudex poſſit condemnare, quem priuata ſcientia ſcit delinquentem, in foro tamen exteriori non probatur.

Pro ſolutione.

Notandum, ad iudicij ſolemnitatem duo requiri. Primum, quod delictum ſufficientibus probetur teſtibus, & detur locus defenſioni.

Secun-

Iudex inferior debet ſeruare ordinẽ iuris.

Secundum, quod ſit accuſatio, & detur tempus ad probandum & reſpondendum, *a* horum primum eſt de iure naturali, & Diuino, ſecundum verò eſt tantum de iure humano. His conſtitutis ſit. *a C. Deus 2 q. 1. & ca. qualiter 2 de accuſ.*

b Prima concluſio. Iudex inferior in ſolemnitatibus ſecundi generis diſpenſare non poteſt, ſed tenetur iuris ordinem ſeruare. Ratio, quia ipſe non habet authoritatem derogandi legibus, ſecus de ſupremo Iudice. *b S. Ant. p. 3. tit. 9. c. 15. §. 3. & alij n. 21.*

c Secundo. Quando crimen eſt omnino ſecretum, vel improbabile, non poteſt ne ſupremus quidẽ Iudex ſolemnitates primi generis prætermittere regulariter, vnde delinquentem non citatum, & defenſum condemnare non poteſt ex ſua priuata ſcientia Ratio, quia defenſio, & teſtium probatio, eſt reo debita de iure naturæ & Diuino, in quibus ſupremus Princeps diſpenſare non poteſt. *c Sot. 5. iuſtit. q. 1. a. 3. & alij n. 22. §. rationẽ eius*

Confirmatur, quia eſt contra iuſtitiam auferre arma, quibus quis legitimè ſe poſſit tueri.

Item, quia reus antequam iuſtè conuictus ſit, habet ſe quo ad iudicium tanquam innocens. Præterea natura actus publici, qualis eſt hominis occiſio ex publica poteſtate exigit vt à voluntate, & ſcientia publica procedat ſicut à cauſa commenſurata.

Soluitur inſtantia in cõtrarium.

Neque obſtat quod ſi poteſt ſupremus Iudex liberare aliquẽ probatum reum, etſi notum innocentem poſſe debat & è conuerſo condemnare ſibi notum reum, & probatum innocentem, *d* eſt enim diſpar ratio; nam primum non abſoluit authoritate publica, ſed ex priuata lege charitatis, qua vnuſquiſque tenetur ſi commodè poteſt ſalutem proximi conſeruare. *d Pet. Na. 2. de reſt. c. 3. p 2. d. 5. nu. 186.*

Ad condenandum autem eſt neceſſaria omninò poteſtas publica, quæ parte inaudita, & crimine non probato, non poteſt aliquem condemnare.

Prima limitatio concluſionis.

Hoc autem intelligendum eſt, vt ſupra, cum crimen occultum eſt, ſecus ſi publicum, & notorium, e tunc enim illud notorium interuenit loco accuſatoris, & teſtium faciens publicam ſcientiam, & exercens publicam poteſtatem ad publicum iuſtitiæ actũ idemque dicendum eſt de repertis à Iudice in fragranti delicto publico. *e c. bene de elect. c. cum olim de ſent. & re iudi. & ca. ad noſtram, de iureiur.*

2. limitatio

f Rurſus procedit concluſio regulariter, quia in caſu, quo quis ob eius potentiam commodè capi non poſſ ſine graui ſcandalo, aut cum crimen eſſet huiuſmodi, quod eius propalatio vergeret in dedecus Principis, tunc etiam non vocatus, & non defenſus poſſet in abſentia condemnari. *f Sil. v. homicidium 1. q. 2. v. terq. Nau. & alij nu. 24. §. dixi etiam.*

3. limitatio

Fallit etiam concluſio, vt diximus, quando crimen ex improbabile, aut cum probari quidem poſſet, ſed non decet ad uitandum ſcandalum, aut ob aliquam aliam iuſtam cauſam, vt aliquis iuridice conuictus occidatur, tunc per Ephiceam occidi poteſt ſecreto vel veneno, vel aliquo alio modo, non citatus, aut defenſus.

Procedit autem concluſio etiam in ciuilibus, g vnde qui ſola

ſcientia priuata ſpoliat aliquem bonis temporalibus non ad nutum amouibilibus grauiter peccat.

Ampliatio Concluſ.

Secus vero dicendum ſi non eſſet imponenda pęna ob delictum, ſed ſolum cogendus ad reſtitutionem, tunc enim licitum erit ne dum Principi, ſed Iudici, qui ſcit certò rem alteri deberi, præcipere ſua ſententia debitori, ut ſoluat, etiam ſi id non fuerit per teſtes probatum, non ſecus ac licitum eſt domino rem ſecretò accipere in compenſationem.

Corrolariũ

Concluditur igitur quod extra caſus ſuprapoſitos ſi Iudex ſiue ſupremus ſiuè inferior ob ſolam, priuatam ſcientiam, aliquem morti adiudicat, verè eſt homicida, & ad damni iniuſtè illati reſtitutionem obligatur.

Ratio quia ei ſequitur damnum ex iudicis iniuſta omiſſione.

De forma, & ſubſtantia Iuris ad ſententiam ferendam neceſſaria. Cap. IX.

FOrma iuris, quam Iudex in iudicando ſeruare tenetur conſiſtit primo in ſubſtantia ſententiæ.

Secundo in modo procedendi.

Tertio in tutela iudicij.

Quarto in quantitate, & qualitate pœnæ imponende.

Quinto in vi executionis.

Primum dubium. An Iudex ſemper iudicare debeat ſecundum uerba legis

Supponitur primo, quod iudicium eſt defenſio iuſti.

Ius & naturale, & poſitiuum.

Iuſtum autem *a* eſt duplex naturale, & poſitiuum, & illud ex natura rei, hoc ex hominum arbitrio conſtitutum eſt.

Similiter & lex.

Secundo legum quaſdam eſſe naturales, quę continent ius naturale, quaſdam poſitiuas ex ſola hominum conſtitutione, de quibus tantum eſt difficultas in præſenti, cum alioquin ſecundum leges naturales ut potè ex ipſa rei natura petitas & ipſe etiã Princeps iudicare teneatur, & hinc etiam eſt quod cum & *b* præcepta Decalogi naturæ dictamini conformentur dicuntur in diſpenſabilia.

a 5. Ethic. c. 7.

b S. Tho. 1. 2. q. 100. a 8. Med. ibid. Sot. 2. Iuſt. q 3. a. 8 & lib. 3. q 4. a. 5. concl. 1.

Omnes Iudices debent iudicare ſecundum leges humanas legi diuinæ non repugnantes. Princeps eſt ſubditus legibus quoad vim directiuam, non coactiuam.

Dicendum primo. *a* Tam ſuperiores, quam inferiores, Iudices debere ſecundum leges humanas legi Diuinę non repugnantes ferre iudicium, & quidem de inferioribus patet, quia hi ſubduntur legibus, & ſunt non niſi illarum executores, de ſupremis probatur. *a S. Th. 2. 2. q. 60. ar. 5.*

Dictat enim ratio naturalis, vt vnuſquiſque legem, quam tulit patiatur, ac proinde vt caput membris conformetur, vnde Princeps legem ſiuè propriam, ſiuè prædeceſſorum ſine cauſa rationabili transgrediendo peccat, & quamuis ad earum obſeruantiam non teneatur ex vi coactiua, tenetur tamen ex vi directiua, & hoc ipſum intelligitur quoad leges, quæ non minus legislatorem, quam ſubditos concernunt, qualis eſt; iſta, vt ſecundum rectam rationem iudicetur.

Dicendum ſecundo. Quando ratione alicuius circunſtantiæ obſeruantia legis vergit contra ius naturale, tunc non ſecundum legis literam, ſed ſecundum æquitatem, & mentem legislatoris iudicare debet tam Princeps, quam inferior Iudex.

Caſus in quibus per Epicheam, non iuxta uerba legis, ſed iuxta rationis dictamen eſt iudicandum.

b Ratio, quia ſi lex aut ſimpliciter, aut ratione alicuius circunſtantiæ fuerit iniqua, non eſt amplius lex, neque regula, quæ noſtras dirigat actiones, ſed corruptela, ſicut & horologium, quod ſi cum motu Solis non conſentit, eſt potius horarum perturbatio, quàm horologium, eſt ergo in his caſibus recurrendum ad Epicheam; caſus autem ſunt hi. *b S. Th. 1. 2. q. 96. ar. 4. & 6.*

Primus qui ſupra allatus eſt, cũ ſcilicet aut ſimpliciter, aut ex aliqua circunſtantia loci, temporis, vel perſonæ, lex redditur iniqua.

Secundus, cum obſeruantia uerborum legis cedit in detrimentum boni communis.

Tertius, cum prudenter exiſtimari poteſt legislatorem, ſi adeſſet non ſecundum legem iudicaturum.

Quartus, cum corrumpitur intentio legislatoris, *c* peccat enim in legem quicunque verba legis amplexus, eiſdem utitur cõtra voluntatem legislatoris, ſcilicet cum Princeps ex cauſa iuſta in lege diſpenſat, tunc enim ſecundum Principis intentionem, debet Iudex verba legis interpretari. *c l. contra ff. de legi. & l. ſeq.*

Vſus Epicheia aliter Principi, aliter Iudici inferiori cõceſſus.

Notanda tamen eſt differentia inter Principem, & Iudicem inferiorem, quia ille ex probabili coniectura, quod legis obſeruantia ſit contra commune bonum, poteſt in iudicando à legis verbis recedere. non tamen iſte, niſi & id certò ſibi conſtiterit, & accedat conſenſus Principis.

d Item poteſt Princeps ex cauſa in lege ſua diſpenſare, vt liberando homicidam à morte, quam authoritatem non habet Iudex inferior. *d S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 6. Sot. & alij nu. 6. §. Deinde*

Sententia poteſt eſſe iniuſta tripliciter.

Secundum dubium. An ſententia iniuſta obliget in conſcientia, & pro ſolutione notandum eſt, ſententiam poſſe eſſe iniuſtam tripliciter.

Primo, quia ex iniuſto Iudicis animo, ideſt, odio, vel fauore procedit, licet enim ſecundum ſuper ius allegata, & proba-

ta,& iuris ordine ſeruato,proferatur.

Secundo,quia iuris ordinem non obſeruat.

Tertio, quia contra voluntatem pronuntiat, quamuis ſententia ſecundum allegata,& probata ,& ſeruato iuris ordine proferatur,quæſtio eſt de ſecundo,& tertio modo.

a S.Th.2.2 q.60. ar. 5. ad 1,& alij nu. 8. §. cõmunis.

a Communis opinio eſt; ſententiam iniuſtam contra veritatem facti, aut contra iuris ordinem neceſſariò eſſe nullam, nec obligare aut totum reddere in conſcientia. — Sententia cõtra veritatem facti aut neceſſariũ iuris ordinem non obligat, aut ſuum reddit in conſcientia.

Ratio,quia ſententia eatenus obligat,quatenus eſt declinatiua iuris,in quo ratio iuris conſiſtit,,ergo quando eſt iniuſta, & contra leges nullam vim habet in conſcientia, præterea ſententia Iudicis vim habet ex lege,ergo ſicut leges eatenus vim habent,quatenus tuentur ius naturale, ita & ſententia Iudicis.

Dixi in foro cõſcientiæ, nam ſecus eſt in foro exteriori, in quo conſideratur non tam veritas facti, quam probatio iuridica, & ordo iuris ſimpliciter neceſſarius. — Secus in foro exteriori. In dub. præſumendũ pro Iudice.

In dubijs autem præſumẽdum eſt Iudicem iuſtè iudicaſſe. Cęterùm cum verè Iudex contra iuris ordinem neceſſarium ſententiam proferat, peccat, & ad reſtitutionem obligatur, & ille in cuius fauorem,& vtilitatem eſt iudicatum,ſi mala fide litigauit non præſcribit.

Secus eſt quando adfuit bona fides, & Iudex ſecundum allegata, & probata iudicauit, tunc etiam ſi res ſibi ipſi adiudicata ſit aliena, & ipſe ſuam putat, tuta conſcientia poſſidet, & præſcribit.

Item ſi Iudex iuris ordine prætermiſſo priuet aliquem re,quæ ſua non erat, & eam tribuat vero domino, licet peccauerit ex iuridici ordinis trangreſſione,ad reſtitutionem tamen non tenetur, & dominus rem ſibi ipſi adiudicatam,bona conſcientia poſſidebit.

Tertium dubium. An quando quis per iniuſtam Iudicis ſententiam priuatur re ſua,& nõ appellatis,cui res eſt adiudicata, illam tuta conſcientia poſſideat.

Reſpondeo affirmatiuè. Si bona fide litigauit,& tuta conſcientia poſſidebit,donec cognouerit rem eſſe alienam,tunc autem deſinit eſſe bonæ fidei poſſeſsor, non obſtante ſententia in contrarium. — Appellatio non præmiſſa quid operetur.

b l. Iulian. ff. de cond. iudi. & l. ab eo C. qũo,& qñ iud. & doctor. cit. a. Say. n. 12. §. ſecundo.

b Neque obſtat,quod pars læſa prætermittat appellare tempore à lege definito, ne lites perpetuò durent, hoc enim tantum in foro exteriori ſuffragatur.

Quartum Dubium. An cui adiudicatum fuit beneficium, quò alter priuatus eſt per ſententiam iniuſtam illud verè poſſideat, & ſit tutus in conſcientia. Pro ſolutione.

Notandum, quod ſententia circa beneficium poteſt eſse duplex,alia declaratiua,cum Iudex duobus de beneficio litigantibus declarat per ſententiam,illud ad vnum,& non ad aliud pertinere. alia eſt priuatiua,qua quis ob crimen beneficio priuatur, & alteri confertur,hoc præmiſso. — Sent. Iudicis vel declaratiua vel priuatiua.

Sententia iniuſta formaliter eſt nulla.

a Dicendum primo. Sententia iniuſta formaliter, ideſt ex Iudicis iniquitate, malitia partis, & falſitate teſtium nulla eſt, & inualida.

a S.Th.2.2 q.76.a.4. ad 2.

Ratio, quia cum iudicium non ſit validum, nec ſententia poteſt eſſe valida, atque ideo per ipſum ius ad beneficium nulli confertur.

Sent. declaratiua ſolum materialiter iniuſta valida eſt.

b Dicendum ſecundo. Sententia declaratiua ſolum materialiter iniuſta eſt valida & confert ius, ac titulum beneficij, ita vt cognita poſtea ſententię iniuſtitia ob falſas teſtium probationes, nemo teneatur renuntiare.

b Nau. Salon. Ara. 2.2. q. 60. ar. 5.

Ratio, quia maximè expedit animarum ſaluti, & bono Eccleſiarum regimen, vt iura beneficiorum ſint certa quod fit per ſententiam eius, qui authoritatem habet lites terminandi.

Sent. priuatiua ſolum materialiter iniuſta valida eſt.

Dicendum tertio. Sententia priuatiua ſolum materiliter iniuſta. ideſt bona fide lata ſecundum allegata, & probata, & partibus bona ſide litigantibus, valida eſt, & verè expoliat alterum iure, quod habebat.

Ratio eſt, quia ſi hoc expedit in foro ſęculari, multò magis in Eccleſiaſtico.

Et confirmatur, quia aliàs nihil firmum, aut ſecurum eſſet in Eccleſia circa beneficia, & maxima perturbatio ſequeretur circa Sacramentorum adminiſtrationem, & demum cum ſufficiat ad iuriſdictionem ſola voluntas, & collatio Epiſcopi, modo abſit ſimonia, dolus vel iniuria hęc in hoc ipſo caſu non inueniuntur, cum tàm ipſe Epiſcopus, quàm recipiens beneficium bona ſide vbi ſint.

De Variis modis procedendo in iudicio, & qualis in ſingulis Iudex procedere debeat. Cap. X.

a in c. qualiter & q̃ñ 2. de acc. & in c. licet Noli de Simo.

MOdus procedendi ad iudicandum requiſitus eſt triplex, Primus per denunciationem, & eſt quando officialis aliquid denunciat Iudici.

Secundus per *a* inquiſitionem.

Tertius per accuſationem

Denunciatio numquatuor genera Euangelicum Iudiciale. Canonicum. Regulare.

b Doctores in ca. Nouit. de Iud. & in c. ſi peccauerit 2. q. 5. Summiſtæ V. denũciatio.

Quoad primum modum not. *b* quatuor eſſe genera denunciationum, primum eſt Euangelicum quod fit ſecundum ordinem fraternæ correctionis, ita vt primo frater ſecretò admoneatur, tum adhibeantur teſtes, demum Eccleſiæ denuncietur.

Secundum eſt iudiciale, & hoc eſt duplex. priuatum, quo quis prætendit reſarciri ſibi damnum receptum, & publicum quo Iudex per horum officialium denunciationem procedit vel ad mulctandum reum pœna fiſcali, vel alia arbitraria.

Tertium eſt canonicum quod eſt manifeſtatio criminis non ad puniendum, ſed ad vitandum delictum, aut reſidium.

c legendus Pan. in d. c. Nouit.

Quartum eſt regulare, *c* quod in diuerſis religionibus iuxtà earum ſtatuta ſeruatur, in quo non eſt neceſſe ſeruare iuris ordinem, ſed ſatis eſt procedere ſimpliciter, & de plano ob bonum publicum ne religio contaminetur.

In quibus differat Euãgelica denunciatio a Iudiciali.

d S. Tho. 2. 2. q. 33. & q. 68. & ſeq.

Denunciatio Euangelica *d* differt à Iudiciali ratione finis, illa enim reſpicit emendationem, iſta vindictam.

Secundo Euangelica eſt actus charitatis Iudicialis uerè iuſtitiæ

Tertio Euangelicam debet præcedere ſecreta monitio, & fit ſine ſtrepitu iudicij, ſecus Iudicialis, & in iſta tenetur denuncians probare crimen.

Quarto ad Euangelicam tenentur omnes etiam infames, & excommunicati, ad Iudicialem vero non.

e Doct. in c. Nouit. de Iud.

Quinto ex parte termini, nam Euangelica ceſſat vbi fratris ſecuta fuerit emendatio.

Conuenit autem *e* denunciatio Euangelica cum canonica, quia vtraque requirit præuiam monitionem, differunt autem quia Euãgelica ſolum reſpicit fratris bonum, canonica vero damnum publicum, aut priuatum intendit euitare.

Denunciatio Euangelica, & Canonica quo modo conueniant, & differant.

Rurſus denunciatio Iudicialis ab accuſatione differt primo quia accuſator petit vindictam publicam, denunciator vero proprium intereſse.

Secundo ille tenetur probare, hic autem non.

Tertio Denunciato *a* non eſt infligenda tota pœna, ſed accuſa to.

Quarto Denunciatio eſt mera criminis manifeſtatio, accuſatio vero annexam habet actionem qua Iudex compellitur punire reum.

Hinc *b* colligitur quod denunciatio tripliciter locum habet vbi actio eſſe nequit primo ratione perſonę, vt *c* ſeruus quia agere non poteſt contra dominum poteſt denunciate, *d* ſic & religioſi, quibus non datur actio contra prelatum, poſſunt denunciare.

1 *Ratione perſonæ.*

2 *Ratione iudicis qui non eſt directus.*

Secundo *e* ratione Iudicis qui non eſt directus, ſic cum Iudex ſęcularis non ſeruat iuſtitiam, poteſt quiſque illum Papę denunciare, ad quem ſpectat de quocunque peccato mortali Chriſtianum corripere.

3 *Ratione criminis quod lege permittitur.*

Tertio ratione criminis, quod lege permittitur, ſic quia vſura per leges permitti uidetur accuſari non poteſt vſurarius, ſed denunciari, ut admonitus reſipiſcat.

Accuſatio vero non poteſt fieri niſi ab eo qui poteſt directè agere, quamuis qui agere poteſt poſtpoſita accuſatione poſſit ſi libeat denunciare, His pręmiſsis.

Denunciationem Euangelicam debet precedere ſecreta monitio, non iudicialem.

Dubitatur primo. An denunciationem pręcedere debeat admonitio delinquentis.

Reſpondeo negatiuè *f* ſi ſit iudicialis, ſiuè publica ſiuè priuata ſecus ſi ſit euangelica.

Dubitatur ſecundo. An & quibus in caſibus fieri poſſit tranſitus à denunciatione euangelica ad iudicialem. Et quidem ſuppoſito quod aut nunquam, aut rariſſimè hic tranſitus poſſit contingere coram Iudice ſęculari, continget apud eccleſiaſticum dupliciter.

In quiſitionis deſinitio.

Primo ſi poſtquam eſt apud ipſum tanquam apud patrem aliquis denunciatus, & reſipiſcere noluerit. Idem Iudex Eccleſiaſticus generaliter ferat excommunicationem contra quemcunque qui v.g. non reſtituit. aut concubinam non relinquit.

Secundo ſi ſpecialiter contra eum, qui euangelicè denunciatus fuerat ſi nolit emendari feratur excommunicatio, *g* & tunc oportet pręcedere trinam monitionem, uel unicam trinę æquiualentem, & ut excommunicatio in ſcriptis contineat cauſas propter quas lata eſt, vt etiam tranſitus iſte legitimè fiat, debet primo finiri euangelica denunciatio, & rurſus crimen delatum debet eſſe probabile in iudicio.

Quoad ſecundum modum ſcilicet inquiſitionem ſciendũ hanc definiri, quod ſit inueſtigatio criminis, vel occulti peccatoris facta à Iudice, uel prælato.

Species inquiſitionum tres.

Differt inquiſitio à denunciatione, & accuſatione quod illa ad ſolos Iudices, & prælatos ſpectat, accuſatio ad ſolos ſubditos, denunciatio autem euangelica omnibus conueniat.

Modi, ſeu ſpecies inquiſitionum ſunt tres.

a Sot. in relect. de tegen. m. 2. q. 5. & 5. Iuſt. q 6. a. 2.

b Inſt. de his qui ſũt ſui vel alieni iuris.

c ca. niſi. nuã te qui clerici vel monachi.

d Panor. in c. nouit de Iud.

e Sylu. V. Denunciatio q. 4. Nau. cap. eius n. 30. 31.

f ca. cum medicina lis de sẽt. excomm. in 6.

g Doctores in ca. Qualiter & quando. 2. de accu.

Prima

Prima dicitur generalis.

Secunda ſpecialis. *Generali. Specialis. Mixta.*

Tertia mixta generali inquiſitione utuntur Prælati in uiſitatio nibus, in quibus nec perſona nec crimen nominatur, aut ſi crimē non perſona, aut e contra, vnde quatuor emergunt modi &c.

Specialis inquiſitio eſſet, in qua ſpecificatur & perſona, & crimen Mixta autem coincidit cum aliquo ex modis generalis inquiſitionis.

Inquiſitio vel ad pœnā infligendam. vel ad dānū ſeu errorem uitandum. Rurſus inquiſitio uel fit ad inferendam pœnam ſiue poſitiuam eiuſmodi incarceratio, mutilatio &c. ſiuè priuatiuam, iuiuſmodi ſunt degradatio, priuatio beneficij, vel fit ad damnum, ſeu errorē vitandum, vt ne inter eos qui debent conthrahere matrimonium ſit affinitas, ne ve indignus ad officium aſſumatur &c.

a Salon. 2. 2. q 68. ar. 1. controuerſ. 4. a Circa inquiſitionem faciēdam pro dignoſcendis meritis (eſt communis opinio) quod licet nulla præcedat infamia, tamen tam teſtes a iudice competente requiſiti quā ſubditi in cauſa propria interrogati tenentur manifeſtare ſectetò, vel iuridicè ſi oportuerit defectus, & impedimenta quæ verè, & certò nouerint.

Ratio quia cum iudex vel prælatus teneatur ex iuſtitia officiū illud non conferre indigno, conſequenter cum poſſit legitimè ſuper hoc interrogare tenetur vnuſquiſque ad interrogationem reſpondere etiam is qui petit tale officium, eo enim ipſo quod petit offert ſe voluntariè huic in commodo.

In caſu verò quo quis ad officium ab alio præſentatur, debent ei explicari requiſita neceſſaria ad illud officium obtinēdum, quibus auditis ſi præſentationi conſentiat, videtur etiam conſequenter inquiſitioni circa illa de ſe faciendæ conſentire ac proindè tenetur etiam ueritatem fateri, dum eſt interrogatus a ſuperiore, De his autem quæ ad tale officium non ſpectant vt non debet interrogari, ſic neque ipſe tenetur reſpondere.

Circa inquiſitionem ad pœnam infligendam ut quæ dicenda ſunt facilius præcipantur, explicandum eſt.

Quid ſit infamia. Primo quid ſit infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio Quæ definiri poteſt b frequens opinio bonorum quæ hominem de tali crimine rationabiliter reddit ſuſpectu, quare malorum opinio infamiam non inurit, qui autem numerus hominum requiratur relinquitur iudicio viri prudentis iuxtà varias circunſtantias.

b So. 5. iu. q. 6. ar. 2. conclu. 5. Caie. 2. 2. q. 69. ar. 1.

Quid ſint indicia. Secundo explicari debet quid ſint indicia & definiuntur eſſe ſigna, quibus rationabiliter, de aliorum operibus ſolemus iudicare.

Indicia qualia eſſe debeant. Indicia vero debent eſſe non qualiacunque ſed quæ vehementem afferant ſuſpicionem, & ex quibus certitudine quadam morali factum conijci poſſit aut quæ duorum vel plurium teſtimonio præſtent.

Itemq; plura eſſe debent vt loci, temporis, perſonæ &c. & manifeſta ne dum reſpectu facti, ſed etiam preſonæ, in quibus omnibus iudicis prudentia ſatis ualebit.

Tertio videndum eſt quid ſi ſemiplena probatio, & definitur

 eſſe

Quid ſit ſemiplena probatio.

eſſe dictum vnius teſtis occulati,& iurati,ſeu quod idem eſt dictũ vnius teſtis omni exceptione maioris erit autem eiuſmodi ſi deponat cum iuramento ſe vidiſſe. Dixi teſtis,non autem accuſatoris *a* quia accuſator non poteſt eſſe teſtis. His præiactis circa inquiſitionem.

b Dicendum primo. Inquiſitio omnino genereralis legitimè fieri poteſt à iudice aqſq; præuia infamia,aut actore aliquo, vel denunciatore.

Probatur ex *c* ſacris Canonibus quæ id ſtatutis temporibus prælatis Eccleſiaſticis in ſuis Diœceſibus tempore viſitationis faciendum præcipiunt necnon ex *d* legibus ciuilibus, quæ idem iniungunt ſæcularibus magiſtratibus, & ratione probatur nam eo ipſo que quis publicam perſonã gerit,debet ſufficiẽtem ſcientiam ſubditorum habere.

Ad quæ crimina reuelanda poſſint paſtores etiã per cenſuras populos conſtringere.

Cæterum in generali viſitatione Prælatus ſolum poteſt compellere ſubditos ut denuntient eius crimina,quæ etiã extra viſitationem denuntiare tenerentur,atque adeò etiam ſi cenſuræ imponãtur,non debent manifeſtare niſi ea delicta, quorum authores laborant infamia de ijs delictis tacendo occulta, quia horum non eſt legitimus iudex niſi Deus,niſi eum in damnum publicum ſuè ſpirituale vt in crimine hæreſis aut temporale ut rebellionis vergerent,in eiuſmodi enim criminibus tenetur vnuſquiſque aut ea impedire,aut canonicè denuntiare.

Soluitur Obiectio Alciati.

Contra concluſionem docuit, *e* Alciat. volens huiuſmodi inquiſitiones generales eſſe inutiles cum & interrogationes, & reſponſiones ſint generales,nam in caſibus ſupradictis cum ſcilicet aliquis laborat infamia de aliquo crimne, vel crimen vergit in publicum detrimentum tenetur vnuſquiſq; ſpecialiter reſpondere.

Cautio.

Ad ſcrupulos autem, & inconuenientia euitanda debent Prælati in ſuis edictis explicare ſe tantum intendere vt reuelentur crimina ſupradicta nempe aut notoria,aut in publicum damnũ vergentia,maximè ſi viſitationes fierent in locis in quibus homines rudes ſunt,& non habent à quibus in eiuſmodi rebus conſilium caperent,& ſic conciliari poſſunt *f* Doctores.

Inquiſitionẽ ſpecialem ad pœnam debet præcedere infamia.

g Dicendum ſecundo inquiſitione ſpecialem qua intenditur pœna delinquentis pręcedere debet infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio,ſicut admonitio fraterna precedere debet denunciationem euangelicam, ratio eſt quia iudex non poteſt procedere ad condemnationem, *h* niſi adſit accuſator, ergo vbi deeſt actualis accuſator, ſaltem uirtualis adeſſe debet,qui eſt infamia.

Accuſator, vel infamia iure humano merito requiritur ad iudicem.

Hæc autem accuſatoris neceſſitas eſt de iure poſitiuo, ſecus ſi ſpectetur ius naturale, & diuinum,eſt autem hoc opptima ratione ſancitum per ius humanum tum ad famę conſeruationem, tum vt ſcientia & ſententia publica clarior hoc modo redderetur,fidem etiam faciente ſuo modo acuſatore, vel infamia præter teſtes,vbi uerò aut accuſatiò aut infamia pręceſserit, peccat iudex non inquirendo.

a l. nullus, ff. de teſtibus.
b Ang. V. inquiſitio §. 1. Silu. C. q. 4. & alij n. 16. §. Hanc tamen.
c c. cũ olim de accuſa. cap. Romana de cenſib. in 6.
d c. qualiter & quãdo. i. de accuſat.
e in c. 1. de offi. ordi. n 5.
f Caie. to 1. tra. 31. reſp. 5. ad 1. negat. Naua. & Sot. apud Sayrum r. 18 §. Sot. affirmât.
g c. qualiter & quãdo 2. c. cũ oporteat, c. inquiſi. de accuſ. & alijs. Cano. & Docto. apud. Say. n 19.
h c Siquis poteſtatẽ 23. q. 4. & c. 1.

Di-

In inquiſit. mixta, neceſſariò præcedit infamia, vt cõtra particularē procedatur.

Probatur ea ſacra Scrip.

a Caiet. 2. 2. q. 69. ar. 1. & 2.

a Dicendum tertio. Quando inquiſitio eſt ità mixtà vt exprimatur quidem perſona, non autem crimen, non poteſt inquiri niſi præcedat infamia, & hoc etiam ſi crimen ſit notorium, modò perſona non laboret de eius infamia, verbigratia, inuentum eſt cadauer occidi, non licet inquirere de Petro, an fuerit ipſe interfector, niſi præcedat infamia, ſic Deus non procedit contra Cain, niſi præcedente infamia, vnde dicit *b* vox ſanguinis fratris tui clamat, nec contra Sodomam, niſi eadem infamia præcedente, iuxta illa *c* Clamor Sodomorum aſcendit de me, & de villico Euangelico dicitur, *d* Quid eſt hoc, quod audio de te.

b Gen. 4.
c Gen. 18.
d Luc. 16.

Ex ſacr. Canon. & ratione.

Hoc idem nedum Sacris *e* Canonibus cautum eſt, ſed etiam ratione probatur.

e c. inquiſitiones, c. cũ oporteat. cap. qualiter, & qñ 2. de accuſ.

Ratio enim naturalis dictat, vt quæ ſecreta ſunt publico iudicio non ſubſint.

Vbi autem crimen eſt notorium, perſona vero deliteſcit, poteſt Iudex ex generalibus indicijs *f* procedere quouſque habita infamia alicuius particularis contra illum intentet iudicium, verbigratia, inuento cadauere inquirere de inimicis, de ijs, qui per viam illam tranſierunt, non enim debet Iudex talia delicta relinquere impunita.

f Inno. in c. bo. me. de elect.
g c. cum ſit §. fi. de appellat.

Quod ſi obijcias non procedente infamia, vel accuſatore non debet inquiri.

Soluitur prima ratio in contrarium.

Reſpondeo, eiuſmodi ius poſitiuum ob commune bonum contraria conſuetudine iam abrogatum, & præterea non inquiritur niſi generaliter, vndè habita infamia per ſufficientia indicia proceditur dicendo contra particularem.

h vbi ſup.

Soluitur 2. ex Soto.

Quod ſi dicas cum *h* Soto poſſe accidere, vt reus interrogatus generaliter teneatur ſe prodere.

Reſpondeo negando hoc, nam Iudex non habet niſi ius interrogandi, an teſtis ſciat alium feciſſe, non autem, an ipſemet fecerit, ac proinde reus non tenetur reſpondere.

Si vnus tantum ſciat delicti authorē non tenetur eum prodere, cum via inquiſition. proceditur.

An verò ſi vnus tantum ſciat authorem criminis, hic teneatur Iudice interroganti reum manifeſtare, probabilius videtur quod non, quia ex dicto eius graue damnum inferetur reo, nempè tortura, ideoque non niſi cum à pluribus ſcitur prodendus eſt.

Quoad autem tertium modum procedendi per accuſationem ſciendum, quod cum delictum vergit contra bonum publicum, ideſt denuntiare, ac accuſare, quia quilibet in eo eſt pars læſa, ſecus in delictis, quæ priuatum damnum concernunt.

Quid requiratur, vt Iudex via accuſat. procedens legitime reum interroget.

Vt autem Iudex via accuſationis iuridicè procedat, ac interroget reum, debet præcedere ſemiplena probatio, nempè depoſitio teſtis, quod ſit omni acceptione maior, qualis eſt oculatus, aut alius fide dignus, modo non ſit particeps criminis, aut debent adeſſe indicia manifeſta, & expreſſa.

Ratio eſt, quia plura requiruntur ad reum condemnandum; quam ad interrogandum, ſed ad condemnandum ſufficit plena probatio ex duobus, vel tribus, iuxta illud; In ore duorum, &c.

Ergo

Ergo, interrogandum ſufficiet vnus teſtis omni acceptione maior aut indicia manifeſta vt gladius euaginatus & ſanguis reſperſus ab homicidium & alia plura, vel minora iudicis prudẽtis arbitrio.

Afferuntur & Soluuntur Dubia quædam circa modos pocedendi in iudicio. *Cap. XI.*

DVbitatur primo. An aliquando liceat ſine præcedente infamia inquiſitionem contra particularem perſonam inſtituere.

Soluitur prima ratio in contrarium.

Reſpondeo negatiuè. Neque obſtat primo, quod Deus aliquando crimina occulta puniat vt apparret ex *a* lib. iudic. in quo Acham ſorte miſſa per tribus inquiritur, & condemnatur de furto ſecreto, diſpar enim eſt ratio inter hominem, & Deum, *b* cui etiam occultiſſima ſunt notoria, & conſequenter *c* ea illi licent, quæ non licent homini.

a c.7. *b* Rom. 2. *c* S. Tho. 2. 2. q. 67. ar. 2. ad 3.

Potuit etiam ut Princeps abſolutiſſimus diſpenſare vt occultũ crimen Acham ſortius inquireretur, id etiam exigente illius populi nequitia ad furti execrationem.

Soluitur ſecunda.

Non obſtat ſecundo permiſſum in lege ueteri, vt ex ſuſpitione poſſet uir vxorem Sacerdoti offerre, nam ſem.per aliqua præcedebat infamia.

Dubitatur ſecundo. An quis debeat ſe prodere cum crimen occultum eſt.

Crimine exiſtente occulto nemo tenetur ſe prodere.

Reſpondeo negatiuè, ex ſuperioribus, difficultas eſt ex authoritate *d* Gregor. Magni qui excomunicauit occultum libeli famoſi factorem niſi ſe manifeſtaret.

Dimiſſis quę à *e* Caie. dicuntur.

f Reſpondeo Papam tantum tria ibi pręcepiſse ſcilicet, ut uel delicta in libello expoſita probaret, vel famam diffamato reſtitueret, vel abſtineret ab Euchariſtia, & quidem quoad ſecundo priora certum eſt unumquemq; poſt infamiam alteri irrogatam teneri aut ad probationem, aut ad retractationem, ad quam ſi propria infamia, & occulti criminis manifeſtatio ſequitur eſt per accidens, & quamuis fama non ſit reſtituenda cum propriæ vitæ iactura, cum iactura tamen proprię famæ reſtituenda eſt vt diximus

d habetur in ca. quidam maligni 5. q. 1. *e* 2. 2. q. 69. ar. 2. ad 2. *f* Pe. Nau. 2. de reſti. c. 4. n. 16 Salon. & alij n. 4. §. Quam ſolutionem.

a in relic. de regen. m 2.q. 6. *b Naua.in cap. inter verba 11. q 3. conc. 6 corrol. 48. num. 580. Cordub in sũ. q.64. puncto.1* *c c.inquiſitionibus §.3.dubitationis de accuſ.* *d in ca. 1. de offi.ord.n.& alii apud Say. nu.5* *e in c.cum oporteat de accuſ.* *f 2.2.q 69 art. 2. in corp.* *g Naua.in cap. inter uerba 11 q 3. conc. 6.core. 50 nu. 587. Sot.Valẽ. Salon.nu. 8*

mus ſupra Deniq; vt interim ille ab euchariſtia abſtineret etiam iure diuino tenebatur.

Neque proindè vt notat *a* Sot.ſiquis libellum illum fecerat, per Tertiam perſonam potuiſſet famam reſtituere,fuiſſet ex vi latæ excommunicationis obligatus ſeipſum prodere.

Dubitatur tertio. An ad ſpecialem inquiſitionem ſufficiant indicia.

b Reſpondeo negatiuè probatur authoritate. *c* Innocentii Tertij qui expreſsè ſtatuit non poſſe iudicem inquirere contra aliquẽ etiam ſi duo vel tres teſtes iurati omni acceptione maiores aſſerant ſe vidiſſe illum patrantem delictum,ſi ergo teſtes ad inſtituendam ſpecialem inquiſitionem non ſufficiunt; ergo nec indicia quę minus valent quàm teſtis.

Contrarium docuit *d* Alcia. Probat authoritate *e* Innocentij Quarti qui vult indicia propter quæ populus vehementer ſuſpicatur aliquem deliquiſſe, ſufficere ad ſpecialiter inquirendum contra ipſum. *Ad ſpecialem inquiſitionem non ſufficiunt indicia.*

Reſpondeo tunc procedere iudicem ad inquirendum propter vehementem ſuſpicionem ex indicijs ortam,quæ eſt loco clamoroſæ inſinuationis & infamiæ in quo. *Soluitur prima ratio Alciati.*

Probari etiam ſolet hæc ſententia Alciati ex *f* D. Thoma qui vult ad hoc vt iudex iuſtè poſſit reum interrogare ſufficere vnum ex tribus vel infamiam,vel indicia,uel ſemiplenam probationem.

Reſpondeo non dixiſſe D. Tho.ad inquiſitionem ſpecialem ſufficere indicia,ſed ad interrogationem,at verò non omnis legitima interrogatio eſt ratione inquiſitionis,ſed etiam accuſationis, ad quam ſufficiunt indicia vel ſemiplena probatio. *Soluitur ratio ab authoritate D. Tho.*

Dubitatur quarto. An poſſit aliquando iudex procedere ſine præcedente infamia,vel accuſatione.

g Suppono autem primo non eſſe de iure diuino,aut naturali, vt inquiſitionem ſpecialem præcedere debeat infamia,ſed de iure humano,quod tamen eſt conforme naturali dictamini,ac proindè Pontifex qui tale ius inſtituit, potuit etiam rationabiliter aliquos caſus excipere.

Supponitur ſecundo quod in delictis quæ ſunt in damnum publicum inquirere debet iudex etiam ſi author ſit occultus, & etiã ſi delictum ſit in fieri,& interrogatus tenetur reſpondere, quia in ijs ipſa Reſpublica eſt accuſator,& tacens clamare cenſetur.

h Inno. 4. in c. 1. de poſt. præbend. *i Nau. de iud.n. 17.*

Supponitur tertio cum delicta ſunt in damnum particulare, & ſunt adhuc in fieri debet iudex inquirere,& qui nouit debet interrogatus reſpondere,cum potior ſit ratio patientis iniuriam, quam inferentis, & confirmatur quia iudex ex iuſtitia tenetur impedire mala ne ſequantur & quiuis etiam ex charitate ad eadem impediẽda, *h* & etiam ſi nulla fieret inquiſitio, deberet ea denuntiare, quando illa aliter prohibere nõ poſſet Supponitur quarto quod cum iudicium ſit duplex, nempè ordinarium in quo eſt verus, & formalis accuſator, & extraordinarium *i* in quo eſt tantum fictus, ideò ut iudex via accuſationis procedat, requiritur accuſa- *In delictis publicũ damnum continentibus requiritur præcedens infamia ad inquiſitionem de eis faciendam*

tor formalis,ut autem inquiſitionem inſtituat ſufficit virtualis ſiue fictus.

Quinque funguntur vicemueri ac cuſatoris in iudiciis extraordinariis.

Sunt autem quinque quæ in iudicijs extraordinariis uice ueri accuſatoris funguntur, peccatum, infamia publica, ſeu clamoroſa inſinuatio, ſecundo notoreitas, ſeu facti euidentia, tertia præſentia Iudicis, & aliorum ſimul, tunc enim iudex vicem habet accuſatoris, maxime ſi tunc ſedet pro tribunali. quarto rebellio manifeſta contra prælatum & eccleſiam poſt denunciatum crimen, ſi enim quis obedire recuſet admonitioni, & precepto eccleſiæ; poteſt contra eum prælatus procedere via iuridica, rebellione illa vim accuſatoris habente, tamen intelligendum eſt cum delictum teſtibus probari poteſt, quinto Denunciatio iuridica ob bonum commune.

Infamia delinquentis. Notoreitas facti. Præſentia iud. & aliorum. Rebellio in ſuperiorem Denunciatio iuridica

Caſus in quibus procedi poteſt ſine præuia infamia, aut accuſatore.

His præmiſſis caſus, in quibus procedi poteſt ſine preuia infamia, & accuſatione ſunt hi.

Primus eſt in crimine hæreſis modo precedat aliqua ſuſpitio.

a Secundus eſt in crimine læſæ Maieſtatis, & ſufficit iudicium quod ſit factionis, vel proſapiæ ſuſpectæ.

b Tertius pro impediendis malis futuris preſertim animarum, & pro tollenda illorum occaſione, ratio eſt quia cum concurrant ſimul in hoc caſu, ſecundo leges naturales, vna de non infamando, altera de ſaluanda anima fratris, cum hæc ſit fortior ipſa obſeruari debet.

Quartus caſus cum inquiſitio eſt ad meritum dignoſcendum non ad infligendam pænam vt ſupra.

c Quintus cum quis publicè confeſſus eſt crimen ſuum.

d Sextus cùm iudex procedit ex officio aut ad denunciationem publici officialis exiſtente tamen crimine notorio, aut ſaltem ſit contra bonum publicum.

e Septimus Quando iudex inquirens vnum crimen, incidenter inuenit aliud, & hoc ſiuè ſit circunſtantia prioris criminis, ſiue omnino diſparatum contra *f* Sotum, neceſſe tamen erit nouam iudicis telam inchoare.

g Octauus cum iudex, aut prælatus in generali inquiſitione comperit aliquem deliquiſſe, tunc poteſt ſpecialiter contra denuntiatos inquirere.

h Nonus. Quando crimen comprehenditur in decurſu proceſſus, ut eſt falſa, & calumnioſa accuſatio.

In cauſis grauiorib. ordo iuris etiam inter Religioſos ſeruari debet.

Dubitatur quinto. An quę hactenus dicta ſunt procedant etiam inter perſonas religioſas

Reſpondeo affirmatiuè modo delicta non ſint leuia circa quæ ſeruari debet conſuetudo uniuſcuiuſq; approbatæ Religionis.

a in extrauag. Federici Imp. Ad reprimendā hæret.
b panor. in c. At ſi clerici de iudi. & in c. ſit famæ de ſen. ex commun.
c argu. c. ſi. de tempor. ordi. ca. veſtra & c. ſi. de cohabit. cleric. ac mulier.
d Bar. in l. 2. §. ſi publico ff. de adult.
e Leuirandi C. de condi. ob turpē cauſam.
f in relect. de regen. m. 2. q. 6. conclu. 3.
g Bart. di ual. 2. §. ſi publico. ff de adul.
h S. Anto. p 3. tit. q. c. 7. & alii nu. 19.
i S. Tho. 2. 2 q. 33. ar. 7

De tela iudicii, & aliis quibuſdam ad formam Iudicii neceßariis.

Cap. XII.

Tela iudicii.

Tortura dari nõ debet niſi ubi legitime reus poteſt interrogari.

Neque iuramentum

a c. forum de verb. ſignif.
b Na. i rubri. de iu. not. 13. n. 53
c Gloſſ. & Bart. in l. Marius, ff. de quæſtion.
d Deu. 25.

TErtium, quod dicebamus neceſſario ad iudicandum requiri *a* eſt ordo, ſeu tela iudicii, præſertim autem cauere debet Iudex a torquendis reis ſine ſufficientibus indiciis, alioquin *b* grauiter peccat, & quidem ſicut tortura dari nõ poteſt, niſi ubi reus reſpondere tenetur ità Iudex interrogare non poteſt reum niſi præuia probatione ad id ſufficiente in acta publica ritè deducta, ac proinde non niſi præcedente notorietate, vel ſaltem infamia legitima & indiciis ei æquippollentibus, *c* cumque iuramentum ſit quædam tortura, ideo neque iuramentum dari debet, niſi ei, qui veritatem dicere obligatur.

In grauioribus delictis nihil de pœna remittendum.

e arg. l. reſpiciendũ ff. de poen.

f Vt habetur in l. quod ergo, &c. de his qui notantur infamia. § pœna.

Quartum quod requiritur, eſt quantitas, & qualitas pœnæ, debet enim Iudex obſeruare, vt *d* pro menſura delicti ſit, & plagarum modus, & quidem in grauioribus delicti debet infligere pœnas a legibus conſtitutas, ne veniæ facilitas incentiuum ſit ad delinquendum, *e* in leuioribus autem potius manſuetudinem, quam rigorem oſtendat, præſertim autem inſpici debet, an pænæ relaxatio bono publico expediat.

Cautio.

Licite condonat princeps pœnã ex clementia aut alia iuſta cauſa parte læſa non reclamante.

Item parte læſa vrgente, ne Princeps quidem niſi id publica exigat vtilitas, debet ex integro pænam relaxare. Demum Iudex etiam inferior in pœnis *f* ex arbitrio ſuo taxandis tuta conſcientia mitiorem ſe reddet, vt in leui furto, caſuali homicidio, &c. ſecus in grauioribus criminibus, etiam ſi nulla ſit pars læſa, undè cauendum eſt, ne apud Iudices in iis criminibus quis velit intercedere eſſet enim eos inducere ad agendum contra bonum commune, obtenta verò partis læſæ remiſſione, & in eis quæ non ſunt contra commune bonum, non erit ita periculoſum id attentare.

An autem reus, cui Iudex etiam ſupremus pœnam temporalem, & pecuniariam ſoluendam remiſit, maneat tutus in conſcientia.

Dicendum primo, ſi id faciat Princeps ex clementia, vel ex iuſta cauſa, & conſenſerit accuſator, aut ſaltem ab accuſatione ceſſauerit reus in vtroque foro eſt tutus.

Ratio, quia & pars læſa liberè iniuriam remittit, & Princeps eorum, quæ fiſco applicantur liberè ut de proprio patrimonio

poteſt

Cautio. poteſt diſponere, dixi ex iuſta cauſa, nam ſecus ſi quid falſum pro iuſta cauſa Principi fuiſſet expoſitum.

Corrol. Dicendum ſecundo. Parte læſa reclamante, poteſt Princeps reo tantùm condonare pœnam fiſco applicandam, cum ſatisfactio parti læſæ ex iure naturę debeatur.

a Caueant autem Iudices, ne ex facilitate commutandi pœnas corporales in pecuniarias detur occaſio delinquendi, creſcit autem multitudo peccantium, cum redimendi peccati ſpes datur, b vnde infertur, quod ſi Princeps eum qui iuſtè ad mortem damnatus eſt, à morte liberat, pœnam illam in aliam pecuniariam etiam parte læſa conſentiente commutando, peccat mortaliter, reuſque eſt omnium malorum, quæ ex eo, quod iniqui manerent impuniti ſecundum leges ſequerentur.

Iudices Eccleſiaſtici non de facili pœnas pecuniarias infligant, aut pro ſoluendis criminibus eas imponant.

Quoad Iudices Eccleſiaſticos monent Doctores. Primo non eſſe æquum, ut indeſcriminatim ab eis pœna pecuniaria inferatur, hoc enim, ut ſupra dictum eſt, maximam præberet peccandi occaſionem, & in Prælatorum infamia redundaret.

c Secundo. Multò minus licitum eſſe eis pœnas pecuniarias iudicare, uel exigere pro ipſis criminibus tolerandis, hoc enim pernicioſiſſimum eſſet. Et licet non ſemper peccet Prælatus in eo, quod Concubinarium, v.g. in crimine permanere ſinat, ſemper d tamen peccat ſi pro lucro, & priuato commodo peccata impunita eſſe permittat.

e Zelo tamen correctionis, & vbi exinde magis præcaueri peccata noſcat, poterit ea ſub mulcta pecuniaria interdicere.

Quintum, quod in forma iudicii diximus, neceſſarium eſt uis executionis, f debet enim Iudex cauſas celeriter expedire, alioquin g reſtituere debet parti læſæ quantum procraſtinando parti læſæ intulit detrimentum.

Vis iudicii in quo conſiſtat. h Tenetur etiam condemnare reum in expenſis, modò ab actore exigantur, quod ſi neglexerit, ipſe erit obnoxius reſtitutioni.

Quæ iudici incumbant i Debet etiam inuiſere carceres, l expenſas alimentorum pauperibus carceratis ſtatuere, eiſdem de Procuratoribus, & Aduocatis prouidere, m & vt condemnati ad mortem prius, quam ſupplicium habeant, confiteantur, & ſacram ſuſcipiant Euchariſtiam.

a ca. pauper 11. q. 3
b Caiet. in ſum. v. iudicis peccata.
c c. licet, de pœnis.
d Io. Driedo de lib. Chriſt. c. 8.
e ca. ſi uos 23. qu. 5. Gl. in ver. pecuniæ.
f l. properandũ, C. de iud.
g Sil. v. Iudex 1. qu. 12
h Doct. in l. qui alterius ff. de reg. iur.
i arg. l. iudicis, C. de Epiſ.
l Nau. ca. 23. nu. 14.
m gl. in cl. de pęnit. & remiſſ.

De Scientia, & vitæ puritate ad iudicandum requiſitis. Cap. XIII.

Iudex ignarus peccat, & nedum reſtituere tenetur ſed etiã officio abdicare.

ET debet iudex congrua pollere ſcientia, alioquin ſicut & alij qui publica munera exercent ſine peritia ad illa requiſita, peccat & ad reſtitutionem tenetur, & non erit abſoluendus, donec temerè aſſumptum officium deponat.

Iudicis puritas exterior qua.

Rurſus quod quinto loco requiri dicebamus ad iudicandum eſt vitæ puritas, quæ eſt duplex interior, & exterior illa conſiſtit in paſſionum carentia, vt ſcilicet Iudex non ex odio, aut amore, ſed ex iuſtitiæ inclinatione ad iudicandum *a* procedat & ſi ſecus peccabit iuxtà praui affectus qualitatem, exterior verò eſt vt habeat manuum puritatem, de qua infrà.

a S. Tho. 2. 2. q. 60. a. 2.

Circa puritatem interiorem quæritur. An Iudex iudicãs in peccato mortali exiſtens peccet mortaliter.

Iudex ex eo quod in peccato mortali exiſtens iudicet non peccat mortaliter.

Dicendum primo. *b* Iudex etiam Eccleſiaſticus in occulto peccato exiſtens, & alios iudicans de eodem, vel diſſimili crimine, modò cætera ad iudicium neceſſaria obſeruet, non peccat ob id mortaliter.

Ratio quia peccatum mortale ex ſe non contrariatur iuriſdictioni, & rectitudini ad iudicium requiſitæ.

Confirmatur quia aliàs gentiles vt potè fide carentes ſemper in iudicando peccaſſent, *c* cùm tamen multoties eorum iudicia, vt laude digna celebrentur, peccat autem veniàliter, eo quod actum iuſtitiæ ex eius affectu, & inclinatione non exercet.

b S. Tho. 2. 2. q. 33. a. 5. Cne. Salon Aragon. Bannes & alij n. 3. §. Contraria. *c* S. Aug. li. de ciu. Dei.

Prima limitatio.

Hæc autem concluſio limitatur primo in forõ conſcientiæ, ſi quis enim in mortali exiſtens alium abſoluit peccat mortaliter.

Secunda limitatio.

Limitatur ſecundo, vt non procedat in Iudice excommunicato ſuſpenſo, vel hæretico, hic enim cum iudicandi authoritate ex Concil. Conſtant. priuatus ſit, peccaret mortaliter ſi ſententiam ferre præſumeret.

Contra hanc concluſionem docuerunt *d* Alen. & alij probant primo, exiſtens in mortali vtitur indignè ſuo officio ergo peccat mortaliter.

d 3. p. q. 40. m. 3. & de Iud. eccleſiaſtico id docet S. Th. 4. diſt. 19. Sylu. Palud. nu. 3.

Reſpondeo, ut indignè priuatiuè, non contrarie.

Pro-

Probant ſecundo ex Apoſt.dicente.In quo alterum iudicas,teipſum comdemnas.

a S. Tho. 2.2.q 60. a.2.ad 3. Reſpondeo *a* ſenſum Apoſtoli eſſe, quod iudicans alium de peccato, in quo ipſe eſt, oſtendit ſeipſum eſſe ſimiliter comdemnabilem. *Soluitur 2.*

Probant tertio ex dicto Saluatoris, *b* qui ſine peccato eſt veſtrum,&c. *Soluitur 3.*

b Ioan.8. Reſpondeo id tantum dixiſſe ad confutandum Iudæos. *Soluitur 4.*

Probant quarto ex c.fin.de temp.ordinat.

Reſpondeo ibi non de actu iudicij, ſed de exercitio ordinis ſacri ſermo eſt.

c S.Thom. vbi ſupra a.2. Dicendum ſecundo. *c* Iudex exiſtens in peccato publico, & ſcandaloſo ferens ſententiam etiam iuſtam peccat mortaliter præſertim ſi de eodem crimine iudicet, peccaret autem venialiter vel ex paruitate materiæ, vel cum crimen eſt maximè ſcandaloſum, & alterius generis ab eo,quo ipſe infectus eſt.

d arg ca ſtatutū §. Inſuper de reſcriptis in 6. Exterior puritas, *d* quam in manuum puritate conſiſtere diximus eſt duplex. *Exterior Iudicis puritas duplex.*

Prima eſt abſtinentia à verbis contumelioſis.

Secunda eſt abſtinentia à muneribus.

Contra primam peccat etiam Iudex ſi aliquem verberet, *e* & tenetur in ſindicatu ad compenſationem iniuriæ,imò & in aliquibus eiuſmodi priuantur officio.

e l.nec magiſtratib. ff. de iniu. Contra ſecundam peccat concuſſione, vt patet toto eodem titulo *Concuſſio quid.*

Eſt autem concuſſio dum quis minatur alicui ſe facturum,vel remiſſurum aliquid niſi ei detur vel fiat tale aliquid, qui igitur extorſione pecuniæ facta ex incuſſione metus aliquid accipit,furtū committit eſt etiam concuſſio cum banna pęnalia facit ita ut ea ciues facile contemnant, & pœnam ſoluant.

Hic autē dubitatur. An liceat Iudici aliquid accipere à litigantibus pro exercendo iuſtitiæ munere.

Pro Solutione.

f Sylu. v. Iudex 148 verſ. Primam &c. Not. primo, hæc quæ Iudex ſolet accipere *f* ad tria reduci poſſe nempè ad ſtipendium pro officio,ad expenſas pro labore,& ad munera quæ aliquando dicuntur ſportulæ conſiſtentes in cibo, vel in pecunia conſuetæ olim dari Iudicibus à litigantibus vltra ſtipendium, aliquando dicuntur xenia conſiſtentia in exculentis, & poculentis, quæ ad ſummum intra tres dies conſumi poſſint. *Sportulæ, & xenia quid ſint.*

Not.ſecundo, Iudicem aut eſſe ſæcularem,aut eccleſiaſticum, & vtrumque aut ordinarium, aut delegatum. *Iudex vendens iuſtitiam, aut aliquid accipiens pro expeditione peccat, & tenetur reſtituere.*

Notatur tertio. Difficultatem non eſſe de eo qui ſententiam iuſtitiæ vendit aut aliquid accipit, vt litem celerius expediat,

g Gab. 4. d.15.q 6. nu 2.concl.4. hi enim peccat, & ad reſtitutionem tenetur, cum donans det inuitus.*g* nec remiſſio reſtitutionis etiam factæ ei prodeſt.

Quoad ſtipendium verò.

Dicen-

Dicendum eſt primo. Iudex etiam eccleſiaſticus legitimè accipit ſtipendium &c.

Iudex poteſt accipere ſtipendium ratione ſuæ obligationis ad munus exercendum.

Nec obſtat quod cum opus exercendæ iuſtitiæ ſit ſpirituale, proindè videatur committi ſimonia, aliquod pro eo accipiendo, nam iudex tunc non vendit opus iuſtitiæ exercendæ ſed obligationem ſuam quæ eſt quid temporale, & pecunia extimabile;

Dicendum ſecundo Iudex cui certum ſtipendium eſt conſtitutum, ſiquid preterea accipiat à litigantibus, tenetur ad reſtitutionem ratio quia accipit aliquid vltrà mercedem ſibi debitam, & conſequẽter cùm peccet contrà iuſtitiam commutatiuam eſt obnoxius reſtitutioni.

Accipiens aliquid vltrà ſtipendium à litigantibus tenetur reſtituere.

Dicendum tertio vbi non habet ſtipendium aſſignatum, poteſt aliquid à litigantibus accipere loco ſtipendij, ratio quia opus illud quod perſonale eſt, & iudicis induſtriá requirit, proindè gratis non eſt exercendum.

a Hinc infertur quod eccleſiaſtici habentes beneficium, cui annexa ſit iuriſdtio aliquid à litigantibus loco ſtipendij accipere non poſſunt ratio quia beneficium datur propter officium, & hoc procedit ſiuè ſint iudices delegati, ſiue ordinarij, & etiam ſi beneficium tenue *b* nam illis debet imputari quod beneficium acceptauerint, &c.

Habens beneficium cui eſt annexa iuriſdictioni nihil poteſt accipere.

Quantum ad munera *c* Dicendum primo iudex eccleſiaſticus ordinarius habens beneficium, cui eſt annexa iuriſditio ſi accipit munera, & ſportulas à litigantibus tenetur reſtituere, ratio quæ ſupra.

Dicendum ſecundo iudex ſæcularis ordinarius debet ſeruare ſtatuta, alicubi enim omninò prohibentur munera accipere præterquam à conſanguineis, *d* de iure tamen ciu. communi ſi ſit ordinarius ſportulas tantum, & non aliud poteſt petere, & accipere. *e* Delegatus verò poteſt accipere duos aureos, ſi negotium pertingat ad ſummam centum aureorum, & non aliter.

Iudex ſæcularis circa munera ſeruet ſtatuta, & iis non extantibus ſeruet ius commune.

Dicendum tertio *f* iudex eccleſiaſticus delegatus a Papa habens beneficium cui annexa eſt iuriſditio, non poteſt aliquod munus accipere, ſicut nec ordinarius, & ampliatur *g* etiam ſi ab alio ordinario ſit delegatus, *h* tantum limitatur in caſu quo quis habens tenue beneficium ob ius dicendum, impediretur ab aliquo honeſto exercitio, de quo viuit.

Dicendum quarto iudex delegatus à Papa munus accipiens, tenetur ad reſtitutionem, ita vt ne remiſſio quidem ab eo qui dedit quidquam proſit, quod intellige ante litem finitam, non poſtquam finita ſit, ſi remittat poterit retinere, cum nihil tam naturale ſit quam rem ſuam in alium transferre poſſe.

Iudici delegato à Papa nõ prodeſt remiſſio ab eo qui munus dedit niſi fiat poſt litem cõpletam.

a Nau. ca. 25. nu. 12 & alij nu. 9.
b Gabr. 4. d. 15. q. 6 a. 2. concl. 4.
c Panorm. ſequẽs Io. Andr. in c. cũ ab omni in 9. de vita & honeſt. cler. & alii nu. 11.
d c. fi. 3. q 3
e Auth. de iudi. §. ni autem labo ret coll. 6.
f c. cum ab omni & ibi Panor. de vita & hone. Cle ric. & alii n. 13.
g dicto cap. cum ab omni.
h Sylu. V. iudex 1. q. 8. Ange. V. eodem, §. 14. Gab. diſt. 15. q. 6. artic, 2. conclu. 4. litera G.
i Inſtit. de rerum diuiſ. §. per traditionem.

Cæterum vt *a* probabile videtur iura circa hoc conſtituta per contrariam conſuetudinem poſſe abrogari, præſertim ſi hæc non ab exactione, ſed à libera litigãtium donatione ortum habuit, ita an de facto ſit abrogata non idem certum eſt, illud quidē pro cer to haberi debet, quod vbi inoleuit mos vt aliquid recipiant moderatum ſciente Principe, & non contradicente, non eſt reſtituendum.

a Spec. in tit. de Salar. §. 1. V. ſi vero ordinarius.

Quid liceat Iudic circa expenſas.

Quoad expenſas dicendum primo. *b* Iudex delegatus à Papa habens beneficium extra domum ſuam expenſas faciens moderatas tutè poteſt aliquid pro eis compenſandis accipere, ratio quia beneficia iſta non conferuntur eis cum hoc onere, cum non habeant Iuriſdictionem ordinariam annexam.

b c. ſtatutum, §. Inſuper de reſcriptis.

Dicendum ſecundo *c* Delegatus ab alio ordinario quam à Papa, & proficiſcens extra domum ſuam, poteſt etiam a partibus moderatas expenſas pro victu, & vecturis accipere, niſi fortè eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vel ad vnam malitiosè, tunc enim ordinarius tenebitur de ſuo prouidere.

c Gloſ. in c. ſtatutū §. Inſuper in V. moderatus de reſcr. in 6. & alij nu. 17. §. alij.

Quid quoad eſculenta, & poculenta.

Dicendum tertio. *d* Iudex ſæcularis poteſt ſicut & teſtis cum extra domicilium proficiſcitur prædictas expenſas petere, compē ſatio enim pro expenſis eſt ſecundum naturalem æquitatem.

Dicendum quarto. *e* Iudex eccleſiaſticus ad locum ſuæ Iuriſditionis proficiſcens expenſas accipere non poteſt.

d Ang. V. Iudex §. 10.

Ratio quia habet redditus pro ſtipendio, & ſimiliter ſi ordinarius aſſeſſorem aſumit, de ſuo proprio ei debet prouidere, ratio quia cum habeat redditus aſſignatos, illi incumbit obligatio benè iudicandi. Quoad eſculenta, & poculenta ſi hæc ſint modica, ita vt intra duos, vel tres dies conſumi queant, accipi poſſunt.

e gl. in c. cum omni V. præter expenſas. & alij n. 18.

DE

De accuſatore, ſeu actore quis ſcilicet, et quando accuſare teneatur. *Cap. XIV.*

SEcunda perſona *a* quæ venit iniudiciū eſt acuſator, & hoc in criminalibus, in ciuilibus nanque propriè dicitur actor, eſt autem accuſatio *b* delatio Rei de crimine in libello ad vindictam propter bonum commune.

Accuſator in criminalibus actor in ciuilibus. Quid ſit accuſatio.

a c. ſtatutum §. inſuper de reſer. l. Solent ff. de offic. *b* Azo. in ſum. Tab. in V. Accuſ. ex D. Th. in pr.

Quæ autem ad hanc materiam ſpectant ad quatuor capita reducuntur ad obligationem famam, Iuſtitiam, & pęnam iniuſti accuſatoris, quæ omnia ſequentibus difficultatibus exponuntur.

Dubitatur primo, circa opligationem an teneatur quis alium de ſibi irrogata iniuria accuſare.

Reſpondeo vt licitum eſt accuſare, ita ad id nulla eſt obligatio.

Vt licitum eſt de accepta iniuria alium accuſare ita ad id faciendū nulla eſt obligatio.

Prima pars probatur, quia uindicatio iniurię per publicam auThoritatem eſt actus iuſtitiæ, cauendum tamen eſt ne fiat ex odio, aut alia paſſione.

c Matt. 6. Rom. 12.

Secunda pars patet tum *c* ex lege euangelica qua conſulitur iniurias Chriſti exemplo dimittere, tum *d* ex lege ciuili.

d l. unica C. vt nemo inuitus agere. &c.

Probatur etiam ratione, vniuſquiſque enim eſt dominus ſuorum, ac proindè ne dum poteſt iniuriam condonare, ſed etiam damna illata, *e* modo ne ita pauper eſſet, vt ſe, ſuamque familiam alere non poſſet niſi repetendo bona ſibi iniuſtè ablata.

e Nau. in c. iter uerba ij q. 3. concl. 6. corrol. 61 n.640.

Neque obſtat *f* lege ciuili teneri hæredem ad homicidam accuſandum ita vt aliàs hæreditatem non ſit habiturus, quia nos loquimur in foro conſcientiæ non autem in foro exteriori, in quo cum adeſt, præceptum teſtatoris executioni mandari debet ad hęreditatem adeundam, & ſic neque ſumus in caſu noſtro cum tunc hæres non propriam, ſed alienam accuſet iniuriam pręterquam quod ius ciuile loquitur de homicidio, quod ut Reipublicæ pernicioſum mirum non eſt ſi vnicuique ob publicum bonum illud accuſare incumbat.

Soluitur inſtantia in contrarium.

f l. ſiquis homicidij C. de acc. & l. in eū ff. de acc.

Dubitatur ſecundo. An aliquando teneatur quis ſub peccato mortali delinquentem accuſare.

Pro Solutione

Variæ criminum differentia.

Not. primo nos non loqui de cauſa ciuili, cum vt dictum eſt nemo inuitus in ea agere teneatur, cum ergo difficultas ſit in cauſa criminali diſtinguendum eſt, uel enim ſunt publica, vel priuata, & rurſus ſi publica, & ſumei punita, *a* & de his amplius nemo debet accuſari niſi fortè in foro conſcientiæ, ſi autem nondum punita ſint, poteſt quis de eis accuſari iuxta ea quæ mox dicentur.

a c. de his criminib. de accuſ.

Quæ dicantur crimina publica, & quæ priuata.

Notatur ſecundo, crimina publica dici ea, quę immediatè vergunt in damnum publicum, vt hæreſis, expilatio publici ærarij, furta, & homicidia quæ à graſſatoribus uias publicas obſidentibus commituntur, &c.

Crimen contra bonū publicum in fieri & probabile debet ſub mortali per accuſationē denuntiare.

Priuata uerò dicuntur quę contra bonum priuatum committuntur, ut adulterium, concubinatus, &c. quamuis mediatè etiam noceat Reipublicæ, & rurſus hæc aut ſunt contra perſonam accuſantis, aut contra tertium, & denique iſta omnia criminum genera, aut iam ſunt patrata, aut in procinctu, vt fiant his ſtantibus.

Dicendum primo. *b* Quando crimen eſt contra bonum commune, & in fieri illudque ſufficienter probari poteſt, tenetur quilibet. ſub mortali illud per accuſationum Iudici deferre.

b S. Tho. & alij cit. nu. 3. §. 2. ſententia

Crimine iā patrato contra bonum publicum ceſſat obligatio accuſandi.

Ratio quia lege naturæ omibus icumbit proſpicere bono publico, quod in caſu noſtro aliter fieri nequit, & procedi Concluſio etiam ſi delinquens ſit amiciſſimus, *c* aut quis ſecretum ſeruare promiſerit.

c Sot. 5. Iuſt. q. 5. a. 1. ad 2.

Vbi autem accuſator probare, non poſſet, aut non teneretur accuſare, aut certè ſufficeret tantum denuntiare.

Dicendum ſecundo. Si eiuſmodi crimen iam ſit patratum, ſatis erit cum quis iuridicè interrogatur ferre de illo teſtimoniū abſquè quod per ſe accuſet.

d S. Tho. 22. q. 33. a. 7. Tolet. lib. 5. c. 57.

Crimini contra tertiam perſonam patrando per accuſationē obuiari debet ſi aliter nequeat.

Dicendum tertio, *d* crimen contra tertiam perſonam perpetrādum ſi aliter impediri nequeat quam per accuſationem, ad id tenemur modo probari poſſit.

Ratio quia lege *e* charitatis tenetur unuſquiſque uia licita quantum poteſt proximum ad damno, à iniuria tueri, *f* Et ampliatur Concluſio, ut hæc obligatio vrgeat etiam ſiquis iuramento promiſerit ſe non denunciaturum, ubi autem ſatis eſſet perſonam illam ſecretò admonere caueantur ſcandala, pręſertim vt in particulari detegatur quiſnam ſit qui illi inſidias machinetur.

e prou. 24. Eccl. 17.

f Gl. in c. ad noſtrā 2. in 5. repetiēt de Iureiur.

Vbi crimen vergit tantum in perniciem perpetrantis ſatis eſt fraterna correctio. &c.

Dicendum quarto ſi crimen ſit tantum in præiudicium perpetrantis etiam ſi ſit in fieri ſatis erit vti fraterna correctione ſi adſit ſpes emendationis ſi ſit temporis oportunitas nihilque periculi redundet corripienti Contra prædicta docuerunt *g* Gl. & *h* Angelus neminem ſcilicet teneri ad alterius accuſationem.

g in c. qua propter i V. deferre 2. q. 7.

Probant primo, quia ex doctrina Euangelica ignoſcēdum eſt, qui uerò accuſat non ignoſcit.

h in V. accuſatio. §. 2.

Reſpond. perfectis iniunctam eſſe propriæ iniuriæ remiſſioné, at nos loquimur de criminib. in publicum vergentib. detrimentū

&

& rurſus ſicut non accuſare in nos peccantes eſt actus charitatis, ita accuſare ex zelo iuſtitiæ non eſt extra euangelium, cum remiſſio quæ facienda eſt fratri, intelligi debeat quoad odium.

Remiſſio pro iniuria facienda intelligitur quoad odiũ.

Probãt ſecundo ex damnis in quæ accuſator ſolet incurrere, deficiendo enim in probationibus ex malitia teſtium tenetur ad pœnam talionis, & ſaltem incurrit odium accuſati.

Reſpondeo ad primum accuſans ex zelo communis boni, proteſtetur ſe ad hunc finem facere, ità ut accuſatio loco denunciationis habeatur.

Ad ſecundum reſpondetur etiam vitam propriam pro boni communis procuratione libenter exponendam.

Sed iam vſu receptum eſt, vt eiuſmodi accuſatio per verbalem denunciationem fiat procuratori fiſcali, & denunciator habebitur loco teſtis, ſic enim & delicta facilius probantur, & abſurda plurima euitantur.

Dubitatur tertio. An omittens denuntiare delinquentes peccet, & ad reſtitutionem teneatur illius pœnę quæ contra delinquentes eſt conſtituta.

De hac re multa dicta ſunt in materia de reſtitutione in §. non manifeſtans.

Dicendum primo. Non denuntians peccatum publicum peccat mortaliter contra charitatem iuxta ea quæ dicta ſunt dubio *a* prę cedenti ad reſtitutionem autem non tenetur ſi ſit perſona priuata *b* ratio quia ei non incumbit ex iuſtitia, ex qua tantum oritur obligatio reſtituendi, ſecus ſi ſit perſona publica additis limitationibus loco ſupra cit. de non manifeſtante, &c.

Priuatus qui non denuntiat crimen publicũ et ſi peccet, nũquã tamẽ tenetur ad reſtitutionẽ ſecus ſi ſit perſona publica.

Dubitari tamen hic poſſet. An cum ii qui faciunt contra legem tales ſunt qui ſi licentiam peterent, illam obtinerent, eam tamen petere prætermittunt ob uerecundiam, vel ob aliam cauſam, teneantur in hoc caſu eos denuntiare ſub pœna peccati, & reſtitutionis.

Reſpondeo debere *c* ex vi ſui officii & iuramenti denuntiare tranſgreſſores & iſti ſibi imputent quod cum licentiam obtinere potuerint, eam petere noluerunt, *d* ad reſtitutionem autem non tenentur neque officiales neque qui res accipiunt, quia dominus illarũ rerum non cenſetur ſimpliciter inuitus niſi fortè quoad modum .i. occultè accipiẽdi & irrequiſita venia, quod excuſat à mortali, vt contingit in domeſticis furtis inter patrem, & filium, &c.

Cum dominus rei eſt inuitus circa eius acceptionem tantum ratione modi nõ inducitur obligatio reſtituendi.

e Dicendum ſecundo officialis qui aliquid accipit vt non denuntiet, tenetur reſtituere nedum damnum illatum, ſed etiam quod ipſe accepit ne denuntiaret, quod autem teneatur ad reſtituendum etiam id quod accipiunt patet, quia tales ex iuſtitia tenentur crimina denuntiare, accipientes ergo aliquid ne accuſent, contra id faciunt, ad quod ex iuſtitia obligantur.

Contra hanc ſecundam partem docuerunt *f* Naua. & *g* Couarr. Probãt quia non accuſare delinquentem eſt in bonum delinquentis, ac proindè non tenetur id gratis omittere, unde ſic liberè donatum retineri poteſt.

a concl. 2. vt 3.
b Salon. 2. 2. q. 68 ar. 1. contro. 3. dubio. 2 conclu. 1.
c Med. C. de reſtit. q. 12. dub. vlt. Naua. ca. 17. nu. 122. Corduba q. 66 punct. 3.
d vterque Na. & Caiet. in v. Furtum
e Silu. v. reſtitutio. 3. q. 5. §. ſecundum. q. 12. dub. vlt.
f c. 17. nu. 112.
g in regu. peccatum p. 2. §. 2. nu. 7.

Soluitur ratio Nauar. & Caue.

Reſpondeo quod cum quis ad actum poſitiuum ex iuſtitia tenetur, nihil poteſt accipere pro eius omiſſione, magiſq; tenetur bono communi, aut tertiæ perſonæ ex officio conſulere, quam ex iniqua acceptione delinquentis à pœna debita liberare, quando autem peccent vel non abſcondendo ſe eiuſmodi officiales, vt delinquentes ex ſecuritate in fraganti capiant, aut etiam ad reſtitutionem teneatur ſaltem eis quibus damnum infertur iam dictum eſt *a* loc. cit. *a S. nom. manifeſtās in materia de reſtit.*

Officiales qui non denuntiāt delinquentes tenentur ad pœnam ſi pecuniaria ſit ante condemnationem.

Dicendum tertio Officiales qui non denuntiant delinquentes pœnam illam ſi pecuniaria ſit tenentur reſtituere etiam ante condemnationem de hoc autem loc. cit. fuſius. Neque mirū quod officialis teneatur ſtatim, quia ei incubit ex officio proſpicere indemnitati Reipublicæ delinquens autem ex ſtatuto &c. an autem contrariam ſententiam quis ſequi poſſit, cum ei Silu. Cord. & Nau. adſtipulentur, conſule quæ alibi *b.* dicta ſunt circa opiniones ſectandas. *b lib. 1. ca. 3.*

Dubitatur quinto quomodo, & quando, obligent ſuperiorum edicta. In hac difficultate.

Primo certum eſt, quod cum Prælatus iuridicè facit generale vel ſpeciale mandatum ſub pœna excommunicationis aut dat iuramentum de veritate dicenda, tenetur ſubditus obedire, & reſpondere &c.

Secundo certum eſt, parendum eſſe edictis circà denuntiationem eorum qui delinquunt in damnum publicum vt ſupra dictū eſt, ratio eſt à fortiori, cum hoc etiam abſq; mandato, & iuramento præſtito fieri debeat.

Superiorū præcepta intelligi debent iuxta ordinem legis naturalis & diuinæ.

c Tertio certum eſt, quod in caſu quo deberet præcedere ſecreta delinquentis admonitio etiam vrgente ſuperioris edicto non eſt prætermittenda, & ſi ſe emendauerit, non eſt denuntiandus etiam ſi peccatum fuiſſet contra bonum publicum, ratio concluſionis eſt quia præcepta ſuperiorum intelligi debent iuxtà ordin. legis naturalis & diuinæ, *d* ſecreta vero emendatione ad nihil aliud tenetur niſi vbi iuridicè vt teſtis eſſet interrogatus veritatem fateri. *c Naua. in cap. Inter verba 11. q. 3. conclu 6. corol. 66.* *d Panor. in c. dilectus de exceſſ. prælat. Felin. in c. intimauit de teſtib.*

Quarto certum eſt, quando delictū eſt eius generis quod accuſare quidem poſſimus, ſed non teneamur, ſi delinquens eſt emendatus etiam ſtante edicto accuſare non tenemur, quod ſi emendare neglexerit, præceſſitq; admonitio, tenemur denuntiare, ratio quia id quod erat liberum ex ſuperioris licito mandato eſt neceſſarium, intelligitur autem de delictis quæ ſunt in damnum publicum, vel contra tertiam perſonā, non autem quæ ſūt contra nos ipſos eiuſmodi non ex perfectione euangelicā licitè præterimus. *e Cla. li. 5. recep. ſē. in pract. crimin. q. 16.*

e Quinto, ſi quis autem rem furto ab aliquo ſublatam apud ſe haberet, vel ab ipſomet fure nouit vbi celetur, non tenetur ex vi edicti manifeſtare, ratio quia maximo ſe exponit periculo, ſi enim mala fide accepit eſt particeps in crimine, ſi bona fide poſſet contingere quod aliter in iudicio præſumeretur, & probaretur.

Sexto. Qui ità nouit crimen occultum vt ſciat probè neſſe delin-

linquentem,qui à nullo allio quam ab iſto ſciatur,non tenetur parere edicto præcipienti reuelationem etiam ſub pœna excommunicationis.

Ratio,quia cum ex tali delatione multa ei poſſint incommoda obuenire,edictum,& excommunicationem benignè debemus interpretari, ſi ſcilicet ſine proprio damno pateri poteſt, modo crimen illud in publicum detrimentum, non uergat.

a Sunt etiam in hac materia aliqui caſus, in quibus non obſtante generali, vel ſpeciali mandato, excommunicatione, vel iuramento ſubditus non tenetur exequi quod iubetur.

1 *Primus caſus,in quo nõ eſt parendum ed. Superiorum.*

Primus eſt,cum ceſſat cauſa finalis ſuperioris,uerbigratia,vult delinquentem manifeſtari ad eius emendationem, iam emendatus eſt,ideoque non licet amplius denuntiari,*b* ſecus ſi adſit infamia, aut ſemiplena probatio,& Iudex intenderet punitionem.

2 *Quando delictum eſt ſecretum,et Iudex intendit procedere ad pœnã.*

Secundus eſt,quando res eſt ſecreta, vel tribus,aut quatuor nota, & Iudex intendit procedere ad pœnam, *c* nam ſicut nemo contra ſeipſum,ita multò minus contra alium tenetur teſtificari, ſecus ſi præcedat infamia, aut indicia ſufficientia,aut ſemiplena probatio.

Ratio eſt,quia eiuſmodi delictum ſecretum non eſt ſubiectum foro iudiciali,ac proindè edictum Superiori, debemus interpretari iuris ordine ſeruato.

3 *Quando aliquid ſub ſigillo ſecreti ad conſilium, vel remedium adhibendum acceptum eſt.*

d Tertius eſt, quando quis rem ſub ſecreti ſigillo accepit ad conſilium,vel remedium in anima,vel in corpore adhibendum, hic enim præcedente delicti infamia, & ſemiplena probatione, & etiam ſi in teſtem uocetur,& etiam ſi ei præcipiatur ſub excommunicatione, non poteſt reuelare, aliàs peccat mortaliter,& tenetnr ad reſtitutionem.

Ratio quia ſeruare decretum eſt de iure naturæ, contra quod homo non poteſt præcipere.

Fallit hoc,cum delictum uergeret adhuc in damnum Reipublicæ,vel tertij,tunc enim meretur,ut ſibi fides fragatur, cum à malo deſiſtere nolit,& tantum ſacramentale Confeſſoris ſigillum eſt ſeruandum. Cæterum cum ad ſolam pœnam proceditur, non eſt vrgens cauſa,quin fides naturaliter debita non ſeruetur.

4 *In eo, quod factum eſt ob recõpenſationem.*

e Quartus eſt,quando quis rem alienam accipit in recompenſationem ſui debiti,quod ſit ex iuſtitia,& liquidum cum alijs debitis circunſtantijs, *f* de quibus ſcilicet non tenetur reuelare, etiam ſi præcipiatur reuelare ſub excomunicatione.

Ratio quia excommunicatio ſupponit peccatũ mortale, quod tamen in caſu propoſito eſſe non poteſt, & hoc procedit nedum circa ſeipſum, ſed etiam circa alios, quo ſciat feciſſe eiuſmodi legitimam recompeſationem, *g* & etiam ſi in edicto a Superiore caſus recompenſationis includatur, *i* debemus enim illas in-

ter-

a Colligitur a Corduba i sũma, q.64.
b S.Th. 2.2.q.37.ar.7.ad 3.& alij nu.27
c Pet. Na. 2.de reſti. cap.4 p.1. dub.9.nu. 217.
d Henric. Silu.Gab, Nau.& alij nu. 29.
e Ange. v. furtum.q. 41.Silu. & alij nu.29 §.quartus eſt.
f li. 10. tr. 5.cap.7.
g Pet. Na. 2.de reſti. c 4.p.2.d. 9 nu 217.
i Arg. l.ſi procurator. ff. de cond.indul.cap.quinta uallis,de iureiu.& alijs iuribus num.30.§. alij.

terpretati de recompenſatione indebitè facta.

Vbi autem compenſatio eſt certa pro parte aliqua, & dubia pro alia, tantùm pro parte dubia reualandum eſſet.

1. Corrol.

Ex dictis infertur primo. *a* Non teneri ad reuelationẽ eum, cui a proficiſcente ad bellum relicta eſt pecunia ſub conditione, hac enim adimpleta, uere illius effectus eſt dominus, ac proinde edictis præcipientibus reuelationem eiuſmodi bonorum non eſt parendum.

a Rip. l. de pelle. fol. 158. §. inſuper.

2

b Secundo. Eum, qui ob extremam neceſſitatem non poteſt reſtituere quod furatus eſt non eſſe denuntiadum, quantumcunque id edicta præcipiant, modo eius impotentia nota ſit.

b Na c. inter verba 11. quæ. 3. conclu. 6. corr. 66.

3

c Tertio. Non teneri aliquem ad depoſiti gladij reſtitutionem quantumcunque per edictum cogatur ſi certò ſciat eo ad flagitium abuſurum.

c S Ant. p. 3. tit. 2 c. 8

Quintus caſus, in quo non eſt parendum edicto Superiorum.

d Quintus caſus eſt, quando aliquis non deberet probare, tamen non poſſet id, quod denuntiat, aut ſaltem probando graue damnum incurreret.

d Ange. v. excom. 3. § 10.

e Ratio primi eſt, quia quod ſcitur, & probari nequit, reputatur, ut ignotum ad effectum renuntiandi.

e Nau ubi ſup.

Ratio ſecundi eſt, quia cum graui ſuo detrimento non eſt obediendum edictis, alioquin continerent errorem grauiſſimum, & intolerabilem.

6

Cũ quid ſit auditum a perſonis leuibus, & fide indignis.

f Sextus, eſt, quando aliquid audiuit a perſonis fide non dignis, *g* & in his caſibus, in quibus quis reuelare non tenetur, poteſt etiam tutè iurare ſe neſcire, ſupple ad obligationem reuelandi.

f Nau. ca. 25 nu. 46.

g Palud. & alij nu 33 § illud.

Dubitur quinto circa hæc eadem ſuperiorum edicta, quanto tempore duret eorum obligatio.

Superiorũ edictis ad literam obediendum cũ nihil continent cõtra ius naturale, aut diuinum, et hoc etiam in dubijs.

Dicendum primo. In delictis accuſandis, vel denuntiandis obſeruanda ſunt ad literam edicta ſuperiorum, niſi euidés ſit ea aliquid continere contra ius diuinum, & naturale, & in dubio etiã obediendum eſt cum credi debeat rem a ſuperiori maturè fuiſſe diſcuſſam.

Dicendum ſecundo. Circa delicta, quæ iure naturæ, & ex legali iuſtitia denuncianda ſunt, tandiù manet obligatio ea denuntiandi, quandiù perſeuerat neceſſitas boni communis, uel particularis.

Ratio eſt euidens, quia etiam ſine edictis ad id tenemur.

Dicendum tertio. Non denuntians intra tempus præfixum in edicti cenſuram incurrit, quando autem tempus non eſt præfixum intelligitur durare obligatio toto anno, quod colligitur ex eo ipſo, quòd eiuſmodi edicta ſingulis annis conſueuerunt innouari.

h Dicendum quarto. Præcepta, quæ tantum intra tempus viſitationis obſeruanda proponuntur ad denuntiationes faciendas non obligant eos, quibus hoc expleto innotuerint, & qui intra tempus ſciens non obediuit, peccauit quidem, eo tamen tranſacto amplius non obligatur.

h Salon. 2. 2. q. 68. 2. 1. controu. 2.

Dubitatur ſexto. An & quę perſonę ab accuſatione repellantur.

Reſpon-

a c prohibeatur 2. q. p. l. qui accuſare ff. de acc.

Reſpondeo primum *a* genus eſt eorum qui ob delicta eiuſmodi pœna afficiuntur, vt excommunicati, proditores publici, concubinarij, Vſurarij, & denique iure infames; ratio quia in accuſante authoritas requiritur; quia iſti ſunt ob delicta expoliati; *b* Excipitur tantum crimen hæreſis ob fauorem fidei. 1

Infamis, & criminoſi.

b c. in fidei fauorē de hæret. in 6.

Secundo *c* ratione decentiæ ne accuſatio ex odio procedere videatur prohibentur ſubditi accuſare prælatos, ſerui dominos, filij parentes, poſſunt tamen ex affectu charitatis illos denuntiare. 2

Subditi, filij, & ſerui eſpecta prælatorum parentum, & Dominorum.

Tertio ob reuerentiā ſtatus, & maxime in cauſa ſanguinis *d* clerici prohibentur laicos accuſare, vbi autem immineret publicum, vel priuatum damnum, poterunt iuridicè denuntiare, præmiſſa proteſtatione ſed nō ſanguinis vindictam, ſed bonum publicum, aut priuatum procurare. 3

c S. Tho. 2. 2. q. 68. a. 1 ad 2.

Clerici reſpectu laicorum in cauſa ſanguinis.

Hæc autem prohibitio facta eſt clericis ſolum iure humano canonico *e* idq; rationabiliter, primo, quia ſunt miniſtri altaris, in quo Chriſtus offertur, qui cum percuteretur, non repercutiebat.

d c. ſicut ſacerdotes 2. q. 7. cap. his a quib. 23. q. & c. ſententiā ſanguinis ne clerici, vel monachi.

Secundo, quia in noua lege, quæ Clericis eſt commiſſa non determinatur pœna occiſionis, aut mutilationis.

Tertio ob munditiā requiſitam multò magis in miniſtris, quā in vaſis ſacris.

Demum nomine Clerici in *f* propoſito intelliguntur etiam minoribus ordinibus initiati, & hoc differt accuſatio, & iudicium, illa enim in cauſa ſanguinis omnibus generaliter eſt prohibita, hoc autem tantum eis qui in ſacris ſunt cōſtituti, ità vt illud exercentes peccaret mortaliter.

Clerici a cauſis ſanguinem concernentibus iure canonico tantum arcentur.

e S. Tho. 2. 2. q. 64. a. 4.

f & toto tit. de cle. percuſſ.

Quomodo accuſatio inſtituenda ſit, quibuſq; modis iniuſta reddatur, & de pœnis iniuſti accuſatoris.

Cap. XV.

Circa formam accuſationis Dubitatur primo. Quænam ſit forma accuſationis ex iure communi.

g 2. q. 3. per totam & l. ſicuti ff. de accuſ.

Reſpondeo hanc conſiſtere in triplici ſolēnitate. *g* Prima eſt vt accuſatio fiat in ſcriptis, quod intelligendum eſt in grauibus, in leuibus enim, & manifeſtis id non eſt neceſſarium.

Ad formam accuſationis triplex ſolemnitas requiritur.

Secundo, vt in libello ſcribantur nomen accuſatoris, accuſati, & Iudicij, Species delicti, complices, locus & tempus quando delictum commiſſum eſt.

Tertio vt accuſator ad pœnam talionis ſe obliget.

Fieri

Fieri autem hæc omnia debent in ſcriptis. Primo ex parte Iudicis, vt cum certitudine procedat.

Secundo, ex parte accuſatoris, ne deficiens in probationibus neget ſe crimen alteri obieciſſe.

Abſens, & inauditus, nõ eſt condemnãdus in contumacia & non notorijs.

Tertio, ex parte rei, vt commodius ſe defendat.

Et quamuis quis abſens accuſari poſſit, *a* condemnari tamen non poteſt, niſi præſens, præſertim in cauſa criminali, & capitali, excepto cum citatus comparere noluerit, quæ omnia intelliguntur de criminibus, quæ non ſunt notoria. Cæterum circa pleraque eorum, quæ diximus, ſtandum eſt locorum conſuetudini.

a c. per ſcripta 2. q. 8.

Dubitatur ſecundo. An ſicut ante denunciationem Euangelicam, ſic & ante accuſationem neceſſario debeat præcedere fraterna correptio.

Accuſat. ex ſui natura, nõ prærequirit admonitionem.

b Dicendum primo. Si ſolum naturam actus accuſationis ſpectemus, non prærequiritur admonitio, patet ex iure *c* Canonico, & probatur ratione, quia accuſatio non habet pro fine fratris reſipiſcentiam, ſed punitionem ob boni communis vtilitatem, aut ad reſarciendum damnum, ſiue proprius, ſiue alterius.

b S. Th. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. quæſtiuncula 3. ad 4.
c c. qualit. & quando 2. de accu.

Soluitur rō Dur. in contrarium.

d Contrarium docuerunt Durandus, & alij volentes admonitionem fraternam neceſſariò prærequiri in foro conſcientiæ, probant, quia Chriſtus docuit prius fratrem ſecretò corripiendum, quam ad Eccleſiam deferatur.

d 4. d. 19. q. 4. ad 2.

Reſpondeo intelligi de Euangelica denuntiatione, quando ſcilicet delinquens deferendus eſt ad ſuperiorem tanquam ad patrē non autem quando tanquam ad Iudicem.

Dicendum ſecundo. Quotieſcunque timetur probabiliter de emendatione delinquentis aut damnum magnum ex admonitione timetur, aut denique periculum eſt in mora, certum eſt ſecũdũ omnes ei non prærequiri admonitionem.

e Salon. 2. 2 q. 68. a. 1 contro. 2. conc. 2. ar. 3.

Ob bonũ priuatum, & publicũ, prætermiſſa monit. eſt accuſat. e.

e Dicendum tertio. Si contingat delinquentem eſſe optimi, & grauiſſimi nominis, & quod ſicut pro certó habetur, quod ſecretò correptus emendabitur, ita delatus ad Iudicem graue ſcandalum, & Reipublicæ detrimentum ſequeretur, non eſt accuſandus. Ratio eſt duplex nempè bonum commune, & priuatum.

Hæretic. ex malitia illicò denuntiandus.

Dicendum quarto. Qui eſt ſcienter hæreticus, ſiue dogmatizet, ſiue non, ſtatim ſine præuia admonitione denũtiandus eſt, ſi enim Eccleſia non audiuit, quomodo ſperari poterit, quod priuatum hominem ſit auditurus, præſertim cum ex contumacia contra legem iam ſit excommunicatus. Et de huiuſmodi loquitur Scriptura. *f* Nec audias, nec parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum.

f Deut. 25.
g Arag. 2. 2. q. 68. a. 1.
h ad Tit. 3.
S. Th. 2. 2. q. 33. a. 7. in corp.
i Pet. Na. 2. de reſt c. 4 p. 2 d. 8. n. 209.

Hæretic. ex ignorantia ẽ præmonẽdus.

g Dicendum quinto. Hæreticus ex ignorantia inuincibili cum nonniſi materialiter ſit hæreticus, prius eſt admonendus, ſi ex tali ſecreta admonitione nullum ſequatur detrimentum, & ſic opiniones Doctorum, quæ inter ſe videntur contrariæ, conciliari poſſunt, & de hoc intelligitur dictum Apoſtoli, *h* Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam admonitionem deuita.

Corol.

i Ex his infertur primo, grauiſsimè peccare qui denuntiant errantes

rantes

rantes in fide lapſu quodam linguæ, etiam ſi Doctores ſint & prælati; nam vel leuiſſima culpa, uel nulla fieri ſolet, ac proindè iniuſte famam lædunt, & alia damna inferunt, ad quorum omnium reſtitutionem tenentur.

Secundo. Idem exiſtimandum de eis, qui ex iniuria, vel inconſideratione inter deſputandum, aut concionandum aliqua proferunt minus catholica, quocirca ii omnes prius admonendi ſunt, maximè ſi alias bene audiant. 2

a Vide Naua in man. c. 11. nu. 22.

a Tertio. Idipſum dicendum de rudibus, qui ex ſimplicitate, & ignorantia aliqua proferunt, parati alioquin ſe emendare, quare hi prius ex charitate admonendi ſunt, & inſtruendi. 3

Præter debitam formam requiritur etiam in accuſatione iuſtitia, quæ b tripliciter violatur, calumnia, præuaricatione, & tergiuerſatione.

b c. ſi quē pœniuerit 2 q. 3.

Præter formam requiritur etiā in accuſatione iuſtitia.

Is dicitur calumniari, qui ex malitia, & ſcienter falſum crimen alteri imponit, & non ſolum peccat, ſed etiam tenetur ad reſtitutionem, & neque ſufficit litem, ſiuè ciuilem, ſiue criminalem bona fide intentaſſe, nam quandocunque ſcientia ſuperueniat falſum eſſe quod in iudicio attentatur, deſiſtendum eſt. Qui verò ex leuibus motus coniecturis aliquem falsò accuſaret, potius temerarius, quàm calumniator reputabitur.

c S. Th. 2. 2 q. 68. ar. 2. ad 2. Salo. &c.

d Naua. c. 25. nu. 33.

Quid ſit calumnia, & ad quid obliget.

c Secundo, dicitur etiam calumniator, qui verum quidem crimen alteri opponit, ſed occultum, quippe cum eiuſmodi crimen iuridice falſum ſit, vt pote quod probari non poteſt.

Tertio. Calumniator eſt in ciuilibus qui rem ſibi vere debitam modis quærit indebitis vendicare, vt falſis inſtrumentis, d vbi autem taliter rem ſuam recuperat, peccat quidem ſed ad reſtitutionem non tenetur.

Calumniator eſt qui occultum crimen, ac proinde improbabile alteri obiicit in iudicio.

Secundo, peccat accuſator per præuaricationem, qui fraudulenter abſcondit ea crimina de quibus accuſationem proponit colludens cum reo, accipiendo falſas exceptiones, & veras probationes non adducendo, e etſi exinde damnum notabile ſequatur Reipublicæ, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

e S. Th. 2. 2 q. 68 ar. 3. Gab. & alii

Quomodo per præuaricat. peccet accuſator.

f In cauſa verò ciuili, cum in ea quiſque propriæ indemnitati proſpiciat, ſicut poterat à principio litem intentare, ſic & in progreſſu deſiſtere.

f Na c. inter uerba, conclu. 6. corrol. 61. nu 643

g Tertio. Peccat accuſator per tergiuerſationem, quando inordinate, & abſque cauſa deſiſtit ab accuſatione obligante eum ratione boni communis, uel ſaltem præcepto Iudicis ex officio in cauſa procedentis.

Quomodo per tergiuerſat.

g S. Th. ubi ſup.

h Med. C. de reb. reſtit. q. 29

Quatuor autem modis licite poteſt deſiſtere. Primo in cauſa propria, concernente ſcilicet tantum iniuriam accuſatoris, non autem bonum commune.

Ratio, quia tunc non accuſat ex debito, ſed vtens iure ſuo, cui poteſt renuntiare licentia Iudicis, in ciuilibus autem etiam ſine eius licentia, modò non ſequatur ſcandalum, aut damnum tertii, h imme poterit etiam vt deſiſtat accipere pecuniam tuta conſcientia.

Modi, quibus licet accuſ. deſiſtere poſſet.

2 *a* Secundo. Cum iam lite bona fide intentata videt in progreſſu ſe eſſe deceptum, tunc enim poteſt deſiſtere, & componere ſe cum reo.

3 *b* 3. Propter metum cadentem in virum conſtantem, cum nemo cum tanto ſuo diſpendio cauſam proſequi teneatur.

4 Quarto. Ob Principis authoritatem, poteſt enim Princeps ex cauſa rationabili, aut accuſationem a principio repellere, aut admiſſam poſtea abolere. Quartum, quod in accuſatore conſideratur, eſt pœna; & quidem *c* olim pœna talionis plectebatur, id eſt eadem pœna, qua reus fuiſſet plectendus, ſi crimen fuiſſet probatum.

De pœna cōtra improbum accuſatorem.

Quid pœna talionis

Nunc autem in pleriſque locis eiuſmodi pœna talionis, vt potè ſatis dura videtur in deſuetudinem abiiſſe, & tantum in aliquibus caſibus obſeruatur, quorum præcipuus eſt, quando accuſatus inique capite plexus eſt tali iniquitate accuſatoris, vel teſtis falſitate. *d* Regulariter autem Delatores iſti acri ſupplicio, iudicis arbitrio puniuntur, & hoc ad damnum reſarciendum accuſato; nam ad iniuriam Iudici, & Reipublicæ illatam compenſandum, manet infamis, *e* & indignus qui amplius in iudicio audiatur, aut aliquod munus publicum exerceat in poſterum, & ſi huiuſmodi infamia contracta ſit in foro Eccleſiaſtico, *f* eam ſolus Papa abolebit.

Pœna talionis aut alia extraordi. non infligitur accuſatori, ſi non peccauit ex malitia.

g Intelligenda verò ſunt hæc, cum accuſator ex malitia peccauit, non autem ex inculpata ignorantia; nam tunc ſicut propriè non eſt calumniator, ita neque pœna talionis plectendus, qua ratione nunquam punitur fiſcus quia accuſat bona fide, ad damna verò illata, tenetur vnuſquiſque priuatus, etiam ſi bona fide accuſauerit.

a c. ſi quē pœnitu erit 2. q. 3.

b Sot. in re lect. de regen. me. 2 q. 5. conc. 5.

c Deut. 19.

d arg. c. ſuper his, de accuſ.

e c. ſi quis 11 q. 3.

f arg. c. Euphemia 3. q. 3. iuncta gl.

g c. ſi quis iratus 2 q. 3. S. Th & alii nu. 19.

DE

De reo, eiuſque obligatione ad reſpondendum in iudicio. Cap. XVI.

Reus Iuridice interrogatus veritatem fateri debet.

DVbitatur primo. An reus in iudicio interrogatus veritatem fateri teneatur.

Reſpondeo affimatiuè modo iuridicè interrogetur etiamſi vitæ diſcrimen ſubeat veritatem fatendo, idque cautum ex ſacris literis eſt, ex Iure Canonico, & communi Doctorum ſententia,

Non fateri veritatē in legitimo iudicio eſt ex genere ſuo peccatum mortale etiam ſi quis ſine iuramēto interrogetur.

Probatur etiam ratione quia Iudex cū ex poteſtate ſibi commiſſa habeat authoritatem puniendi delicta, habet conſequenter authoritatem vijs licitis, & neceſſarijs ad delictorum punitionem, inter quas eſt rei confeſſio *a* eſt ergo peccatum mortale ex genere ſuo veritatem celare, aut negare in legitimo iudicio, etiam ſi quis abſque iuramento interrogetur, fit enim contra Dei dilectionem cuius eſt iudicium, & contra obedientiam Iudici debitam.

a S.Tho.2.2.q. 69. a.1.ad 3.

Idemque dicendum de teſte ex eiſdem rationibus & præterea quia facit contra dilectionem proximi inferendo damnum accuſatori, qui proindè deficit in probatione, ex paruitate autem materiæ non eſſet peccatum mortale, ut ſupra dictum eſt, & quoniam obligatio verum confitendi in legitimo iudicio aliundè ſumitur quam ex vi iuramenti ideò dictum eſt etiam ſine iuramento committi pecc.mort. ſi veritas non manifeſtetur.

Sollemnitates quæ præſertim in priuatis criminib. requiruntur ut quis legitime interrogetur.

Dubitatur ſecundo. Quando dicetur Iudex legitimè interrogare. Pro ſolutione reuocanda ſunt in memoriam quæ alibi diximus circa criminum diſtinctionem. Alia enim ſunt contra bonum publicum in quibus non requiritur tanta ſollemnitas, quædam ſunt priuata, & rurſus in delictis prioris generis, vel præcedit infamia vel non, *b* & tunc nemo tenetur ſe prodere, neque interrogatus reſpondere ſecus de teſtibus, ii enim vt obuietur publico malo quod ſemper præſumitur imminere in futurum, tenentur denunciare etiam ſi non præcedat niſi delicti infamia.

b S.Tho. 2.2.q. 69. a.2.

Difficultas ergo remanet circa crimina priuata, in quibus maior ſollemnitas adhiberi debet, ſiquidem requiritur *c* primo vt interrogans ſit legitimus Iudex eius qui interrogetur alioquin cum nullum in eum imperium habeat, non tenebitur reſpondere.

c Sot.5. Iuſt. qu.4. a.1. & alii communiter.

Secun-

2 Secundo vt adſit merita cauſæ, formaque Iuris obſeruetur iuxta modum ſecundum quem actio inſtituta eſt vel via denunciationis vel accuſationis debe: tque adeſſe ſufficientia indicia aut ſi vnum certè vehemens, vel ſemi plena probatio, ex vnius teſtis depoſitione qui ſit omni exceptione major.

3 Tertio vt hæc Iuris forma ſit probata in proceſſu, & reo indicata tum quia hic reſpondere non teneatur, quouſque ſciat ſe iuridicè interrogari præſertim in rebus grauibus, tum ſecundo, vt poſſit ſe purgare, & rationabiliter opponere.

Si ergo via inquiſitionis proceditur, conſtare ei debet de infamia, ſi via accuſationis conſtare debet de ſemiplena probatione, & ſi eam poteſt repellere, adhuc non tenetur reſpicere ſimiliter proponenda ſunt indicia, quibus Iudex innititur, quia ſi ab eis poteſt rationabiliter ſe purgare, non tenebitur reſpondere.

Rei interrogatio nõ eſt inchoanda cum tortura ſicut neque cum iuramento.

Quouſque *a* igitur non conſtiterit reo ſe non legitimè interrogari immunis erit à reſpondendi obligatione, cùm nemo parere teneantur mandato antequam conſtet eſſe legitimum, hoc verò cõſtitutio tenetur vnuſquiſque reſpõdere veritatem etiam ſine iuramento à quo non eſt inchoandum iudicium *b* ſicut neque à tortura, *c* cum etiam iuramentum ſit tortura quædam ſpiritualis.

a Sylu. V. Accuſ. q. 13. & V. confeſſio delicti q. 1. Sot. & alii n. 7. S. Alia cauſa.

Vbi autem à *d* Iudice deferatur Iuramentum reo de veritate dicenda, abſque quod ei prius manifeſtauerit quam iuridicè interrogatur poterit reus abſque peccato per æquiuocationem celare veritatem.

b l. 1. l. maritus l. milites de quæſtion.

Ratio quia iuramentum illud intelligitur de veritate quæ iuridicę interrogatur.

c Panor.

In caſu autem quod per falſos teſtes delictum conſtaret, adhuc obligaretur reus veritatem fateri.

Primũ correlarium.

Ratio quia iam legitimè interrogatur; ex hac Doctrina.

Infertur primo. Peccare mortaliter Iudices, & multò grauius quam perſona priuata, extorquendo pręter ius ſecretum delictum à reo.

Ratio quia eſt in graue damnum proximi, & ſi peccatum mortale eſt reuelare ſpontè ſecretum alterius, multò grauius peccatum erit adigere proximum ad ſe infamandum.

d Sot. relect. de tegeu. m. 2. q. 7. Nau. in c. inter verba cõclu. 6. correl. 65. nu. 748.

2 Secunda pars patet quia Iudex eſt cuſtos iuſtitię, &c.

Secundo Conſtito quod Iudex contra ius præcipiat non eſſe eſt obediendum. ratio quia ſicut lex iniuſta non obligat, ita nec iniuſtum præceptum.

3 Tertio cum Iudex ſecretum delictum iniuſtè extorquet, non poteſt vltra procedere, aut reum punire.

Ratio quia cum medium eſt iniquum etiam cognitio inde parata iniqua eſt, & inutilis ad aliquem effectum Iuridicum, & quæ dicta ſunt procedunt etiam ſi ab initio Iudex bona fide crediderit ſe iuridicè procedere, nam ſtatim ac in progreſſu animaduertit rem aliter ſe habere tenetur deſiſtere.

Hoc

Hoc autem dictum limitatur primo vt intelligatur de extorſione facta à iudice, nam ſi ab alio fiat, & deindè ad iudicem deferatur, hic iuridice procedit, & omnino per accidens eſt quod per iniuriam à priuato illatam delictum innotuit.

Extorſio per iniuriã facta à priuato circa delictum occultum non præiudicat iudici quin contra ipſum poſſit procedere.

Limitatur ſecundo modo non delictum vergat in publicam perniciem, nam tanta eſt vis boni communis, vt liceat aliquando iudici per priuatam iniuriam illi proſpicere.

Caueant tamen iudices ne vnquam cum Sacrametalis confeſſionis iniuria contra reos aliquid attentetur, eius enim comparatione nedum priuatum, ſed etiam publicum quodcunq; bonum eſt poſt habendum.

Dubitatur tertio. An quis iuridicè interrogatus detegere teneatur alterius delictum, quod ſub iuramento promiſerat ſeruare ſecretum.

Reſpondeo affirmatiuè, ex communi ſententia.

Legitimè interrogatus tenetur alterius detegere crimen etiam ſi ſub iuramento promiſiſſet ſecretum tenere.

Ratio quia fides ſecreti, & iuramenti non obligant contra ius naturæ quo bonum commune priuato eſt præferendum, ac proindè cum quis ſub iuramento promiſit aliquid ſecretum ſeruare, intelligitur id promittere ſecundum ius, excipitur tamen ſemper ſecretum in confeſſione ſacramentali acceptum.

Pro quo [a] not. non omnia quę in confeſſione ſciuntur cadere ſub eius ſigillum, nam peccata, & quæ intentione ſe accuſandi & accipiendi beneficium abſolutionis ſciuntur, verè ſub eius ſigillo ſacramentali tegenda ſunt, ſecus quando etiam laici dicunt dico tibi hoc ſub ſigillo confeſſionis etiam ſi præmittatur Confiteor, hæc enim omnia ſic accepta tantum obligant ſub ratione ſecreti.

[a] S. Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. & alij n. 14. §. notandum.

Dubitatur quarto. In dubijs quid agendum tam iudici, quam reo, & teſti.

Quid interſit inter dubium practicum & ſcrupulum

Pro ſolutione not. primo quod is dicitur habere dubium qui ità ſuſpenſus eſt animo, vt neutri contradictionis parti aſſentiatur ſcrupulum verò habere dicitur qui ita adhæret vni parti contradictionis vt tamen adhuc timeat alteram contradictionis partem forſitam eſſe veram.

Not. ſecundo quod aut certum eſt opus, quod pręcipitur eſſe licitum aut eſt tale, vt periculum habeat ad vtranque partem.

Not. tertio aut crimen de quo interrogat iudex cedit tantum in damnum delinquentis, aut in damnum alterius publicum vel priuatum.

Not. quarto, quod vergit in damnum alterius maxime publicũ, aut eſt in fieri, aut iam eſt præteritum. His ſuppoſitis.

In dubijs iudex non poteſt interrogare nec reus tenetur reſpondere.

[b] Dicendum primo Cum iudex dubius eſt an iuſtè poſſit procedere, non poteſt interrogare, conſequenter nec reus tenetur reſpondere.

[b] Salon 2. 2. q. 69. a. 1. contro. 3. conclu. 2.

Ratio primæ partis eſt quia in dubijs fauendum eſt reo.

Ratio ſecundæ quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, reus autem in hoc caſu eſt ſuę famę poſſeſſor.

Confirmatur vtraque pars ex regula generali quia in dubijs tu-

tior

tior pars eſt eligenda, Præterea ex *a* duobus malis minus eſt eligendum, ſed minus malum eſt in dubijs non obedire quam ſe exponere periculo vt iniuſtè occidatur. *a duor. 3 la d.13.*

Soluitur prima ratio in contrarium. Neque obſtat primo quod etiam iudex ſit in poſſeſſione ſuæ authoritatis reſpectu ſui ſubditi, nam hæc poſſeſſio non eſt niſi quando, & quatenus iuſtè præcipit.

Soluitur ſecunda. Neque obſtat ſecundo quod videatur concedi mendacium tanquam licitum, nam potius conceditur vt minus malum Cæterùm concluſio intelligitur de crimine vergente tantum in damnum delinquentis.

Modo ut crimen ſit in damnũ tertij, & maxime Reipublicæ. *b* Dicendum ſecundo. Quando crimen eſt in damnum alterius, ſiuè ſit publicum, ſiuè priuatum, & adhuc imminens, & in fieri, debet iudex deponere dubium, & inclinare in fauorem Reipublicæ aut alterius priuatæ perſonæ. *b So. rele. de tegen. m.3.q.2. concl.4.*

Ratio quia hæc pars eſt minus periculoſa, & minus mala, nam minus malum eſt priuatam perſonam iniuſtè occidi quam Rempublicam pati damnum & ſimiliter cum ſit potior, ratio patientis iniuriam, quam inferentis, in dubijs minus malum erit nocere reo, quam ei, cui imminet damnum à reo inferendum.

Reus aut deſiſtat a crimine quod adhuc molitur in dãnum tertij aut interrogatus reſpondeat. Dicendum tertio cum crimen eſt in præiudicium tertij vel Reipublicæ tenetur reus aut deſiſtere omnino à malo inferendo, aut rogatus reſpondere, qua diſtinctione facta reconciliari poſſunt inter ſe *c* Bannes *d* Salon.

e Dicendum quarto cum conſtat reo crimen eſſe occultum, non debet illud iudici manifeſtare etiam ſi id ſub pœna excommunicationis præciperet, eam enim non incurrit, cum nemo contra ius, & iuſtitiam poſſit excommunicari. *c 2.2.q.69 ar.2.p.1. dub.2.*

f Dicendum quinto. Quando præceptum eſt de re tuta, ita vt nullum ſubinde periculum immineat, aut Reipublicæ aut reo, aut tertiæ perſonæ etiam in dubijs obediendum eſt, ratio quia nec ſuperior debet reddere cauſam ſui præcepti, nec ſubditus rationabiliter poteſt moueri ad non obediendum, pro clariori autem doctrina ſubduntur infraſcriptę regulę. *d Ibidem controuerſ.3. e Sot. de tegen. m. 3.q 1. concluſ.4. f Vide li. 1.c.13.*

Regulę generales.

1 Prima eſt in materia morali, pars illa minus dubia eſt, quæ eſt minus periculoſa.

2 Secunda. Quando vtraq; pars eſt æquè periculoſa, eligenda eſt illa quam plures rationes concurunt.

3 Tertia. In dubio ſequenda eſt pars tuta, ſi oppoſita tuta non ſit.

4 Quarta ſi neutra pars tuta ſit, eligenda eſt ea potius in qua minus eſt periculi.

Dubitatur quinto. An, & qua ratione inquirere poſſit iudex per tormenta & ad quid teneatur ſic interrogatus.

g Dicendum autem eſt primo. Licitum eſſe reos torquere ad veritatem extorquendam cum legitimè interrogari eam fateri nolunt. *g c. illi qui 5. q. 5. S. Ambr. li. de Cain & Abel c. 6. S. Aug. 19. ciu. c. 6.*

Contrarium docuit *h* Lud. Viues, Probat, nam pleriq; vi tormentorum fatentur quod non patiantur, & è contra alij robuſtiores *h in com. li. 19. ciu. Dei c. 6.*

ſtiores

ſtiores tormenta ſuperantes pęnas euadunt,cum ſint nocentes.

Soluitur rõ Ludou Viues in contrariũ.

Reſpondeo ſatis eſſe in humanis iudicijs humanam habere certitudinem,qualis ex tormentis haberi poteſt,quod autem innocẽtes tormentis aliquando ſuccumbant,& noxij ab eiſdem euadant per accidens eſt,& ſi quid hæc ratio ualeret,neque per teſtes iudicia fieri deberent, cum plerique conuincantur falſitatis.

Dicendum ſecundo, Multò minora indicia requiri ad citandũ, & capiendum reum, quam ad eundem torquendum, neque hoc controuerſum eſt apud aliquem.

a l. ex libero, ff. de quæſt.

Sine idicijs aut ſemiplena probatione nemo torquendus.

a Dicendum tertio. Sine indicijs ſufficienter probatis,aut ſemi plena probatione neminem poſſe torqueri, dicitur autem & tortura quæſtio apud Legiſlatores quaſi quærens mentem,quia per eam veritas inquiritur,quæ autem indicia ſufficiant, generalis regula dari non poteſt,*b* ſed Iudicis prudentiæ relinquitur,regulariter autem vnum indicium ad torturam non ſufficit, modò illud ita vehemens non ſit, quod pluribus æquiualere cenſeatur, ſufficit etiam dictum unius complicis modò in tormentis ſit confirmatum habita præſertim ratione qualitatis criminis & perſonæ, vnde mendacij pręſumptio tollatur.*c* Item ſufficit ad torquendum rei inconſtantia, & titubatio, aut mendacium,& quæ dicta ſunt, locum babent cum proceditur uia accuſationis.

b Sil. in v. iudicium.

c vide Cl. lib. 5. rec. ſen. pract. cri. q. 25.

Quando autem proceditur uia inquiſitionis ſatis eſt ad torturã clamoroſa inſinuatio iuridicè probata,ſeu infamia.

d Bart. in l. pen. ff. de quæſt.

Veritas per iniuſtam torturam habita,nihil prodeſt ad iudicium.

d Dicendum quarto. Cum iudex per iniuſtam torturam graui metu,& vi illatam extorquet à reo proprij criminis confeſſionẽ, vel indicia,aut teſtes,quibus conuinci poteſt,aut complices delicti,non poteſt ex eiuſmodi confeſſione procedere ad aliquam executionem,modò ſcandalum non ſequatur Ratio concluſ.eſt,quia cum medium eſt iniquum cognitio ex eo parata iniqua eſt.

Dixi graui metu, nam ſi quis ex leui comminationem torturæ veritatem fateretur,illius puſillanimitati potius,quàm Iudicis ſęuitiæ imputabitur. *e* Caueat tamen ſemper Iudex,ne tormentorũ immanitate aliquem perpetuo debilitet,aut occidat.

e l. quẽad mod. illius. ff. de q. & Doct. apud Say. nu. 26. §. dixi.

f Nau. cã. 18. nu. 59. & alij nu. 27.

f Dicendum quinto. In hac præſertim materia ſeruari debet locorum conſuetudo;& quoniam iam ultimo ſupplicio condemnati ſolent immaniter torqueri,prudẽter ſe gerant Iudices,ne vi tormentorum adigant eos ad ea reuelanda, ad quæ iuridicè non poſſunt,proinde rem cum peritis Confeſſarijs tranſigant qui reos præmoneant,& inducant ad ea tantum,quæ iuſta ſunt facienda.

Dicendum ſexto. Vt licitum eſt Iudici dolo bono uti ad veritatem eruendam,ita à dolo malo abſtineat, nempe à falſis promiſſionibus, vel à ficta rei condemnatione.

g Igna. Lopez de Salzedo ĩ Cõmen. pract. c. cri. c. 126.

Caueat inſuper ne fingat ſe iuramentum daturum,ei quem videt periuraturum,quod intelligitur quando vere eum ad iurãdũ non poſſet iuridice compellere. Plura de hac materia apud *g* Doctores.

terpretari de recompenſatione indebitè facta.

Vbi autem compenſatio eſt certa pro parte aliqua, & dubia pro alia, tantùm pro parte dubia reualandum eſſet.

1. Corrol. Ex dictis infertur primo, *a* Non teneri ad reuelationẽ eum, cui a proficiſcente ad bellum relicta eſt pecunia ſub conditione, hac enim adimpleta, uere illius effectus eſt dominus, ac proindè edictis præcipientibus reuelationem eiuſmodi bonorum non eſt parendum. — *a* Rip. l. de pelle. fol. 158. §. inſuper.

2 *b* Secundo. Eum, qui ob extremam neceſſitatem non poteſt reſtituere quod furatus eſt non eſſe denuntiadum, quantumcunque id edicta præcipiant, modo eius impotentia nota ſit. — *b* Na c. inter verba. 11. quæ. 3. conclu. 6. corr. 66.

3 *c* Tertio. Non teneri aliquem ad depoſiti gladij reſtitutionem quantumcunque per edictum cogatur ſi certò ſciat eo ad flagitium abuſurum. — *c* S. Ant. p. 3. ti. 2. c. 8

Quintus caſus, in quo non eſt parendum edicto Superiorum.

d Quintus caſus eſt, quando aliquis non deberet probare, tamen non poſſet id, quod denuntiat, aut ſaltem probando graue damnum incurreret. — *d* Ange. v. excom. 3. § 10.

e Ratio primi eſt, quia quod ſcitur, & probari nequit, reputatur, ut ignotum ad effectum renuntiandi. — *e* Nau. ubi ſup.

5 Ratio ſecundi eſt, quia cùm graui ſuo detrimento non eſt obediendum edictis, alioquin continerent errorem grauiſſimum, & intolerabilem.

6 *Cũ quid ſcitur a perſonis leuibus, & fide indignis.*

f Sextus, eſt, quando aliquid audiuit a perſonis fide non dignis, *g* & in his caſibus, in quibus quis reuelare non tenetur, poteſt etiam tutè iurare ſe neſcire, ſupple ad obligationem reuelandi. — *f* Nau. ca. 15. nu. 46. *g* Palud. & alij nu 33 § illud.

Dubitur quinto circa hæc eadem ſuperiorum edicta, quanto tempore duret eorum obligatio.

Superiorũ edictis ad literam obediendum cũ nihil continent contra ius naturale, aut diuinum, et hoc etiam in dubijs.

Dicendum primo. In delictis accuſandis, vel denuntiandis obſeruanda ſunt ad literam edicta ſuperiorum, niſi euidẽs ſit ea aliquid continere contra ius diuinum, & naturale, & in dubio etiã obediendum eſt cum credi debeat rem a ſuperiori maturè fuiſſe diſcuſſam.

Dicendum ſecundo. Circa delicta, quæ iure naturæ, & ex legali iuſtitia denuncianda ſunt, tandiù manet obligatio ea denuntiandi, quandiù perſeuerat neceſſitas boni communis, uel particularis.

Ratio eſt euidens, quia etiam ſine edictis ad id tenemur.

Dicendum tertio. Non denuntians intra tempus præfixum in edicti cenſuram incurrit, quando autem tempus non eſt præfixum intelligitur durare obligatio toto anno, quod colligitur ex eo ipſo, quod eiuſmodi edicta ſingulis annis conſueuerunt innouari.

h Dicendum quarto. Præcepta, quæ tantùm intra tempus viſitationis obſeruanda proponuntur ad denuntiationes faciendas non obligant eos, quibus hoc expleto innotuerint, & qui intra tempus ſciens non obediuit, peccauit quidem, eo tamen tranſacto amplius non obligatur. — *h* Salon. 2. 2. q. 68. 2. 1. controu. 2.

Dubitatur ſexto. An & quæ perſonæ ab accuſatione repellantur.

Reſpon-

a c prohibeatur 2. q. p. l. qui accuſare ff. de acc.

1 *Infamis, criminoſi.*

Reſpondeo primum q genus eſt eorum qui ob delicta eiuſmodi pœna afficiuntur, vt excommunicati, proditores publici, concubinarij, Vſurarij, & denique iure infames; ratio quia in accuſante authoritas requiritur; quia iſti ſunt ob delicta expoliati; b Excipitur tantum crimen hæreſis ob fauorem fidei.

b c. in fidei fauorẽ de hæret. in 6.

2 *Subditi filij, & ſerui [illegible] prælatorum parentum, & Dominorum.*

Secundo c ratione decentiæ ne accuſatio ex odio procedere videatur prohibentur ſubditi accuſare prælatos, ſerui dominos, filij parentes, poſſunt tamen ex affectu charitatis illos denũtiare.

3 *Clerici reſpectu laicorum in cauſa ſanguinis.*

Tertio ob reuerentiã ſtatus, & maxime in cauſa ſanguinis d clerici prohibentur laicos accuſare, vbi autem immineret publicum, vel priuatum damnum, poterunt iuridicè denuntiare, præmiſſa proteſtatione ſed nõ ſanguinis vindictam, ſed bonum publicum, aut priuatum procurare.

c S. Tho. 2. 2. q. 68. a. 1 ad 2.

Hæc autem prohibitio facta eſt clericis ſolum iure humano canonico e idq; rationabiliter, primo, quia ſunt miniſtri altaris, in quo Chriſtus offertur, qui cum percuteretur, non repercutiebat.

d c. ſicut ſacerdotes 2. q. 7. cap. hiſ a quib. 23. q. & c. ſentent ã ſanguinis ne clerici, vel monachi.

Secundo, quia in noua lege, quæ Clericis eſt commiſſa non determinatur pœna occiſionis, aut mutilationis.

Tertio ob munditiã requiſitam multò magis in miniſtris, quã in vaſis ſacris.

Clerici a cauſis ſanguinem concernentibus iure canonico tantum arcentur.

Demum nomine Clerici in f propoſito intelliguntur etiam minoribus ordinibus initiati, & hoc differt accuſatio, & iudicium, illa enim in cauſa ſanguinis omnibus generaliter eſt prohibita, hoc autem tantum eis qui in ſacris ſunt cõſtituti, ità vt illud exercentes peccaret mortaliter.

e S. Tho. 2. 2. q. 64. a. 4.

f & toto tit. de cle. percuſſ.

Quomodo accuſatio inſtituenda ſit, quibuſq; modis iniuſta reddatur, & de pœnis iniuſti accuſatoris.

Cap. XV.

Circa formam accuſationis Dubitatur primo. Quænam ſit forma accuſationis ex iure communi.

g 2. q. 3. per totam & l. ſicuti ff. de accuſ.

Reſpondeo hanc conſiſtere in triplici ſolẽnitate. g Prima eſt vt accuſatio fiat in ſcriptis, quod intelligendum eſt in grauibus, in leuibus enim, & manifeſtis id non eſt neceſſarium.

Ad formam accuſationis triplex ſolemnitas requiritur.

Secundo, vt in libello ſcribantur nomen accuſatoris, accuſati, & Iudicij, Species delicti, complices, locus & tempus quando delictum commiſſum eſt.

Tertio vt accuſator ad pœnam talionis ſe obliget.

Fieri

rantes in fide lapſu quodam linguæ, etiam ſi Doctores ſint & prælati; nam vel leuiſſima culpa, uel nulla fieri ſolet, ac proindè iniuſte famam lædunt, & alia damna inferunt, ad quorum omnium reſtitutionem tenentur.

Secundo. Idem exiſtimandum de eis, qui ex iniuria, vel inconſideratione inter deſputandum, aut concionandum aliqua proferunt minus catholica, quocirca ii omnes prius admonendi ſunt, maximè ſi alias bene audiant. 2

a Tertio. Id ipſum dicendum de rudibus, qui ex ſimplicitate, & ignorantia àliqua proferunt, parati alioquin ſe emendare, quare hi prius ex charitate admonendi ſunt, & inſtruendi. 3

a Vide Na in man. c. 11. nu. 21.

Præter debitam formam requiritur etiam in accuſatione iuſtitia, quæ b tripliciter violatur, calumnia, præuaricatione, & tergiuerſatione.

b c. ſi quẽ pænitue. rit 2 q. 3.

Præter formam requiritur etiã in accuſatione iuſtitia.

Is dicitur calumniari, qui ex malitia, & ſcienter falſum crimen alteri imponit, & non ſolum peccat, ſed etiam tenetur ad reſtitutionem, & neque ſufficit litem, ſiuè ciuilem, ſiue criminalem bona fide intentaſſe, nam quandocunque ſcientia ſuperueniat falſum eſſe quod in iudicio attentatur, deſiſtendum eſt. Qui verò ex leuibus motus coniecturis aliquem falsò accuſaret, potius temerarius, quàm calumniator reputabitur.

c S. Th. 2. 2 q. 62. ar. 2. ad 2. Salo. &c.

Quid ſit calumnia, & ad quid obliges.

c Secundo, dicitur etiam calumniator, qui verum quidem crimen alteri opponit, ſed occultum, quippe cum eiuſmodi crimen iuridice falſum ſit, vt pote quod probari non poteſt.

d Naua. c. 25. nu. 33.

Tertio. Calumniator eſt in ciuilibus qui rem ſibi vere debitam modis quærit indebitis vendicare, vt falſis inſtrumentis, d vbi autem taliter rem ſuam recuperat, peccat quidem ſed ad reſtitutionem non tenetur.

Calumniator eſt qui occultum crimen, ac proinde improbabile alteri obiicit in iudicio.

Secundo, peccat accuſator per præuaricationem, qui fraudulenter abſcondit ea crimina de quibus accuſationem proponit colludens cum reo, accipiendo falſas exceptiones, & veras probationes non adducendo, e etſi exinde damnum notabile ſequatur Reipublicæ, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

e S. Th. 2. 2 q. 68 ar. 3. Gab. & alii

f In cauſa verò ciuili, cum in ea quiſque propriæ indemnitati proſpiciat, ſicut poterat à principio litem intentare, ſic & in progreſſu deſiſtere.

Quomodo per præuaricat. peccet accuſator.

f Na c. inter uerba, conclu. 6. corrol. 61. nu 643

g Tertio. Peccat accuſator per tergiuerſationem, quando inordinate, & abſque cauſa deſiſtit ab accuſatione obligante eum ratione boni communis, uel ſaltem præcepto Iudicis ex officio in cauſa procedentis.

Quomodo per tergiuerſat.

g S. Th. ubi ſup.

Quatuor autem modis licite poteſt deſiſtere. Primo in cauſa propria, concernente ſcilicèt tantum iniuriam accuſatoris, non autem bonum commune.

h Med. C. de reb. reſtit. q. 29

Ratio, quia tunc non accuſat ex debito, ſed vtens iure ſuo, cui poteſt renuntiare licentia Iudicis, in ciuilibus autem etiam ſine eius licentia, modò non ſequatur ſcandalum, aut damnum tertii, h immo poterit etiam vt deſiſtat accipere pecuniam tuta conſcientia.

Modi, quibus licet accuſ. deſiſtere poſſit.

Se-

2 a Secundo. Cum iam lite bona fide intentata videt in progreſſu ſe eſſe deceptum, tunc enim poteſt deſiſtere, & componere ſe cum reo.

3 b 3. Propter metum cadentem in virum conſtantem, cum nemo cum tanto ſuo diſpendio cauſam proſequi teneatur.

4 Quarto. Ob Principis authoritatem, poteſt enim Princeps ex cauſa rationabili, aut accuſationem a principio repellere, aut admiſſam poſtea abolere. Quartum, quod in accuſatore conſideratur, eſt pœna; & quidem c olim pœna talionis plectebatur, id eſt eadem pœna, qua reus fuiſſet plectendus, ſi crimen fuiſſet probatum.

De pœna cõtra improbum accuſatorem.

Quid pœna talionis

Nunc autem in pleriſque locis eiuſmodi pena talionis, vt potè ſatis dura videtur in deſuetudinem abiiſſe, & tantum in aliquibus caſibus obſeruatur, quorum præcipuus eſt, quando accuſatus inique capite plexus eſt tali iniquitate accuſatoris, vel teſtis falſitate. d Regulariter autem Delatores iſti acri ſupplicio, iudicis arbitrio puniuntur, & hoc ad damnum reſarciendum accuſato; nam ad iniuriam Iudici, & Reipublicæ illatam compenſandum, manet infamis, e & indignus qui amplius in iudicio audiatur, aut aliquod munus publicum exerceat in poſterum, & ſi huiuſmodi infamia contracta ſit in foro Eccleſiaſtico, f eam ſolus Papa abolebit.

Pœna talionis aut alia extraordi. non infligitur accuſatori, ſi non peccauit ex malitia.

g Intelligenda verò ſunt hæc, cum accuſator ex malitia peccauit, non autem ex inculpata ignorantia; nam tunc ſicut propriè non eſt calumniator, ita neque pœna talionis plectendus, qua ratione nunquam punitur fiſcus quia accuſat bona fide, ad damna verò illata, tenetur vnuſquiſque priuatus, etiam ſi bona fide accuſauerit.

a c. ſi quæ pœnitu erit 2. q. 3.

b Sot. in relect. de regen. m. c. 2 q. 5. conc. 5.

c Deut. 19.

d arg. c. ſuper h. s. de accuſ.

e c. ſi quis 11 q. 3

f arg. c. Euphemia 3. q. 3. iũcta gl.

g c. ſi quis iratus 2. q. 3. S. Th. & alii nu. 19.

DE

De reo, eiuſque obligatione ad reſpondendum in iudicio. Cap. XVI.

Reus iuridice interrogatus veritatem fateri debet.

DVbitatur primo. An reus in iudicio interrogatus veritatem fateri teneatur.

Reſpondeo affimatiuè modo iuridicè interrogetur etiamſi vitæ diſcrimen ſubeat veritatem fatendo, idque cautum ex ſacris literis eſt, ex Iure Canonico, & communi Doctorum ſententia,

Non fateri veritatē in legitimo iudicio eſt ex genere ſuo peccatum mortale etiam ſi quis ſine iuramēto interrogetur.

Probatur etiam ratione quia Iudex cū ex poteſtate ſibi commiſſa habeat authoritatem puniendi delicta, habet conſequenter authoritatem vijs licitis, & neceſſarijs ad delictorum pùnitionem, inter quas eſt rei confeſſio *a* eſt ergo peccatum mortale ex genere ſuo veritatem celare, aut negare in legitimo iudicio, etiam ſi quis abſque iuramento interrogetur, fit enim contra Dei dilectionem cuius eſt iudicium, & contra obedientiam Iudici debitam.

a S. Tho. 2. 2. q. 69. a. 1. ad 3.

Idemque dicendum de teſte ex eiſdem rationibus & prӕterea quia facit contra dilectionem proximi inferendo damnum accuſatori, qui proindè deficit in probatione, ex paruitate autem materiæ non eſſet peccatum mortale, ut ſupra dictum eſt, & quoniam obligatio verum confitendi in legitimo iudicio aliundè ſumitur quam ex vi iuramenti ideò dictum eſt etiam ſine iuramento committi pecc. mort. ſi veritas non manifeſtetur.

Sollemnitates quæ præſertim in priuatis criminib. uſrequiruntur ut quis legitime interrogetur.

Dubitatur ſecundo. Quando dicetur Iudex legitimè interrogare. Pro ſolutione reuocanda ſunt in memoriam quæ alibi diximus circa criminum diſtinctionem. Alia enim ſunt contra bonum publicum in quibus non requiritur tanta ſollemnitas, quædam ſunt priuata, & rurſus in delictis prioris generis, vel præcedit infamia vel non, *b* & tunc nemo tenetur ſe prodere, neque interrogatus reſpondere ſecus de teſtibus, ii enim vt obuietur publico malo quod ſemper præſumitur imminere in futurum, tenentur denunſtiare etiam ſi non præcedat niſi delicti infamia.

b S. Tho. 2. 2. q. 69. a. 2.

Difficultas ergo remanet circa crimina priuata, in quibus maior ſollemnitas adhiberi debet, ſiquidem requiritur *c* primo vt interrogans ſit legitimus Iudex eius qui interrogetur alioquin cum nullum in eum imperium habeat, non tenebitur reſpondere.

c Sot. 5. Iuſt. qu. 4. a. 1. & alii communiter.

Secun-

2 Secundo vt adſit merita cauſæ, formaquæ Iuris obſeruetur iuxta modum ſecundum quem actio inſtituta eſt vel via denunciationis vel accuſationis debentque adeſſe ſufficientia indicia aut ſi vnum certè vehemens, vel ſemiplena probatio, ex vnius teſtis depoſitione qui ſit omni exceptione maior.

3 Tertio vt hæc Iuris forma ſit probata in proceſſu, & reo indicata tum quia hic reſpondere non teneatur, quouſque ſciat ſe iuridicè interrogari pręſertim in rebus grauibus, tum ſecundo, vt poſſit ſe purgare, & rationabiliter opponere.

Si ergo via inquiſitionis proceditur, conſtare ei debet de infamia, ſi via accuſationis conſtare debet de ſemiplena probatione, & ſi eam poteſt repellere, adhuc non tenetur reſpicere ſimiliter proponenda ſunt indicia, quibus Iudex innititur, quia ſi ab eis poteſt rationabiliter ſe purgare, non tenebitur reſpondere.

Rei interrogatio nō eſt inchoanda cum tortura ſicut neque cum iuramento.

Quouſque *a* igitur non conſtiterit reo ſe non legitimè interrogari immunis erit à reſpondendi obligatione, cùm nemo parere teneantur mandato antequam conſtet eſſe legitimum, hoc verò cōſtitutio tenetur vnuſquiſque reſpōdere veritatem etiam ſine iuramento à quo non eſt inchoandum iudicium *b* ſicut neque à tortura, *c* cum etiam iuramentum ſit tortura quædam ſpiritualis.

Vbi autem à *d* Iudice deferatur Iuramentum reo de veritate dicenda, abſque quod ei prius manifeſtauerit quam iuridicè interrogatur poterit reus abſque peccato per æquiuocationem celare veritatem.

Ratio quia iuramentum illud intelligitur de veritate quæ iuridicę interrogatur.

In caſu autem quod per falſos teſtes delictum conſtaret, adhuc obligaretur reus veritatem fateri.

Primū corrolarium.

Ratio quia iam legitimè interrogatur; ex hac Doctrina.

Infertur primo. Peccare mortaliter Iudices, & multò grauius quam perſona priuata, extorquendo pręter ius ſecretum delictum à reo.

Ratio quia eſt in graue damnum proximi, & ſi peccatum mortale eſt reuelare ſpontè ſecretum alterius, multò grauius peccatum erit adigere proximum ad ſe infamandum.

2 Secunda pars patet quia Iudex eſt cuſtos iuſtitię, &c.

Secundo Conſtito quod Iudex contra ius præcipiat non eſſe eſt obediendum ratio quia ſicut lex iniuſta non obligat, ita nec iniuſtum præceptum.

3 Tertio cum Iudex ſecretum delictum iniuſtè extorquet, non poteſt vltra procedere, aut reum punire.

Ratio quia cum medium eſt iniquum etiam cognitio inde parata iniqua eſt, & inutilis ad aliquem effectum Iuridicum, & quæ dicta ſunt procedunt etiam ſi ab initio Iudex bona fide crediderit ſe iuridicè procedere, nam ſtatim ac in progreſſu animaduertit rem aliter ſe habere tenetur deſiſtere.

a Sylu. V. Accuſ. q. 13. & V. confeſſio delicti q. 1. Sot. & alii n. 7. S. Alia cauſa.

b l. 1. l. maritus l. milites de quæſtion.

c Panor.

d Sot. relect. de tegeu. m. 2. q. 7. Nau. in c. inter verba cō clu. 6. corrol. 65. nu. 748.

Hoc autem dictum limitatur primo vt intelligatur de extorſione facta à iudice, nam ſi ab alio fiat, & deindè ad iudicem deferatur, hic iuridice procedit, & omnino per accidens eſt quod per iniuriam à priuato illatam delictum innotuit.

Extorſio per iniuriã facta à priuato circa delictum occultum non præiudicat iudici quin contra ipſum poſſit procedere.

Limitatur ſecundo modo non delictum vergat in publicam perniciem, nam tanta eſt vis boni communis, vt liceat aliquando iudici per priuatam iniuriam illi proſpicere.

Caueant tamen iudices ne vnquam cum Sacrametalis confeſſionis iniuria contra reos aliquid attentetur, eius enim comparatione nedum priuatum, ſed etiam publicum quodcunq; bonum eſt poſt habendum.

Dubitatur tertio. An quis iuridicè interrogatus detegere teneatur alterius delictum, quod ſub iuramento promiſerat ſeruare ſecretum.

Reſpondeo affirmatiuè, ex communi ſententia.

Legitimè interrogatus tenetur alterius detegere crimen etiam ſi ſub iuramento promiſiſſet ſecretum tenere.

Ratio quia fides ſecreti, & iuramenti non obligant contra ius naturæ quo bonum commune priuato eſt præferendum, ac proindè cum quis ſub iuramento promiſit aliquid ſecretum ſeruare, intelligitur id promittere ſecundum ius, excipitur tamen ſemper ſecretum in confeſſione ſacramentali acceptum.

Pro quo a not. non omnia quę in confeſſione ſciuntur cadere ſub eius ſigillum, nam peccata, & quæ intentione ſe accuſandi & accipiendi beneficium abſolutionis ſciuntur, verè ſub eius ſigillo ſacramentali tegenda ſunt, ſecus quando etiam laici dicunt dico tibi hoc ſub ſigillo confeſſionis etiam ſi præmittatur Confiteor, hæc enim omnia ſic accepta tantum obligant ſub ratione ſecreti.

a S. Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. & alij n. 14. §. notandum.

Dubitatur quarto. In dubijs quid agendum tam iudici, quam reo, & teſti.

Quid interſit inter dubium practicum & ſcrupulum

Pro ſolutione not. primo quod is dicitur habere dubium qui ità ſuſpenſus eſt animo, vt neutri contradictionis parti aſſentiatur ſcrupulum verò habere dicitur qui ita adhæret vni parti contradictionis vt tamen adhuc timeat alteram contradictionis partem forſitam eſſe veram.

Not. ſecundo quod aut certum eſt opus, quod pręcipitur eſſe licitum aut eſt tale, vt periculum habeat ad vtranque partem.

Not. tertio aut crimen de quo interrogat iudex cedit tantum in damnum delinquentis, aut in damnum alterius publicum vel priuatum.

Not. quarto, quod vergit in damnum alterius maxime publicũ, aut eſt in fieri, aut iam eſt præteritum. His ſuppoſitis.

In dubijs iudex non poteſt interrogare nec reus tenetur reſpondere.

b Dicendum primo Cum iudex dubius eſt an iuſtè poſſit procedere, non poteſt interrogare, conſequenter nec reus tenetur reſpondere.

b Salon 2. 2. q. 69. a. 1. contro. 3. conclu. 2.

Ratio primæ partis eſt quia in dubijs fauendum eſt reo.

Ratio ſecundæ quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, reus autem in hoc caſu eſt ſuę famę poſſeſſor.

Confirmatur vtraque pars ex regula generali quia in dubijs tu-

tior pars eſt eligenda, Præterea ex *a* duobus malis minus eſt eligendum, ſed minus malum eſt in dubijs non obedire quam ſe exponere periculo vt iniuſtè occidatur. *a* duor 3 la d.13.

Soluitur prima ratio in contrarium. Neque obſtat primo quod etiam iudex ſit in poſſeſſione ſuæ authoritatis reſpectu ſui ſubditi, nam hæc poſſeſſio non eſt niſi quando, & quatenus iuſtè pręcipit.

Soluitur ſecunda. Neque obſtat ſecundo quod videatur concedi mendacium tanquam licitum, nam potius conceditur vt minus malum Cæterùm concluſio intelligitur de crimine vergente tantum in damnum delinquentis.

Modo ne crimen ſit in damnũ tertij, & maxime Reipublicæ. *b* Dicendum ſecundo. Quando crimen eſt in damnum alterius, ſiuè ſit publicum, ſiuè priuatum, & adhuc imminens, & in fieri, debet iudex deponere dubium, & inclinare in fauorem Reipublicæ aut alterius priuatæ perſonæ. *b* So. rele. de tegen. m.3.q.2. concl.4.

Ratio quia hæc pars eſt minus periculoſa, & minus mala; nam minus malum eſt priuatam perſonam iniuſtè occidi quam Rempublicam pati damnum & ſimiliter cum ſit potior, ratio patientis iniuriam, quam inferentis, in dubijs minus malum erit nocere reo, quam ei, cui imminet damnum à reo inferendum.

Reus aut deſiſtat a crimine q̃d adhuc molitur in dãnum tertij aut interrogatus reſpondeat. Dicendum tertio cum crimen eſt in præiudicium tertij vel Reipublicæ tenetur reus aut deſiſtere omnino à malo inferendo, aut rogatus reſpondere, qua diſtinctione facta reconciliari poſſunt inter ſe *c* Bannes *d* Salon.

e Dicendum quarto cum conſtat reo crimen eſſe occultum, non debet illud iudici manifeſtare etiam ſi id ſub pœna excommunicationis præciperet, eam enim non incurrit, cum nemo contra ius, & iuſtitiam poſſit excommunicari. *c* 2.2.q.69 ar.2.p.1. dub.2.

f Dicendum quinto. Quando præceptum eſt de re tuta, ita vt nullum ſubinde periculum immineat, aut Reipublicæ aut reo, aut tertiæ perſonæ etiam in dubijs obediendum eſt, ratio quia nec superior debet reddere cauſam ſui præcepti, nec ſubditus rationabiliter poteſt moueri ad non obediendum, pro clariori autem doctrina ſubduntur infraſcriptę regulę. *d* ibidem controuerſ.3. *e* Sot. de tegen. m. 3.q 1.concluſ.4.

Regulę generales. Prima eſt in materia morali, pars illa minus dubia eſt, quæ eſt minus periculoſa. *f* Vide li. 1.c.13.

1

2 Secunda. Quando vtraq; pars eſt æquè periculoſa, eligenda eſt illa quam plures rationes concurunt.

3 Tertia. In dubio ſequenda eſt pars tuta, ſi oppoſita tuta non ſit.

4 Quarta ſi neutra pars tuta ſit, eligenda eſt ea potius in qua minus eſt periculi.

Dubitatur quinto. An, & qua ratione inquirere poſſit iudex per tormenta & ad quid teneatur ſic interrogatus.

g Dicendum autem eſt primo. Licitum eſſe reos torquere ad veritatem extorquendam cum legitimè interrogari eam fateri nolunt. *g* c.illi qui 5.q. 5. S. Ambr li. de Cain & Abel c 6. S.Aug.19. ciu.c.6.

Contrarium docuit *h* Lud. Viues, Probat, nam pleriq; vi tormentorum fatentur quod non patiantur, & è contra alij robuſtiores *h* in com. li.19. ciu. Dei c.6.

ſtiores tormenta ſuperantes pęnas euadunt,cum ſint nocentes.

Soluitur rō Ludou Viues in contrariū.

Reſpondeo ſatis eſſe in humanis iudicijs humanam habere certitudinem,qualis ex tormentis haberi poteſt,quod autem innocẽtes tormentis aliquando ſuccumbant,& noxij ab eiſdem euadant per accidens eſt,& ſi quid hæc ratio ualeret,neque per teſtes iudicia fieri deberent, cum plerique conuincantur falſitatis.

Dicendum ſecundo, Multò minora indicia requiri ad citandũ, & capiendum reum, quam ad eundem torquendum, neque hoc controuerſum eſt apud aliquem.

a l.ex libro, ff. de quæſt.

Sine īdicijs, aut ſemiplena probatione nemo torquendus.

a Dicendum tertio. Sine indicijs ſufficienter probatis,aut ſemiplena probatione neminem poſſe torqueri, dicitur autem & tortura quæſtio apud Legiſlatores quaſi quærens mentem,quia per eam veritas inquiritur,quæ autem indicia ſufficiant, generalis regula dari non poteſt,*b* ſed Iudicis prudentiæ relinquitur,regulariter autem vnum indicium ad torturam non ſufficit, modò illud ita vehemens non ſit, quod pluribus æquiualere cenſeatur, ſufficit etiam dictum unius complicis modò in tormentis ſit confirmatum habita præſertim ratione qualitatis criminis & perſonæ, vnde mendacij pręſumptio tollatur.*c* Item ſufficit ad torquendum rei inconſtantia, & titubatio, aut mendacium,& quæ dicta ſunt, locum babent cum proceditur uia accuſationis.

b Sil. in v. iudicium.

c vide Cl. lib. 5. rec. ſen. pract. cri. q. 25.

Quando autem proceditur uia inquiſitionis ſatis eſt ad torturã clamoroſa inſinuatio iuridicè probata,ſeu infamia.

d Bart. in l. pen. ff. de quæſt.

Veritas per iniuſtam torturam habita, nihil prodeſt ad iudicium.

d Dicendum quarto. Cum iudex per iniuſtam torturam graui metu,& vi illatam extorquet à reo proprij criminis confeſſionẽ, vel indicia,aut teſtes,quibus conuinci poteſt,aut complices delicti,non poteſt ex eiuſmodi confeſſione procedere ad aliquam executionem,modò ſcandalum non ſequatur Ratio concluſ. eſt,quia cum medium eſt iniquum cognitio ex eo parata iniqua eſt.

Dixi graui metu, nam ſi quis ex leui comminationem torturæ veritatem fateretur,illius puſillanimitati potius,quàm Iudicis ſęuitiæ imputabitur. *e* Caueat tamen ſemper Iudex,ne tormentorũ immanitate aliquem perpetuo debilitet,aut occidat.

e l. quẽad mod. illius. ff. de q. & Doct. apud Say. nu. 26. §. dixi.

f Dicendum quinto. In hac præſertim materia ſeruari debet locorum conſuetudo;& quoniam iam ultimo ſupplicio condemnati ſolent immaniter torqueri,prudẽter ſe gerant Iudices,ne vi tormentorum adigant eos ad ea reuelanda, ad quæ iuridicè non poſſunt,proinde rem cum peritis Confeſſarijs tranſigant,qui reos præmoneant,& inducant ad ea tantum,quæ iuſta ſunt facienda.

f Nau. cā. 18. nu. 59. & alij nu. 27.

Dicendum ſexto. Vt licitum eſt Iudici dolo bono uti ad veritatem eruendam,ita à dolo malo abſtineat, nempe à falſis promiſſionibus, vel à ficta rei condemnatione.

Caueat inſuper ne fingat ſe iuramentum daturum,ei quem videt periuraturum,quod intelligitur quando vere eum ad iurãdũ non poſſet iuridice compellere. Plura de hac materia apud *g* Doctores.

g Igna. Lopez de Salzedo i Cõmen pract. c. cri. c. 126.

Difficultates Circa iudicem, & Reum in quærendo, & Reſpondendo. Cap. XVII.

PRimo dubitatur. An reus infamatus de vno crimine poſſit de alijs occultis à ſe commiſſis interrogari.

a Henri. quol. 9. q. 25. S. Th. 22. q. 69. a. 2. Sot. 5. iuſti. q. 6. conclu 1. & alij nu. 1. §. 2. ſententia.

Reus non tenetur reſpondere de ſuis occultis criminibus. Prima limitatio.

a Reſpondeo negatiuè, ratio quia ad iuridicam inquiſitionem requiritur nedum infamia delicti, ſed etiam perſonæ, præſertim cum infamatus de vno delicto poſſit circa alia habere. bonum nomen, ex quo ſoluitur ratio *b* Pal. & *c* aliorum qui contrarium docuerunt.

b 4. d. 19. q. 4. S. Anton. Tab. n. 1. §. Prima eſt.

Hęc autem concluſio limitatur primo cum crimen, de quo quis iuſtè diffamatus, ità moraliter eſt cum alio coniunctum, vt ſit ſufficiens indicium & infamia alterius &c.

Secunda limitatio.

Secundo cum unum crimen cognoſci nequit ſine alterius cognitione, vt conuictus v.g. de furto in Eccleſia legitime poteſt interrogari an fores eccleſiæ fregerit.

Ampliatio.

Hæc autem doctrina extenditur etiam ad prælatos Religioſorum, qui peccant præcipiendo ſubditis vt reuelēt crimina de quibus non ſunt infamati, & ſubditi non tenentur obedire, cum non cenſeantur iuri naturali ceſſiſſe, nec ſufficit ſimplex ſuſpitio ad inquirendum, ſed ſemper requiritur infamia, & ſufficientia indicia tam criminis, quam perſonæ ut quis iuſtè poſſit interrogari, & ſicut reus, ita & teſtis non eſt interrogandus niſi de ijs criminibus, de quibus reus eſt infamatus.

Non licet iudici interrogare de complicibus niſi in crimine contra bonum publicum vergēte. Et etiam cōtra bonum particulare ſi crimen perdeat in futurum.

Dubitatur ſecundo. An conuictus vel confeſſus, interrogari poſſit de complicibus omnino occultis.

c Apud Say. nu. 5. §. Alii tamen circa mediū.

Dicendum primo non licere ex iure communi tam *c* Canonico quam ciuili interrogare de ſocijs criminis niſi ſit eiuſmodi, quod uergat in damnum publicum, ratio quia non eſt contrà aliquem procedendum niſi contra eum præcedat infamia, uel accuſator vrgeat quin inſuper reus eos reuelans peccaret mortaliter ratio quia complices infamaret ſine cauſa legitima.

d vide gl. in l. fin. C. de accuſ. & Sot. 5. iuſt. q 6. a. 2.

Secus in *d* crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis, proditionis, falſæ monetę publici latrocinij, & conſimilium, cum hæc ſint contra bonum publicum & præſertim cum pendent in futurū, ratio quia

pro-

proprium iudicis munus eſt conſu lere bono commnni non obſtā tibus priuatis commodis. Idemque dicendum de crimine particulari ſi pendeat in futurum, & eſt contra innocentiam tertij, pro quo ſit,

Regula generalis.

a Regula ad impediendum damnum quod imminet Reipublicę aut tertiæ perſonæ tenetur reus interrogatus occultos complices reuelare, non autem cum peccatum eſt præteritum, & ſocij ſunt emendati, idem dicendum de teſtibus. Quocirca cum inquiſitio eſt tantum ad pœnam infligendam, non ad impediendum malū quod iam factum eſt, & ſubſecuta eſt delinquentium ſecreta emēdatio, ſicut iudex peccat interrogando tam reum quam teſtes de occultis criminum ſocijs, ita & iſti peccant reuelando &c.

a Sot. ibidem.

Dicendū ſecundo etiam crimine vergēte contra bonum priuatum, ſed quod ex ſui natura ſocium requirat, licet iudici principalem iam infamatum interrogare de ſociis, & reus tenetur reſpondere, ratio quia ex eo quod conſtat publicè aliquem crimen illud patraſſe, eſt etiam publicum aliquem alium concurriſſe, ac proinde cum Reipublicæ expediat puniri delicta, poteſt inquiri & cæt.

Dicendum tertio in criminibus particularibus occultis, etiam ſi de ſui natura requirant complices non licet de complicibus interrogare, nec reus debet reſpondere, ratio quia de iure naturę eſt, ne fiat inquiſitio quando infamia non pręcedit, niſi in caſibus, in quibus id expedit bono communi, neque aliter per contrariam conſuetudinem introduci poteſt, eſſet enim contra naturalem legem, *b* imò contra taliter iniuſtè reuelatos non poſſet procedi.

Licet iudici particularē diffamatum de crimine etiam vergente in priuatum damnum interrogare de ſocijs ſi crimen ex ſui natura ſocium admittat.

b Cai. So. Salon.

Dubitatur tertio. An ſi falſo cōtra aliquem procedat v.g. quod aliquem occiderit, & interrogetur de re quam verè facit v. g. an gladius ſupra cadauer occiſi inuentus ſit ſuus, verè enim illum commodauit bona fide interfectori, teneatur veritatem fateri, præſertim cum hoc ſit ſufficiens indicium contra ipſum de crimine quod non patrauit.

c Reſpondeo negatiuè, ratio quia præterquam quod ob illam confeſſionem ſubiret immerito periculum, iudex non interrogat legitimè, ſed procedit ex falſa preſumptione, ſecus ſi ſe ab omni criminis ſuſpitione purgare poſſet &c.

c So. in relect. de tegen. m. 2. q. 7. cōcl. 3 dub. 1.

Dubitatur quarto. An abſoluendus ſit qui legitimè interrogatus, veritatem metu mortis celauit iudici.

Legitime interrogatus à iudice, & veritatem negans durante cauſa non eſt abſoluendus ſacramentaliter.

d Dicendum primo. Qui iuridicè interrogatus veritatem negat durante cauſa, ita vt nec per iudicis ſententiam, nec per fugā, nec alia via liberatus ſit, peccat mortaliter cum illam fateri teneatur etiam vitæ periculo, ac proindè vt perſeuerans in peccato eſt incapax abſolutionis, & multo magis ſi ſit conuictus, & condemnatus ob ſcandalum proximi & iudicis iniuriam.

d Vide So. vbi ſupra m. 2. q. 7. in conclu. 2. 5. iuſt. q 6. a. 2. Bānes Salon. Tolet. n. 12.

Cautio pro confeſſorib.

Videat tamen confeſſarius nequid imprudenter agat in hoc caſu denegando, vel impertiendo indebitè abſolutionem, ſed inquirat diligenter ab aduocato aut à reo ſit ne aliquis defectus in proceſſu tam circa iuris ordinem quam teſtium depoſitiones, & in-

T 2 du-

Dubitatur ſeptimo. Qualiter ſe gerere poſſit, aut debeat reus cum de crimine vero præter iuris ordinem à Iudice interrogetur in hac re.

a S. Th. 2. 2 q 69. ar. 1.

a Primo. Certum eſt non licere mentiri, ſiue in iudicio, ſiue extra, tàm cum iuramento, quam ſine, etiam ad mortem vitandã, cum ſit intrinsecè malum, vt ſupra dictum eſt.

Mẽdaciũ nunquã licitum.

Secundo. Poſſe reum, & cum iuramento, ſed non iuridicè interrogatum verbis ambiguis Iudicem eludere, & veritatem occultare; iuramentum autem non obligat noſmetipſos ad id, ad quod ex mera Iuſtitia non tenemur, ſed ſolum debitum illud adauget.

b Na. c. 25 nu. 43.

b Tertio. Si Iudex ſub pœnis reum compellat reſpondere, poteſt ab illo mandato appellare; niſi timeat Iudicem in eum ſæuiturum.

c Sic oẽs, excep. Genaſio Sepulueda, v de Authores apud Sayr. nu. 21. § 4

Quarto. Cum non prodeſt, aut non expedit appellatio, c licet vti verbis æquiuocis, etiam ſi ad reſpondendum ſit cum iuramento compulſus, neque hoc eſt fallere Iudicem, ſed permittere, vt ex ſe Iudex fallatur, & ſemper ex cauſa iuſta licebit vti amphibologia, etiam ſi quis à Superiore per obedientiam aſtringatur.

Aequiuocatio ex cã iuſta, licita ẽ

d Sot. 5. iuſt. q 6 ar. 2. cõcl. 7.

d Quinto. Etiam teſtem poſſe vti æquiuocatione citrà periculum mendacij, & periurij, cum non iuridicè interrogatur, negans enim ſe ſcire aliquid eo tantum ſenſu intelligit, nempè vt reuelet in iudicio, &c.

Teſtis non iuridice interrogatus, põt vti æquiuocatione.

Hęc cum certa ſint controuertitur, an Iudex interrogans reum aut teſtem, vt apertè dicant, an fuerit, aut ſciat tale delictum ab aliquo perpetratum negare poſſint, cum ſint contra iuris ordinem interrogati.

e Azo. t. 1. inſt. mor. l. 11. c. 4, d. 5. reg. 2.

e Reſpondeo affirmatiuè. Tunc enim eorum ſenſus eſt. Non feci, non vidi, non audiui, ſupple quod tibi nunc iuridicè tenear manifeſtare, aut tu poſſis interogare, nam ſicut Iudex qui per priuatam ſcientiam aliquem nouit delinquentem, in iudicio tamen probatum inocentem, condemnare nequit, quia procedere debet ſecundum ſcientiam publicam ita cum interrogat de eis tantum debet intendere, quorum publica, & iudicialis cognitio haberi poteſt.

Reus & teſtis ẽt cum a Iudice prohibentur vti amphibologica, poſſunt amphibologice reſpondere, cum non ſint iuridice interrogati.

Et confirmatur. Nam cum in aliqua propoſitione poſſunt intelligi & ſuppleri aliquæ particulæ ex circunſtantia loci temporis, aut perſonarum, quas non tenetur alteri quis exprimere, idem eſt ac ſi particulæ illæ expreſſe ponerentur, ne propoſitio illa ſit falſa, ſic in propoſito.

f 2. 2. q. 86 ar. 7 ad 4.

Rurſus hoc idem confirmatur ex Diuo f Thoma docente, quod quando non eſt eadem intentio iurantis, & ei, cui fit iuramentum, ſi dolus intercedat ex parte iurantis, debet ſeruari ſecũdum intentionem eius, cui præſtatur. ſi ſecus vt contingit in caſu noſtro, debet ſeruari ſecundum mentem iurantis.

Extrà iudicium verò, & cum non eſt circunſtantia, quæ cogat amphibologiã, abſtinendum erit ab ea, cum bonum cõmune exi-

gat, vt extra neceſſitatem ſermo noſter ſincerus ſit. *a* Salon. 2. 2. q. 69. a. contr. 11. in fin.

Teſtis ad teſtificandum accedens, nõ per viã aquæ vocationis. *a* Illud prætereà notandum, quod quæ dicta ſunt de teſte, intelligi debent de eo, qui ad iudicium vocatur, & tamen iuridicè non interrogatur, non tamen de eo, qui ſe ſpontè offert ad teſtificandum.

Dubitatur octauo. Quando licitum ſit reo declinare iudicium per appellationem, & ſupponitur.

Quid ſi appellatio, & quo fieri debet. Primo, quod *b* appellatio eſt prouocatio à minori Iudice ad maiorem; in ipſa autem exprimi debent nomen appellantis, & Iudicis à quo appellatur, & ſententia, à qua appellatur, & perſona, ad quam appellatur, quæ neceſſariò debet eſſe maior. *b* Pano. in rub. de appell. nu. 3.

Appell. vel iudicialis, vel extraiudicialis. Secundo. Appellatio vel eſt iudicialis, ſcilicet prouocatio ad Iudicem ſuperiorem ratione iniquæ ſententiæ, vel extraiudicialis quę eſt à præſenti, vel futuro grauamine prouocato, & illa quidem ſi legitima eſt, ſuſpendit ſententiam, & iuriſdictionem Iudicis quoad illam cauſam, hęc verò ſi probabilis eſt, cauſam ad ſuperiorem transfert per modum grauaminis, ita vt ea pendente, nihil in eius præiudicium attentetur.

Appellatio differt a ſupplicatione. Tertio. Differt appellatio, quæ eſt ad ſuperiorem Iudicem à ſupplicatione, quæ fit ad eundem, qui ſententiam tulit, qua reus fatetur ſententiam eſſe iuſtam, ſupplicat tamen vt iterum cauſa videatur, ſi fortè ſit locus moderationis, & miſericordiæ. His poſitis.

Appell. eſt licita iure naturæ. *c* Dicendum primo, accepto grauamine; licet ad ſuperiorem appellare, ſuadet enim ius naturale, vt quis ſe omni meliori modo tueatur, & hoc neque excommunicatis denegatur, & procedit Concluſio. *c* c. omnis oppreſſus. 2. q. 6. *d* S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 3. ad 2.

Limitatur primo. *d* Primo. Quando appellatio fit à Iudice ordinario ad ſuum legitimum ſuperiorem non autem à Iudice arbitro, cuius ſententiæ compromiſerunt acquieſcere litigantes. *e* S. Th. loco cit.

Ratio diſparitatis eſt, quia Iudicis arbitri poteſtas à litigantium voluntate dependet, ſecus de Iudice Ordinario, *e* ſi autem contingat eundem eſſe Iudicem Ordinarium, & arbitrum conceditur appellatio, tunc enim occaſio electionis in arbitrum videtur fuiſſe officium ordinarium, quo quis fungebatur, & rurſus ſi inde plures electi ſunt arbitri, ſententiæ tamen ferendæ non omnes interfuerunt, tunc etiam licitum eſt ad Ordinarium appellare, cum nota inconſtantiæ & leuitatis non militet. *f* ca. anteriorum. 2. q. 6.

Secundo procedit, modò duæ adſint conditiones.

f Prima, vt intra terminum decem dierum à lata ſententia appelletur. *g* directæ c. tua nobis, de appellat.

Secunda, vt nondum tres ſententiæ concordes emanarint ſupra eandem cauſam, *g* Et quamuis olim non fuerit permiſſum vſque tertio appellare, nunc autem conſuetudo contrarium obtinuit, & certè vt optima ratione permiſſa eſt appellatio, vt ſcilicet reo daretur occaſio omnem ſuam defenſionem afferendi, ita congruum fuit, vt aliquis terminus appellationibus præfigeretur, ne cauſę perpetuò durarent.

Eiuſ-

Eiuſmodi autem tres appellationes admittuntur ſolum in cauſa præcipua non autem circa acceſſoria, in his enim licet tantum Iudicem poſtulare, vt proſpiciat diligentius, non tamen appellare.

a c Quicūque c. omnino 2. q. 6. §. Tho. alij n. 34.

Appellant calumnioſe pecc. mort.

Dicendum ſecundo. *a* Qui calumnioſè appellat ideſt ad differendam, vel repellendam iuſtam ſententiam peccat mortaliter. Ratio quia re dum uiolat obedientiam Iudici debitam, ſed etiam infert illi, & teſtibus iniuriam, quaſi aut hi falſum depoſuerint, aut ille præpoſterè iudicauerit, & damnum perturbat actoris iuſtitiam.

Intelligitur autē Concluſio quando conſtat ſententiam latam omni ex parte eſſe iuſtam.

His verò dubitatur primo. An liceat appellare Quando Prudētum iudicio ſententia eſt dubia.

b Salon. 2. 2. q. 69 ar. 3. Sot. 5. Iuſt. q 6. a. 3.

In cauſa criminali licet Reo ſi ſententia prudentum iudicio eſt dubia ad ſuperiorē appellare.

Prima Concluſio. *b* In cauſa criminali, & capitali licitum eſt reo ad ſuperiorem Iudicem appellare.

Ratio quia exiſtente opinionum probabilium uarietate, *c* debet Iudex inclinare in fauorem Rei; ergo ſi id non fecit licebit Reo ad ſuperiorem appellare, ſeque omni via honeſta iure naturę tueri.

c Reg. cū ſūt de reg. iur. in 6.

d Salō. Bāñes vbi ſupra.

Nec non cū Iudex relicta probabiliori ſententia tantum probabilem ſequi voluit.

Secunda *d* poteſt etiam Reus appellare cum Iudex rellicta probabiliori ſententia eam quæ probabilis eſt ſequi voluit.

Ratio quia tunc non imponit falſum crimen Iudici, ſed tantū proponit, an probabiliorem ſententiam relinquere potuerit, & ſectari tantum probabilem, *e* Idemque licebit, cum opiniones ſunt æquè probabiles, ratio quæ ſupra.

e Say. propoſ. 3. nu. 35.

Tertia. ſi Iudex inferior ſecundum cōmunem, & probabiliorē opinionem iudicabit, & conſtat Reo quod ſuperior ſequitur minus probabilem non licet appellare.

Ratio quia in dubijs opinio probabilior, & æquior ſequenda eſt, & iniuriam faceret Iudici, qui rectè munus exercuit.

f reg. c. per tuas de ſent. excōmun.

Quarta Iura prohibentia apellationem in aliquibus caſibus, procedunt in foro exteriori tātum, cum alioquin Iudex grauans reum ſemper peccet, non admittendo appellationem, *f* & non eſt neceſſarium vt ſententia ſit iniuſta ſecundum acta, ſed ſatis eſt vt reipſa credatur iniuſta, & quod pro producenda de nouo talem eſſe demonſtrari poſſit.

Alexan. 3. Boniſac. 8. Eugen. 4. Illius 2.

Dubitatur ſecundo. An religioſis licitum ſit appellare in grauaminibus ſibi illatis.

Dicendum primo. Pontifices regularibus prohibentes appellationes intelligi debere in mandatis, & correctionibus quæ fiunt ſecundum ſtatuta regulæ & ratio eſt in promptu, qui enim corrigit iuxta regulam non grauat qui autem grauat, e nnon eſt perpeſſus ab appellatione iure repellitur.

Vbi autem in eiuſmodi quoque regularibus correctionibus modum excederet ſuperior, nō eſſet deneganda appellatio, eſt enim iuſta, & conſequēter iure naturæ concedenda, alioquin eſſent deterioris conditionis quam ſeculares, & dato etiam quod non poſ-

Quid ſpecialiter circa appellationes fratrum de obſeruantia Greg. XIII cõſtituerit

ſent ad ſuperiorem, accedere per viam appellationis, poſſunt ſaltem per uiam ſimplicis quærolæ grauatus adire ſuperiorem, qui cauſa cognita tenetur facere quæ optimus Iudex ad ſe appellanti legitimè faceret.

Dicendum ſecundo. Quod licet ex coſtitutione *a* Gregorij XIII. ſit prohibitum ſub pæna excommunicationis, & priuationis, &c. minoribus de obſeruantia appellare ad ſecularia tribunalia, & ad ea temerè confugere, cum tamen à ſuis ſuperioribus grauantur, poſſunt per eandem Bullam ad generalem miniſtrum, & gradatim ad protectorem & ad Congregationem Cardinalium appellare. Neque appellandi conceſſio contrariatur *b* Concilio Triden. hoc enim ſolum prohibuit ne regulares perſonaliter ad ſuperiores recurrant, niſi obtenta prius ab eis licentia in ſcriptis, *c* quam niſi deferant retineri quidem poſſunt à locorum ordinarijs, non tamen puniri.

Soluitur obiectio ex Tridẽ ino.

Dicendum tertio. Apellare eſt quidem conforme iuri naturæ ſed non eo modo quo ab eadem natura præſcriptum eſt parentes honorare, ideſt poſitiuè ſed potius negatiuè cum id nemini prohibeat, quo etiam modo nubere dicimus eſſe de iure naturæ, & hinc fit quod religioſi videntur quodammodo ceſſiſſe huic iuri cum promiſerint uiuere ſecundum regulam, & obſeruantiã ſtatutorum eiuſdem regulæ ac proinde optimè cautum eſt à Pontificibus ne ipſi ad ſæcularium tribunalia appellentur, cum hoc ab ipſiſmet Religionibus ſit conſtitutum, quarum decorem eiuſmodi appellationes maximè denigrarent. *d* Quin imò neque paſſim ad Protectorem, vel Sacram Congrationem apellare debent, ſed tantum in cauſis grauioribus.

Nec obſtat ſi dicas poſſe aliquem hoc modo plus iuſto grauari, & carere appellationis remedio, quia cum intrà Religionem ſint varij Prælati alij alijs ſuperiores non eſt credendum omnes ità iniquos futuros vt ſubditus ab omnibus grauetur; & hoc etiam conceſſo bonũ hoc priuatum tam exiguum eſt reſpectu damnorum quæ ex huiuſmodi appellationib. conſequuntur, ut Religioſus potius illius iacturam pati debeat quàm iſta cauſare.

a Quæ incipit quoniam noſtro anno 1575.

b ſeſſ. 25. de regul. c. 4.

c Nau. in c. nullam 18. q. 2. n. 51.

d Valen. to. 3. diſp. 5. q. 13. p. 2. & alij nu. 42.

DE

De obedientia rei in extorquendo ſententiam iuſta Iudicis. Cap. XVIII.

Reus iuſtè condemnatus tenetur obedire.

Supponitur reum iuſtè condemnatum debere Iudici, eiuſque miniſtris obedire, & Iudicem poteſtatem habere cogendi reum, ſecus ſiquis iniuſtè ſit condemnatus, remoto enim ſcandalo, & Reipublicæ perturbatione poteſt ſe licitè defendere.

Ratio quia tunc non ſe habet, ut Iudex, ſed vt inuaſor tanto iniquior, quanto ſub colore iuſtitiæ iniquitatem exercet.

Dubitatur primo. An Innocens conuictus tamen per allegata, & probata vt nocens, & condemnatus licitè poſſit ſe contra Iudicem, eiuſque miniſtros defendere.

a Sot. 5. Iuſt q. 6. a. 4 & al j num. 3 §. Communis.

Reſpondeo *a* ex communi poſse quidem ſe defendere per fugam, & enitendo ſe à miniſtris eripere, non autem per vim ideſt mortem, aut vulnera, inferendo, ratio primi eſt quia ipſe uerè eſt innocens, ratio ſecundi quia Iudex iuridicè condemnauit. Nec argumenta Bannes contrarium docentis quidquam obtinent.

Quid poſſit reus in dubio an ſit iuſte vel iniuſte condemnatus.

b vt ſup. c. 16.

c arg. c. 2. Reg. cum ſunt de reg iu. i 6.

Vbi autem reus prudenter dubitis eſſet de ſententiæ iuſtitia, admoneatur Iudex vt cauſam maturius examinet, quod ſi facere neglexerit poteſt reus ceſſante ſcandalo ſe etiam per vim defendere ac ſi iniuſtè eſſet condemnatus: *b* tum quia non tenetur in probabili dubio cum proprio ſuo damno obedire, tum quia in dubio quod in proprium vergit notabile detrimentum *c* potior eſt ratio patientis, quam inferentis iniuriam.

Dubitatur ſecundo. An condemnatus iuſtè ad carceres tanquā ad pœnam non tanquam ad cuſtodiā poſsit licitè ab eis aufugere.

Carcer pro pœna dari poteſt.

d c. quamuis de pœnis in 6. c. ſiquis clericus diſt. 81. & alij Iurib. n. 6. §. quod vero.

Et quidem perpetuo carceri poſse deputari delinquētes, quod capitali ſupplicio æquiualet, patet ex *d* Sacris Canonibus, qui cum pœnam mortis non infligant pro atrocioribus delictis, ne maneant impunita eiuſmodi pœnam elegerant, In hac ergo difficultate.

Secus cum carcer eſt ad pœnam.

e Dicendum primo. Recluſus in carcere nondum ad pœnam; ſed ad cuſtodiā licitè poteſt aufugere Ratio, quia utitur iure ſuo.

Dicendum ſecundo. Damnatus iuſtè ad carcerem ſiue temporalem, ſiue perpetuum aufugere non poteſt ſine peccato.

Ratio

Dicendum primò actus, vel directè, & immediate ad mortem tendunt, vt proiicere ſe de ſcala, ſeipſum trucidare, venenum ſumere, & hos non poteſt reus exercere, vel tantum mediate, ut furcam aſcendere, collum extendere permanere in carcere, & hi exerceri poſſunt *a* vt etiam eos conſtat ſanctos martires exercuiſſe.

a c. non eſt numerũ 23 q 5.

Dicendum ſecundo, teneri reum permanere in carcere ſi ei à Iudice vnà cum capitali ſupplicio præcipiatur, nam ſi quis iuſte vitâ priuari poteſt, ergo multò magis fugiendi libertate quidquid Sot. *b* & alii doceant in contrarium.

b 5. Iuſt. q. 6. a 4 Lopez Arag. Salon, nu. 14. §. quo ad alium.

Dubitatur quinto. An liceat reo, vt corporalem pœnam euadat cuſtodes donis corrumpere.

Reſpondeo affirmatiue: Ratio quia habet ius vitam propriam conſeruandi quod ſi cuſtos damnum ſubinde patitur, ſibi imputet qui ſciens, & volens permiſit ſe corrumpi.

Licitum eſt cuſtodes carceris pecunia corrumpere.

Dubitatur ſexto. An liceat ſeorſim à violentia cuſtodem decipere, & aufugere.

Reſpondeo affirmatiue modò dolus ſit eiuſmodi, vt eum cuſtos præcauere poterit, & eſt eadem ratio quia in ludis, & bellis aſtutiæ quædam licitæ ſunt, ſibique imputet cuſtos quod non præcauerit.

Et citra vim decipere ad fugã.

Dubitatur ſeptimo. An ſit licitum fugere cum damno futuro cuſtodis, & aliorum.

Reſpondeo affirmatiue. *c* Ratio quia reus ſic fugiendo vtitur iure ſuo, quod autem inde alijs damnum ſequatur eſt præter intẽtionem fugientis; & illis imputetur quod non bene cuſtodierint.

Dubitatur octauo. An ſicut reo licet fugere, liceat etiam compedes limare fores infringere, &c. vt per fugam euadat pœnam.

c c. inter cætera 22. q 4. c. Euphemium 2. q. 3

Dicendum primo. Non licet reo per uim cuſtodi iniectam fugam arripere, vt v.g. percutiendo, ligando, os obſtruendo, &c. qui enim poteſtati reſiſtit hoc modo Dei ordinationi reſiſtit.

Dicendum ſecundo, cum reo licitum eſt aufugere, licitum quoque erit vincula, & carceres rumpere ad euadendum.

Ratio quia habens ius ad aliquid, habet conſequenter facultatem citrà vim, & iniuriam remouendi impedimenta.

Cum licet fugere licet etiam carceres, & uincula frangere ad euadẽdum.

Contrarium docuerunt *d* Gandau. & alii probant primo cui licet tranſire per agrum alienum nõ licet ſepem agri dirumpere; ergo & reo licebit aufugere tantum cum fores patuerint, abſtinendo ab effractione.

d quol. 9. a. 25. Io. maior Couar. Sylu. & alii nu. 18. § prima eſt.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem cum nemo habeat ius intrãſiendi per alienum agrum, vel domum niſi de conſenſu domini, quare cum poſſit per uiam ordinariam pergere non eſt cur ei ſæpis, uel oſtii perfractio concedatur, ſecus de reo, &c.

Soluitur prima ratio Gand. in contrarium

Probant ſecundo. Sic infertur uis, & iniuria quod non licet.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo non cuſtodibus, ſed rebus inanimatis, & irrationa-

libus

libus vim,& iniuriam inferri,quod non eſt prohibitum, hinc neque irrogaretur iniuria Iudici ſi damnatus,& proiectus ab beſtias eas perimeret.

Probant tertio ſi id liceret,non eſſet impoſita pœna contra carcerum effractores.

Reſpondeo legem eſſe iuſtam, & habere vim obligandi etiam in conſcientia poſt ſententiam,ſunt enim eiuſmodi pænæ veluti conditionales tacita conuentione inter Reum , & Iudicem facta , vt vterque exponatur periculo , hic iuſtitiæ non exequendæ, illi pęnæ grauiſſimæ etiam capitis ſi capiatur luendæ.

Reus non tenetur ad damna quæ ex carceris fractione ſequuntur, Non eſt illicitum conſilium imperiri, & inſtrumenta obortuna miniſtrare ad ſuadendum de carcere.

a Quin inſuper Reus ſic fugiens neque tenetur ad damna quæ ex carceris fractione & fuga ſequuntur, etiam ſi alii ſecum volentes auſugiant, b modò ne eos conſilio , aut vi adegerit ad fugiendum,de reliquo miniſtris imputetur qui carceres diligentius non cuſtodierint.

Dubitatur nono. An ſit licitum amicis conſulere iuſtè condemnato vt fugiat,& ei auxilium ferre ad carceres effringendos.

c Reſpondeo quamuis nulli ab extra liceat carceres effringere vt vinctus fugiat,hoc enim eſſet vim inferre publicæ poteſtati, & iuſtitiam perturbare,multoq; maius crimen ſit ita fores publicæ cuſtodiæ eſtringere quam priuatæ domus,conſulere tamen fugā, & inſtrumenta conferre vt fugere queat non erit illicitum , ratio quia cum ſit licitum fugam conſulere,licebit conſequenter inſtrumenta ad fugam oportuna ſubminiſtrare ; item ſi carceratus habet ius fugiendi , ergo poſſum illi prębere media ad fugam ᶜ cum hæc reus per ſe habere non poſſit, niſi ab alio ſubminiſtretur.

Lege prohibere poteſt ne quis ad fugiendum e carcere in ſubminiſtret.

Cæterum poſſet Princeps per ſtatutum licitè prohibere ne quis huiuſmodi inſtrumenta carceribus mancipatis ſubminiſtret.

Dubitatur decimo. An ſeruandum ſit iuramentum de redeundo ad carcerem etiam ſi ſit ad mortem damnatus.

Innocens poteſt redire ad carcerē etiam iniurioſum, & cum uitæ periculo ut fidelitatē iuramenti.

d Dicendum primo iuſte ad mortem damnatum teneri ſub reatu periurii redire ad carcerem quamuis ſciat ſe moriturum,ratio quia iuramentum licitum obligat in conſcientia,& mors iuſte illi eſt inferenda.

Dicendum ſecundo ſi reus eſt innocens,ſed tamen per allegata, & probata conuictus eſt nocens,etiam tenetur redire ad carcerem ratio,quia & ſententia lata eſt ſecundum iuris ordinem,& carcere non eſt iniurioſus.

Damnatus ut fame pereat poteſt, & accipere oblatos cibos, & ab eis licite abſtinere.

e Dicendum tertio etiam poſſe aliquem redire ad carcerem iniurioſum,& ad mortem innocenter ſubeundam, f ratio quia ſeruandum eſt iuramentum quando id fieri poteſt ſine periculo ſalutis ſpiritualis.

Item ſi licet reo iuſte condemnato redire ob bonum iuſtitiæ licebit hoc ipſum innocenti ob bonum fidelitatis, & iuramenti religionem. Eſt autem etiam probabilis contraria g opinio.

Dubitur undecimo . An iuſte damnatus ut fame pereat , poſſit & teneatur oblatos cibos ſumere.

h Reſpondeo utrunque ei licitum eſſe & abſtinere , & ſumere ratio

a Bannes 2.2. q. 69. ar. 4. dub. 2. conclu. 3. Valen. to.3. diſp. 5. quæ.13. punct 4
b Menocchius 2.de arbitr. iudic. centuria 4 caſu 301. n.
c Caiet. 2. 2.q 69. ar. 4 dub.5.
d Tolet.li. 4.c.22. Lopez Nau.
e Rom. in l. ſtipulationis nu. 78. ff. de uer. obli. arg l.5.§. ſapiens.
f c. ſi uero de iureiu.
g Nau. & aliorum.
h So.5.iu. q.6.art. 4. Tabiena Maior. n. 28.§.2.eſt.

ratio primæ partis eſt quia non comedendo non eſt ſui occiſor; ſed ſolum non conſeruat vitam ex cauſa hon eſta, quod licitum eſt & præceptum negatiuum, non occides non violatur niſi per actū poſitiuum, & ab illo ſolum qui non conſerua t uitam quando poteſt, & debet, nec aliqua iuſta cauſa mouetur ad illam non conſeruandam, quod non eſt in caſu preſenti ea enim ratione non comedit ut iuſtam mortem à iudice ſibi inflictam patiatur, & quamuis ad hoc non obligetur, poteſt tamen ſi uelit illud exequi ſicut nec contra præceptum facit qui pro charitate, Religione, aut aliqua uirtute defendenda uitam exponit.

Obijcitur hoc eſt occidere ſeipſum.

Soluitur inſtantia. Reſpondeo eſſe tantum omittere ſui conſeruationem ob iuſtam cauſam quod licitum eſt non ſecus ac licet aggreſſo ſi probabiliter ſperet ſe eſſe in gratia pati mortem, & non occidere inuaſorem quem credit in peccato moriturum.

a Secunda pars concluſionis patet, quia ſic damnatus non iubetur non comedere ſed tantum pati illud mortis genus cum ei cibus non datur.

a S. Th. 2. 2. q. 68. a. 4. ad 2.

Dubitatur duodecimo. An liceat aliis ſic ad mortem damnato cibum miniſtrare.

Reſpondeo miniſtros iuſtitiæ non poſſe, alios uero poſſe, ſed non teneri, prima pars patet quia eis ex officio incumbit iuſtitiæ executio.

Secunda pars probatur quia cum ſic damnatus licite poſſit cibos ſumere, ſic & priuati licite eos poterunt miniſtrare, cum eis iuſtitiæ executio non ſit demandata. Demum probatur.

Tertia pars quia ſicut hi damnati non tenentur comedere, ita nec alii miniſtrare, & ob iuſtam ſententiam priuatus eſt ut ſibi in extrema neceſſitate ab aliis miniſtretur.

DE

De culpa, & Repulſa teſtium in Iudicio. Cap. XIX.

Teſtis teneri poteſt ad veritatem uel ratione iuramenti uel ratione iuſtitię uel ratione ueracitatis.

DVbitatur primo. An & quando peccatũ ſit falſum teſtimonium in iudicio perhiber. Pro Reſolutione.

Not. primo obligari poſſe teſtem ad veritatem dicendam, vel ratione iuramenti cum regulariter teſtis non recipiatur niſi iuratus, vel ratione iuſtitię cum ſcilicet, iudex eum iuridicè interrogat, vel demum ratione veracitatis quam vnuſquisque in dictis ſuis, & præſertim in iudicio habere debet.

Mendaciũ triplex. Materiale. Formale. & utrequе modo ſimul

Not. ſecundo, iudicium poſſe eſſe iniquum, vel in genere charitatis, quia ſcilicet, ex odio iudex condemnat Reum quamuis iuridicè vel in genere iuſtitiæ, quia non ſeruato iuris ordine.

Not. tertio, mendacium in iudicio, vel eſt tale materialiter tantum vt cum quis falſum dicit, putans ſe verum fateri, vel formaliter tantum cum quis veritatem loquitur, ſed putat dicere falſitatem vel vtroquemodo cum quis & falſum profert, & animum habet falſum proferendi. His prænotatis.

a Dicendum primo, teſtimonium falſum in iudicio iniuſto ſecũdo modo, ſed abſque iuramento eſt tantum peccatum veniale, ratio quia tunc teſtis non obligatur niſi ratione veracitatis, vt quilibet alius etiam extra iudicium.

b Dicendum ſecundo, etiam ſeorſim à iuramento & iniuria cõtra tertiam perſonam mentiri in iudicio iniuſto ſolum primo modo eſt peccatum mortale, ratio quia directè peccat contrà iuſtitiam debitam, & cõſequenter iniuriam infert iudici, & Reipublicæ quibus eſt inobediens. intelligitur autem vt alibi dictum eſt in re graui, nam ſi leuis ſit ſolum foret peccatum ueniale.

Falſum teſtimonium cum iuramento ſemper eſſe pec. mort. etiam in re leui & extra iudicium.

c Dicendum tertio, mentiri in iudicio ſolum materialiter poſt adhibitam diligentiam, & citrà iuramentum nullum omninò peccatum eſt, ex charitate autem teneretur ſe retractare, modò inde nullum incurreret damnum.

d Dicendum quarto. Ferens falſum teſtimonium iuxtà dicta in prima. & tertia concluſione, nullam incurrit reſtituendi obligationem, patet quia inculpabiliter mentitus eſt, ac proinde nullam commiſit iniuſtitiam.

e Dicen. quinto, falſum teſtimoniũ cum iuramento ſiuè in iudicio, ſiuè extra, ſiuè in re graui, ſiue leui, ſemper eſt peccatũ mort.

a S. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 4. in corp.
b Salõ. Bãnes Ang. ibidẽ Silu. Valen.
c Authores qui ſupra.
d Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. Rodriguez Tol. & alii n 6.
e S. Th. ubi ſupra, & expoſitores Naua. ca. 25. nu. 40.

Ratio

Ratio, quia ſemper eſt periurus, periurium autem non ſolũ in genere, ſed & in indiuiduo ſemper eſt peccatum mortale, cum ſemper grauis iniuria Deo inferatur, eum in teſtem falſitatis inducendo.

Dubitatur ſecundo. Ad quam reſtitutionem teneatur teſtis falſus deponens in iudicio.

In hac difficultate certum eſt primo. Quod ſi retractatio nihil eſt profutura, ad eam non tenetur, ſed ſolùm ad damni compenſationem.

Secundo, quod ſi ex loco tuto ſententiam ſuam poſsit reuocare, non tenetur Iudici ſe offerre.

Remanet ergo difficultas, an cum res ita ſe habet, vt niſi cum certo ſuæ vitæ periculo alium nequeat liberare, ad id teneatur.

Teſtis, qui ſua falſitate aliũ in vitæ diſcrimẽ adduxit, tenetur ſub eodẽ diſcrimine ſe retractare.

a Reſpondeo affirmatiuè, quia licet vnuſquiſque magis vitæ ſuæ, quàm alienæ prouidere teneatur, id tamen ſolum verum eſt cæteris paribus, ſed in hoc caſu proximus eſt in vitæ diſcrimine ob iniuſtitiam teſtis ergo, &c. Quod intelligitur iuxtà limitationem ſuperius factam, modò ſcilicet nouerit ſe circà Innocentis liberationem profuturum, &c. alioquin ſi reus iam ſit vltimo ſupplicio affectus, vel partes iam concordauerint, tenetur ad damna ſolum compenſanda, etſi id etiam commodè fieri nequit, dum viuit moriendo hæredibus committat.

a Caiet. loco cit. Sotus 4. iuſt. q. 6. a. 3.

Sed quid dicendum in caſu, quo & alij quoque teſtes cum debeant, nolint tamen ſe retractare.

Dicendum primo. Si teſtimonium non fuit cauſa efficax damni vt potè, quia iam reus erat aliorum teſtimonio conuictus, ita vt ſuum teſtimonium, nec ad pœnam ſimpliciter, nec ad grauiorem pœnam inferendam fuerit neceſſarium, quamuis peccauerit contra charitatem, ad aliquam tamen reſtitutionem non tenetur.

b Dicendum ſecundo. Si ipſe fuit in cauſa vt alij falſum teſtimonium dicerent, tenetur illos monere, vt ſe retractent, quod ſi nolint, tenetur eos manifeſtare cum mortis periculo, & hoc ex iuſtitia, cum verè ipſe ſit cauſa mortis innocentis, ſi verò non induxit ex charitate tantum, ad eadem obligabitur, ſed non cum vitæ periculo.

b Pet. N. 1. de reſt. c. 3. p. 2. d. 11. n. 254.

Dicendum tertio. Quando plures falſi teſtes ita concurrunt, vt omnes ſimul ſint cauſa efficax damni, tunc ſi quis in loco tuto conſtitutus poteſt ſe retractare, ad id tenetur, nam quamuis nihil proficiat vitæ innocentis, proficit tamen propriæ conſcientiæ, cum vere ad ſe retractandum teneatur.

Dicendum quarto. Quando plures teſtes ſic concurrunt ad dãnum alterius, probabilius videtur teneri ſemper teſtem falſum ad dictum ſuum retractandum, quia quando ſunt plures falſi teſtes, omnes tenentur in ſolidum, reſtitutio autem fieri nequit niſi cum vitæ periculo.

Neque verò, quod alij velint in peccato perſiſtere, ipſe excuſabitur & forte ſperari poterit, quod ſui ipſius exemplo cæteri reſipiſcant.

Dicen-

Dicendum quinto. Si aliquis ex ignorantia non culpabili, vel obliuione falſum depoſuit, ob quod alter morti eſt condemnatus, non tenetur cum vitæ periculo retractare, *a* vt ſupra dictum eſt *b*, ſed neque ad damni reſtitutionem obligatur.

Ratio hæc eſt, quia non tenetur ratione rei, cum nihil poſitiue acceperit, neque ratione iniuſtæ teſtificationis, cum tantum materialiter mentitus ſit, & ad hoc compenſandum non tenetur cum tanto ſuo incommodo.

a dubio 1. præp. 4.
b Rodriq. tractat de ord. iudi. c.7. conc. 5.

Confirmatur, nam ſi in hoc caſu excuſatur à periurio, quod eſt offenſa Dei, ergo multò magis excuſabitur ab offenſa proximi, ſed caueat vnuſquiſque, an verò tantum materialiter in iudicio mentitus ſit.

Dicendum ſexto. *c* Qui ex falſa ſui depoſitione damnum intulit in famam, vel bona proximi, tenetur ad ſe retractandum etiã cum vitæ periculo, & ad damni compenſationem. Ratio eſt, quia peccauit contra iuſtitiam, &c.

c Corduba qu 67. §. ſecũdo. Pet. Nau. &c.

Dubitatur tertio. An acceptam pecuniam pro falſo teſtimonio ferendo, quis teneatur reſtituere, & ſupplemento pro uero teſtimonio ferendo pecuniam non poſſe accipi, & acceptam debere reſtitui poſt Iudicis ſententiam.

d Reſpondeo. Eum, qui vt falſum in iudicio diceret, pecuniam accepit, teneri illico ante omnem ſentẽtiam, ad reſtitutionẽ.

Teſtis acceptam pecuniã ad falſum teſtificandum illico tenetur reſtituere.

Ratio eſt, quia tenetur quis ex iuſtitia falſum non dicere, pecunia verò contra iuſtitiam accepta ſtatim in foro animæ ex natura rei, ratione ſcilicet iniquæ acceptionis debet reſtitui, & ampliatur concluſio etiam ſi pecunia à tertia perſona daretur.

d Salon, Carduba, Bann. v a lent. num. 12 § Reſpondeo.

Dubitatur quarto. In cuius fauorem debeamus interpretari teſtimonium, quod eſt dubium.

Dubiam teſtis depoſitionem debemus regulariter in fauorem rei interpretari.

e Reſpondeo regulariter in fauorem rei. Ratio eſt, quia is, qui accuſat, vel probat, eo ipſo tenetur clare, & aperte probare, aliàs ſibi imputet.

In aliquibus tamen caſibus ſecus ſe habet *f* nam in teſtamento inofficioſo iudicatur in fauorem teſtamenti contra reum, *g* ſimiliter in cauſa matrimonij, in fauorem matrimonij, nec non in cauſa libertatis, & dotis, unde verſus.

Fallit in teſtam. inoff. In cã matrimonij.

h Stat Teſtamentum, Libertas, Coniugium, Dos.

Quibus addi poteſt poſsidẽs, in dubijs enim ſemper melior eſt conditio poſsidentis.

Dubitatur quinto. Quinam a teſtando repelli poſſint.

Reſpondeo. Hi, quibus qualitates ſequentibus verſibus comprehenſę deficiunt.

e Gloſſa in cap. ex l i teris, ver. in l berali cauſa, & in ca. præſentia, de probatio. & aliis iuribus, numero decimoquito.
f ff de inofficioſ. teſtamen.
g capit. ſi quis acceperit, cap. continebatur, de ſponſ. impub.
h Capitolo finali, de ſententia, & re iudicata.

Con-

Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama.
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requiras.

Diſtinctus *a* autem ad quinque capita rediguntur. Primum continet mores ratione quorum repelluntur teſtes, aut propter errorem, *b* vt infideles, aut propter malitiam, *c* vt infames.

Secundò naturam circà quam duo etiam conſiderantur, ætas, & ſexus, ratione primi non admittuntur pueri infrà annum 14. ætatis, cum tamen adoleuerint *d* poterunt teſtificari de facto, non tamen de eius circunſtantijs, ſi conijci poſſint tunc eos fuiſſe doli capaces; ratione ſexus non admittuntur *e* mulieres, niſi ad ſimoniam *f* accuſandum.

In cauſa *g* pecuniaria, vel matrimoniali, vel legitimitate filij, tandem in Criminalibus admittuntur ad *h* ſuam, ſuorumque iniuriam proſequendam.

Tertium caput, continet fortunam circà quam etiam duo licet conſiderare, ſcilicet conditionem ſeruitutis, & aduerſitatem paupertatis, habent enim ſeruitus annexum dominationis timorē, & paupertas temporalium amorem; vnde ſerui, & pauperes quia proindè facilè ad mendacium adiguntur, in teſtes recipi nequeūt.

Hoc autem intelligitur de ſeruis quandiù manent in ſeruitute, & rurſus interrogari poſſunt ſerui de his, quę ſpectant ad dominum ſuum, *i* & contra eum recipitur in crimine adulterij, fraudati cenſus, & læſæ Maieſtatis, K & quando aliter veritas erui nequit.

Quartum reſpicit animum, & conſiderandi erunt ex hoc capite intelligimus, & affectus eius, qui teſtificatur, ac proindè quinque genera hominum excluduntur nempè *l* Furioſi, *m* Inimici, Domeſtici, *n* Familiares, *o* & vnuſquiſque in re ſua.

Vltimum *p* deniquè Caput concernit ſtatum, ratione cuius duo etiam perſonarum genera conſiderantur extrà Iudicium, & in Iudicio extrà iudicium conſideratur ſtatus laicorum, & clericorum, & quia laici, vt plurimum clericis ſunt in faſtidium in criminalibus contrà clericos teſtificari non poſſunt, In iudicio repellitur accuſator, & Iudex. Hic verò dubitari poteſt, an clericus teſtificans contrà laicum in cauſa criminali etiam præmiſſa proteſtatione ſi reus morte plectatur ſit irregularis.

Reſpondeo affirmatiuè *q* ratio quia ſolum ei à Iure permittitur in cauſa propria accuſare, vel denuntiare, præmiſſa tamen proteſtatione.

a De his S. Thom. 2.2. q. 70. a. 3. & alij nu. 16.

b ca. 1. de teſtibus c. alieni erroris & c. non poteſt. 2. q. 7.

c c. ad teſtimoniū 4. quæſt. 3. inſtitu. de teſt §. 3.

d c. Relato iuncta glo. in V. pueritia d. 37.

e c. exco. 15. q. 3. c. mulierem 33. q. 5.

f c. tanta de ſim.

g c. Tranſmiſsę qui filij ſunt legit.

h c. de crimine 15. quæſtione 3.

i cap. Epiſcopus & cap. quæſtionem 12. q. 2.

K capit. ſi teſtes, quarta, quæſt. 3. *l* cap. in primis 2. q. 1.

m capit. accuſatores 3. quæſt. 5. &c.

n capit. ſi teſtes quarta, quæſt. 3.

o ibidem §. omnibus.

p 2. quæſt. ſeptima, per totam.

q Sayr. tom. 1. theſ. libro 6. cap. 18. dub. 6. numero 10.

Teſtes repelli poſſunt.

1 *Ob mores, idque aut ratione erroris aut malitia.*

2 *Ob naturam & hoc vel ratione ætatis vel Sexus.*

3 *Ob fortunam in ordine ad intellectum, & affectum vnde excluduntur Furioſi. Inimici. Domeſtici. Familiares. & vnuſquiſque in cauſa propria.*

5 *Ob ſtatum perſonarum in iudicio & extra iudicium.*

Dubitatur ſexto. An filius in criminalibus contra patrem teſtificari poſſit.

a Reſpondeo regulariter non poſſe, & quidem prætermiſſo crimine læſæ maieſtatis, *b* in quo citrà contumeliam teſtificari poteſt, *c* ſicut & ſeruus contra dominum. Difficultas eſt, quid dicendum in crimine hæreſis.

a ca. ſi teſtes 4. q. 3.
b l. parētes ff. de teſtibus, &c.
c l. pen ff. ad le. Iul. maieſt.

Filius debet agere contra patrem ſecūdū in crim ne læſæ maieſ. ſed etiam hæreſis.

d Reſpondeo etiam teneri filium patrem accuſare, condemnare, contrà eum teſtificari.

Probatur. Tenetur in crimine proditionis patriæ, & læſæ maieſtatis, ergo a fortiori in crimine hæreſis.

Confirmatur. Bonum commune fidei, debet præferri priuato, priuſque honorandus eſt Deus, quàm parentes. *e* Præterea quælibet perſona compelli poteſt ad teſtificandum in factis, quæ aliter probari nequeunt, *f* ſed regulariter hæreſis eſt huiuſmodi, & multò magis procedit concluſio quando pater filium ſollicitauit ad hęreſim.

d Caſtro l. 2. de iuſta hær. pun. c. vl. Ang &c.
e l. pen. ff. ad Iul. maieſt.
f arg. c. cū ex iniuncto, de hæret.

Soluitur 1. & in cōtrarium Abu. et Simāca.

Contrarium docuerunt *g* Abulen. & *h* Simancas. Probatur primo. Tenetur filius reuereri patrem.

Reſpondeo. Sed magis Deum.

Probant ſecundo. Nemo tenetur denuntiare, & teſtificari cum ſibi indè ſequitur magnum damnum ſpirituale, vel temporale, ſed filius ex eiuſmodi actione redditur infamis, & multa ſcandala, & diſcordiæ oriri poſſunt, &c.

g Deut. 18 q. 1.
h Inſt. cat. tit 29.

Soluitur 2

Reſpondeo. In hoc caſu haberetur filius, non vt infamis, ſed tanquam bonus ciuis, & Catholicus, ac proindè potius præmiandus, quam puniendus. *i* Scandala verò, & diſcordiæ ſequi nequeunt, cum nomina teſtium omnino celemur, & demum hæc omnia non præponderant bono Fidei, & Religionis.

i cap. ſi. de hære in 6.
l cap. 13.

Probant tertio ex libro *l* Deuter. vbi enumeratis ijs, a quibus vnuſquiſque peruerti poteſt, & iniuncto præcepto, vt denuntientur, non ſit mentio de patre.

Soluitur 3.

m Reſpondeo, ibi ſub nomine filij, intelligendum eſſe etiam patrem, ſi enim pater filium pręcipitur in eo caſu denuntiare, ergo è conuerſo, & cæt. Cæterum negari non debet, quin vbi crimen per alios probari poſſet, non eſſent exigenda teſtimonia filiorum.

m Caieta. Nau.

Limit Concluſionis.

Dubitatur ſeptimo. An licitum ſit reo obiicere teſtibus quæcunque crimina ad eos repellendos. In hac re.

A reo pellē dos teſtis ē falſos nō licet eis falſa crimina obijcere.

n Primo. Certum eſt nunquam licitum eſſe teſti obijcere falſum crimen, ſiue ipſe verum teſtatus ſit, ſiue falſum.

n Sot 4. inſtit. q. 7. a. 3.

Ratio, quia cum hoc ſit mendacium pernicioſum, & conſequēter intrinſecè malum, eſt peccatum mortale ex genere ſuo.

Secundo. Certum eſt falſo teſti licet ad propriam defenſionem obiicere crimina, tum publica, tum priuata.

Ratio eſt, quia in caſu noſtro teſtis falſus eſt inuaſor, ergo licebit innocenti vti quibuſcunque mediis a iure permiſſis, & procedit hoc etiam ſi teſtis deponeret falſum ex ignorantia.

Vt autem crimina occulta ritè obiici poſſint, requiritur primo

eſſe

ne ſint impertinentia ad inualidandum eius teſtimonium. 1
Secundo, vt poſſit aliter teſtem repellere. 2
Tertio, ne damnum quod infertur ſit grauis, damno accepto. Addunt alij, vt infamiam teſtis non intendat, ſed propriam defenſionem, ne teſt is ſpontè, & temere ad teſtificandum acceſſerit. Cæterum tres tantum priores conditiones ſatis ſunt.

3 *a* Tertio. Certum eſt licitum quoque eſſe reo obijcere teſti crimina occulta, ſeruatis tribus ſuperioribus conditionibus, etiam cum verum dixit, modo illa in iudicio probari poſſint, & ſibi imputet teſt is, quod ſciens tale damnum ſibi imminere, teſtari uoluit, cum tamen cum tanti damni periculo, non tenetur Iudici reſpondere. Quod autem reus id poſſit facere, patet, quia vtitur iure ſuo, &c.

a Rodriq. tract. de or. iud. c. 8 conc. 3. & 4.

Quarto. Certum eſt cum crimina manifeſta obiecta ſunt, teneri Iudicem illum repellere, quouſque uerò occulta obiecta non ſunt, non teneri de illis reum interrogare, cum non fungatur Aduocati munere, ſed Iudicis. Dubium ſolum eſt, An reus obijciés falſum crimen falſo teſti, peccet contra iuſtitiam, & contra charitatem.

Reus falſo teſti falſũ crimẽ obijciẽs peccat contra charitatem & contra iuſtitiam.

b Reſpondeo habita ratione ad iudicium, quia hoc procedit ex falſa teſtis depoſitioni, & conſequenter in ſe eſt nullum, vt ſic, quia nullam infert iniuriam Iudici non peccat, ſecus eſt habita ratione ad teſtem falſum, reſpectu cuius eſt aggreſſor, cum ſe per medium illicitum tueatur, ac proinde peccat nedum contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, & ex probabiliori ſententia, ſemper peccat mortaliter.

b S. Th. 2. 2. q. 70. ar. 4 ad 2.

De obligatione teſtium ad ueritatem dicendam quotieſcunque iuridice interrogentur. Cap. XX.

IN primis *a* ſuppoſito, quod ſicut reus; ita & teſts iuridicè interrogatus, etiam abſque iuramento, tenetur dicere veritatem, & quod aliter peccat contra obedientiam Iudici debitam, et graue damnum Reipublicæ inferat, cui expedit delicta puniri, & parti etiam plurimũ noceat, preſertim in ciuilibus. *a S.Th. & alij apud Say. n. 1. in princ.*

Dubitatur primo. Quando teſtis cenſeatur iuridice intergari.

Quando cenſeatur teſtis iuridicè interrogari & in dubiis quō ſe gerat.

b Reſpondeo, quando à Iudice competente interrogatur, uel de manifeſtis, vel de ijs, in quibus præceſſit infamia; in dubijs autem ſi res tuta ſit, debet teſtis in fauorem Iudicis inclinare, ſecus ſi reo periculum immineat; Item cum periculum imminet Reipub. omnibus alijs poſt habitis ei fauendum eſt in dubijs. *b S.Th. 2. 2.q.70.a.1.*

Teſtes producti ab accuſatore tenentur veritatem fateri

Dubitatur ſecundo. Quando teneatur teſtis Iudice per uiam accuſationis procedente reſpondere.

Etiã ſi unicus teſtis producatur.

Reſpondeo, quoties adeſt accuſator, & ab eo plures teſtes producuntur; nam ſicut tunc Iudex iuridicè interogat, ita & teſtes tenentur reſpondere, cum merito prohibita accuſatione, & teſtium productione poſſit Iudex ſuſpicari teſtes rem noſſe.

Et quamuis id negent *c* aliqui, quando unicus tantum teſtis productus eſt, *d* adhuc tamen aſſerendum eſt etiam procedere in hoc caſu, vt & vnicus teſtis productus ab accuſatore ueritaté dicere teneatur, & in hoc eſt diſpar ratio inter reum, & teſtem, quippè Iudex reum interogare non poteſt, niſi præcedat ſemiplena probatio uel infamia, vel vt ſupra dictũ eſt, at uero etiam ſi iſta non præcedant, ius habet Iudex interogandi teſtes, quia ſæpe accuſator aliàs periculum infamiæ incureret, & crimina manerent impunita, & rurſus eo ipſo, quod quis accuſatur, & producitur vnus teſtis, iam adeſt infamia, cum criminis conſcius ſit accuſator, & Iudex, atque adeò teſtis interrogatus tenebitur reſpondere, neque enim quod clarum, & manifeſtum eſt, conſiſtit in indiuiſibili, ſed in eo dantur gradus, & gradus, in quorum vltimo reponitur eiuſmodi infamia, tantum non teneretur teſtis unicus

c Sil. v. teſtis. qu. 8. &c.
d Hoſtiẽ.

unicus productus ſi delictum ſeruare ſecretum eſſet nonlicitus.

Dubitatur tertio. Quid dicendum quando Iudex via inquiſitionis procedit.

Quid dicendum quando Iudex procedit via inquiſitionis Prima Concluſio.

Dicendum primo. Si delictũ ſit in damnum commune, aut notabiliter lædens tertiam perſonam, & pendens adnc in futurum quandocunque ſciens authorem etiam ſi unicus ſit tenetur illum prodere, ratio eſt à fortiori, nam ad hoc tenetur etiam non rogatus. Iudex autem interrogabit in hoc caſu an teſtis ſciat aliquem tali delecto obnoxium.

Nec obſtat, quod tunc reus exponatur periculo torturæ, nam ſibi imputet quod tale crimen coram uno teſte perpetrauerit, ex cuius depoſitione torqueri poſſit.

a Valen. to. 3. diſp. 5. q. 14. p. 1. concl. 1.

Dicendum ſecundo. Crimen quod non eſt contra bonum publicum, & iam patratum eſt, v. g. iacet cadauer interfecti in platea, ſi unus teſtis ſciat homicidam no tenetur reuelare, nam Iudex etiam ſi de delicto inquirat ſpecialiter, de authore tamen non niſi generaliter inquirere, poteſt, *a* ſecus ſi Iudex ſub præcepto obedientiæ, aut alia graui pœna præciperet, vt quicunque delicti notorij authorem ſciret, illum proderet, aliqui enim probabiliter credunt in eo caſu etiam teneri vnicum teſtem ad deponendam veritatem: ratio quia præceptum eſt iuſtum, cum bono communi expediat.

b Docto. res in ca. inquiſitionis de accuſat.

c Sylu. V. inquiſitio 1. q. 4. Sot. & alij.

Dicendum tertio. *b* Ad hoc, ut Iudex legitimè interroget ſpecialiter, & teſtis ſic rogatus reſpondere teneatur ſufficit, & requiritur quod infamia præceſſerit tam delicti, quam perſonæ in particulari. Et quidem rationabiliter, ita per ius humanum conſtitutum eſt vt aliter non procedatur, voluit enim bono communi prouidere cum minori qua fieri poſſet iactura famæ particularium. 3

d S. Tho. 4. d. 21. q. 3. & alij nu. 12.

Excipiuntur *c* tamen aliqui caſus vt læſę Maieſtatis, hæreſis, falſæ monetæ huiuſmodi, in quibus valdè expediens fuit Reipublicæ, vt procederetur etiam infamia non præcedente.

Dubitatur quarto. An habens delictum ſub ſigillo ſecreti, illud reuelare teneatur ſi a Iudice legitime de eo interrogetur, In hac difficultate.

e Inn. in c. Qualiter & quãdo. 1. de acc. Pan. in c. dilectus de exceſſ. prelañ & alij n. 13.

Secretũ Sacramentale nunquam reuelandum à teſte.

Primo certum eſt, *d* ſecretum in uera Sacramentali confeſſione habitum nulla vnquam ratione prodendum, vt ſup.

Secundo, *e* certum eſt quodcunque aliud ſecretum reuelandum eſſe, quando crimen eſt pendens futurum, & contra bonum publicum, Ratio eſt a fortiori, nam ſi eiuſmodi crimen denuntiare tenemur, ergo multo magis teſtificari.

f Gandau. quol. q. 5. Th. 2. 2 q. 70. a. 1. ad 2.

Nec aliud quando nullum damnũ immineat in futurum Reipublicæ vel tertiæ perſonæ.

Tertio *f* certum eſt quod quando crimen non pendet in futurum, & ſolum inquiritur ad puniendum, non autem ad euitandũ ſiquis promiſit ſecretum tenere non tenetur reuelare Iudici legitimè interroganti, aut etiam Prælato præcipienti, ratio quia concurrentib. duobus præceptis inuicem repugnãtibus ſeruandũ eſt quod eſt maius, ſed maius eſt ſeruare ſecretũ cũ ſit de iure naturæ & maximè faciens pro fama, & bonis proximi quã ſit obedire Superiorum mandatis, præſertim cum hæc ſeruanda intelligantur,

Secreti reuelatio ex ſuo genere eſt mortale quamuis ſit veniale ex leuitate materiæ

cum non ſunt contra ius diuinum, aut naturale, ut in caſu noſtro, erit *a* autem huiuſmodi indebita ſecreti reuelatio etiam ex genere ſuo peccatum mortale quamuis ex leuitate materiæ poſſit eſſe ueniale, prima pars patet, quia grauius eſt diffamare proximũ quam furari, ſed furtum eſt ex ſuo genere mortale. Item quia cõmittitur iniuſtitia quę ex genere ſuo eſt peccatum mortale.

a Caiet. 2.2.q. 70. ar.1.in fine, &c.

Secunda pars patet, quia furtum etiam quod eſt contra ius naturæ poteſt eſſe veniale ex leuitate materiæ, In dubijs autẽ an materia leuis ſit, reuelando quis peccat mortaliter hæc autem materiæ leuitas non contingit in ſecreto Sacramentalis confeſſionis ſemper enim reuelando grauiter læditur Sacramentum, & publicas utilitates.

Dubitatur quinto An interrogatus quis de occultis criminibus teneatur reſpondere.

Reſp. negatiuè tã reſpectu teſtis, quã rei, patet ex ſupradictis.

Quando obligetur quis etiam inuitus teſtificari.

Prima Concluſio.

Dubitatur ſexto. Quando obligetur qui etiam non uocatus, & rogatus teſtificari.

Dicendum primo *b* in cauſis ciuilibus quotieſcunque proximus graue patitur detrimẽtũ, tenetur quis vltro ſe offerre ad teſtificandum. ratio quia ſic exigit charitas, Concl. autẽ intelligitur.

b S. Tho. Alen. Sot. Bannes & alij nu. 2.

Primo ſi ſperat ſe ſuo teſtimonio illi profuturum.

Secundo ſi proximo iniuſtè damnum illud graue immineret.

Tertio dummodo teſti vltroneo ſubĩdè damnũ non ſequatur.

Et hæc Cõcluſio *c* ſic limitata procedit etiam in ijs qui iure impediti ſunt etiam ſi ſint priuilegiati quãdo deſunt alij qui poſſint teſtificari, imò in graui neceſſitate compelli poſſunt magis, vel minus habita ratione maioris, m inori ſuę neceſſitatis modò eis nullũ ſubinde damnum ſequatur, An autem pars habeat alios teſtes vel ne, ſtandum eſt iuramento ipſius.

c l. nec honorem C. de episcopis & cler. c ſi. 14. q. 2.

Dicendum ſecundo. In criminalibus tenetur ſe homo offerre in teſtem ne dum cum eius teſtimonium neceſſarium eſt ad condemnationem rei, cuius delictum eſt contra bonum cõe, ſed etiã quando neceſſarium & utile eſt ad liberandum innocẽtem, vnde ſcriptura ait *d* erue eos qui ducuntur ad mortem, & hoc etiam cũ aliquo incommodo, *e* & etiam ſiquis promiſiſſet ſeruare ſecretum ſub iuramento cum tale promiſſum , & iuramentum ſit contra bonos mores.

d pro. 24. Pſal. 81.

Et procedit Concluſio nedum cum proximus periclitatur iniuſte de uita, ſed etiam de quolibet alio iniquo damno, & etiam ſi ſubindè periculum aliquòd accuſatori imminneat, nam quod hoc ſequatur eſt per accidens cum id quod per ſe teſtis intendit ſit liberatio innocentis, Et rurſus ubi videat teſtis per ſeipſum parum aut nihil prodeſſe poſſe, tenetur id facere per interpoſitam perſonam quæ efficacius ſubueniat reo iniquè circunuento, &c.

e Nau. c. 25.n.16.

An & quando teneatur teſtis ad reſtitutionem ex omiſſione teſtimonij.

Dubitatur ſeptimo. An & quando teneatur teſtis ad reſtitutionem ex o nmiſſione teſtimonij.

Dicendum prima, teſtis vocatus, & iudice rogatus negans ueritatem quam in re graui fateri tenetur peccat mortaliter contra

trà charitatem,& contrà iuſtitiam,& tenetur ad reſtituenda damna parti lęſæ.

Ratio quia cum Iudex habet ius illum interrogandi,conſequẽter & ipſe tenetur reſpondere & aliàs eſt etiam cauſa moralis,vt damnum à Iudice parti inferatur.

Teſtis per fraudem ſe ſubducens à teſtificando peccat contra charitatem non contra iuſtitiam ac proinde reſtituere nõ tenetur. Sot. & Na.

a Salon. 2. 2. q.70. a. 1. contro. 3. concl. 3. Bãnes ibi. du. 3. Valen. diſp. 5. q. 4. pũ. 1.

a Dicendum ſecundo. Teſtis ſciens ſe vocandum à Iudice,ſi per fraudem ſe occultat peccat contrà charitatem, non tamen contra iuſtitiam,& conſequenter ad reſtitutionem non obligatur.

Prima pars patet quia per fraudem ſubducit,ſe in re graui ab obedientia Iudicis,& proximi ſubuentione,quod autem non peccet contrà iuſtitiam probatur quia antequam ei proponatur mandatum Iudicis,non eſt inobediens Iudici, cum mãdatum obligare non poſſit antequam actu promulgetur,ſecus ſi poſt mandatũ Iudicis quis ſe occultaret,tunc enim peccando etiam contrà iuſtitiam teneretur ad reſtitutionem & in hoc ſenſu fortè qui contrarium ſuſtinent ſunt accipiendi.

Subducere ſe etiã poſtquã vocatus eſt a iudice aut rogatus veritatem celare ad aliquod magnum vitandũ à ſe vel a parentib. non eſt peccatum nec reſtitutioni facit obnoxium.

b So. 5. iu. q. 7. a. 1. & alij n. 27.

b Dicendum tertio. Qui ſe occultat antequam vocetur, aut etiam vocatus, & interrogatus occultat prudenter veritatem ad vitandum aliquod magnum damnum ſuum, aut parentum,nec peccat,nec ad reſtitutionem obligatur.

Ratio quia præcepta naturalia,& diuina tam charitatis,quam iuſtitiæ extrà caſum bonis communis ſunt iugum ſuaue,nec obligant in caſibus ità arduis,& difficillimis,quinimò Iudex animaduertens ex teſtis depoſitione eiuſmodi gratia damni oriri poſſe iniquè ageret eum interrogando &c. hinc ſequitur quod ſi pater vel frater occideret aliquem coram me, & alius innocens de homicidio accuſetur, ſi ex mea depoſitione in fauorem illius innocentis patrem,aut fratrem in vehementem ſuſpitionem conijcerem de patrato ſcelere,tutè poſſem tacere, ſicut à ſimili non teneor arcere, latrones à domo aliena ſi ſubinde meam ſint inuaſuri.

Pro accuſato re legitime & neceſſario accuſante teſtis tenetur deponere veritatem.

Dubitatur octauo. An ad validam veram accuſationem teneatur quis ſe offerre ad teſtificandum,maximè ſi ex eo quod accuſator defecerit in probatione pœna afficietur.

c Rodrig. tr. de ord. iudic. c. 7. conclu. 6. & alii nu. 29 §. Cæterum.

c Reſpondeo ſi accuſatio proceſſit iuris ordine ſeruato, & ad eam tenebatur accuſator ob bonum commune, tenebitur etiam, & teſtis ferre pro eo teſtimonium,ſecus ſi temerè,& ſine neceſſitate ad accuſandum proceſſit,& ſi ſubindè damnum incurrit ſibi imputet,& in hoc caſu merito eſt diſpar ratio inter reum iniuſte accuſatum,& teſtem vere ſed non iuridice accuſantem,quia reus patitur periculum inuitus,accuſator vero ſponte.

Dubitatur nono. Quid dicendum de excommunicatione lata contra habentes,& ſcientes habere aliquam ſcripturam, & non reuelantes.

d exc. G. perpetuus Vicarius de fide inſtrum.

Dicendum primo. Inſtrumenta publica tam reus, quam teſtis tenentur prodere.

Ratio quia cum publica ſint, d ad publicam etiam iuſtitiam miniſtrandam exhibenda ſunt.

Dicendum ſecundo. Reus propria ſua inſtrumenta, quamuis faciant pro iure actoris prodere non tenetur, nequè teſtis reuelare.

Ratio, quia nemo tenetur propria arma dare inimico, quare nec excommunicationem incurrent.

Dicẽdum tertio. Neque inſtrumenta communia, & reo, & actori tenetur procedere, ratio quia cum numerẽtur in bonis vtriuſq, melior erit conditio poſſidentis.

Dicẽdum quarto. Cum reus bona fide obtinuit ſcripturas actoris, & ſi certò conſtat de ſua iuſtitia, non videtur obligari ad illas reſtituendas ſi ſubindè timeat ſuę iuſtitiæ cauillationes inferendas, & neq; teſtis tenebitur in eo caſu reuelare etiam exiſtente ſententie axcommunicationis contra non reuelantes.

De fide teſtibus adhibenda, & eorum numero ad probationem neceſſario. Cap. XXI.

Teſtis debet eſſe iuratus & coram iudice deponere teſtimonium

Teſti credendum eſt iuxta ea qua in iudicio iuratus depoſuit non iuxta ea qua extra iudicium.

Teſtis qui contrarium depoſuit in iudicio ab eo quod extra iudicium dixit nõ eſt puniendus pœna falſi.

CVm non ita paſſim vnicuiq; fides ſit adhibenda hinc fit vt teſtes legitimi indicentur debere *a* primo depoſitionem iuramento firmare *b* etiam ſi ſint Religioſi.

c Secundo non poſſe illam in ſcriptis tranſmittere, *d* nam viua voce facilius deprehendi poteſt quomodo ſe res habeat, & an teſtis falſum deponat.

Nec obſtat, quod in lege *e* Theopompus dicitur iuratus ſcripſit, nam intelligitur de ſubſcriptione, iuratus quippe ſubſcripſit depoſitionem voce editam, & notario exceptam.

Vbi autem teſtis morbo impeditus loqui non poſſet, optime poterit ſuam depoſitionem ſcribere, & Iudici tradere præſente tabellione.

Hic tamen Dubitatur quid dicendum de teſte, qui extrà iudicium vno modo ſit in iudicio iuratus alio modo teſtatus eſt.

f Dicendum primo, credendum eſſe depoſitionis factæ in iudicio, tum ob iuramenti religionem, tum ob iudicis authoritatem.

g Dicendum ſecundo, eiuſmodi teſtem puniendum non eſſe pœna falſi, ſecus de eo ſi contraria ſolemniter in iudicio teſtificatus eſt, & hoc volunt iura per *h* Bar. allegata.

a l. iuriſiurandi C. de teſtib. c. fraternitatis cap. tuis de teſtibus.
b Rodrig. de or. iu. c. 8. conclu. 5.
c ca. tales 3. q. & alibi, n. 2.
d Feli. ca. tuis de teſtibus.
e ff. de dote Prælc.
f gl. in ca. cũ cauſam de teſtib. & alii.
g Meno. 2. de arb. iu. centu. 2.
h in l. eos ff. de falſis n. 4.

Dicen-

a Dicendum tertio. Vbi prudenter conijci poſſet, quod dictum extra iudiciale ipſius teſtis uerum ſit fidei diminutionem pati debet, nec ita legitimus reputabitur, ac alij, qui ſibi ſemper conſtiterunt.

b Dicendum quarto. Si teſtis unum dicit in iudicio, & aliud poſtea extra iudicium, ſtandum erit priori dicto, id quod procedit *c* etiam ſi quis in articulo mortis eiuſmodi caneret palinodiam, *d* niſi fieret Iudicis authoritate, & præſtito iuramento.

e Dicendum quinto. Teſtis iuratus in iudicio contraria omnia reſpondens abſque animo, & iuſta retractationis cauſa, non eſt recipiendus, ſecus ſi incontinenti ſe vellet corrigere, *f* quod conſcribat, aut ſaltem antequam ipſe teſtis priorem iam ſcriptam à tabellione ſubſcripſerit, *g* & in hac re etiam Iudicis prudentia locum habebit, *h* quando autem veriſimilem obliuionē poſſit probare, tunc etiam interpoſito interuallo, & ſecuta ſubſcriptione recipi poteſt. Quid de teſte iurato in iudicio contraria deponente.

i Cæterum, ubi neque obliuionem ſubrepiſſe, neque corrigendi animum fuiſſe in teſte, ſic ſibi contrarium conſtiterit, puniri debet vt falſarius, & periurus, neutraque ipſius reſponſio accipitur, niſi in crimine hæreſis, *l* in quo ſtandum erit poſteriori reſponſioni, tàm contra ſe, quàm contra alios, *m* niſi quando primum eius teſtimonium eſſet in fauorem S. Inquiſitionis.

Dubitatur ſecundo. Cum tabellio vnum ſcripſerit, & teſtis fateatur ſe aliud dixiſſe, cui eſt credendum. Teſte, & tabellione contrarijs credendum tabellioni, præſertim in ciuilibus.

n Reſpondeo, In ciuilibus credendum tabellioni, in criminalibus autem ſolent intereſſe etiam Iudices.

Dubitatur tertio. An & quomodo publicum inſtrumentum improbari poſsit. Quo publ. inſtr. improbari poſſunt.

Reſpondeo, *o* primo teſtimonio duorum teſtium omni exceptione maiorum, etiam ſi hi teſtes non fuerint inſtrumento inſcripti. *p* Ratio, quia fides inſtrumenti ſolum pendet a Notario, qui duobus præferri non debet, quamuis eius authoritas publica ſit, & debent teſtes optimè concludere, & concordare, quod verbigratia tali hora quando aſſeritur celebratum inſtrumentum adeſſent in tali loco, & nullum inſtrumentum conditum eſt, &c. Vbi *q* autem pro tabellione eſſet vnus teſtis, non ſufficerent duo contrarij ad inſtrumentum improbandum, ſed tres requirentur, ſic proportionabiliter plures, quando etiā plures eſsent pro notario. 1 Teſtib. qui ſine omni exceptione maiores.

Secundo, tolitur *r* fides inſtrumenti a fortiori per duos teſtes eidem inſtrumento ſubſcriptos. 2 Tollitur eidem inſtrumento ſubſcriptis.

Dubitatur quarto. Quid agendum quando teſtes adinuicem ſunt diſcordes.

ſ Dicendum primo. Quando in ſpectantibus ad facti ſubſtantiam, diſcordes ſunt teſtes, & rei ſi ſint æquales numero, & pares dignitate, ſtandum erit ex parte rei.

Ratio

a Cou. l. 2. var. reſ. c. 13. n. 7. §. verſ. & aliud.
b Doct. in c. per tuas de proba.
c Bal. in l. generaliter. C. de non ſnum. pecu. not. vlt.
d gl. in c litteras, de preſcrip.
e l. qui falſa. vel varia, ff. de teſtib.
f gl. in ca. apud miſericordem 32 q 1.
g Menoch. vbi ſup.
h Bal. in l. presbiteri C. de Epi. & Cler.
i l. eos, & ibi Doct. ff. de falſ.
l Cou. vbi ſup. nu. 9.
m Fel. in c. cū in tua, de teſt.
n Fel. in c. cum cām, de teſtam.
o l. optimū C. de cōt. ſti. c. 4. lo. c. de prob.
p c. ad audientiam, de præſcr.
q Couar. vbi ſup.
r Felin. in ca. cum Ioannes, nu. 46. de fide inſtr. *ſ* S. Th. & alij nu. 12.

Reſpondeo, quia vbi iura ſunt æqualia, melior eſt conditio poſſidentis, reus autem eſt in poſſeſſione ſuæ famæ, & vitæ, & quia Iudex in dubio propenſior eſſe debet ad abſoluendum, quam ad condemnandum, hoc tamen limitatur in cauſis fauorabilibus cuiuſmodi eſt cauſa libertatis.

a Dicendum ſecundo. Quando teſtes, & actores inter ſe, & rei inter ſe diſſenſerunt videat prudens Iudex, an eos ad concordiam poſſit reuocare, ſin minus apud ſe conſideret omnium teſtium pēſatis circunſtantijs, cui nam parti adhærendum ſit.

a S. Thô So. & ali cit. n. 12.

Dubitatur quinto. An teſtis ſingularis plenam faciat proba-

Teſtis ſingularis regulariter non ſufficit ad plenam probationem.

Primo certum eſt, teſtem ſingularem, id eſt vnum tantum non ſufficere ad plenam probationem contra reum in rebus grauioribus, alioquin iam vſus obtinuit ex denuntiatione cuſtodis puniri ſcindentes ligna, furantes vuas, &c. Solius Imperatoris teſtimonium in cauſa mortis ſatis erit, & in alijs etiam grauioribus modo non importent vltimum ſupplicium ſufficiet teſtimonium nedum Pontificis, ſed etiam Cardinalis, aut cuiuſcunq; ità inſignis perſonæ, vt moraliter cenſeri debeat plus fidei illi ſoli adhibendum quam duobus, vel tribus è plebe, & hoc intelligitur quando agitur in præiudicium alterius, quo ceſſante ſufficit aliquando vnus teſtis fide dignus, *b* vt v.g. ad probandum aliquem eſſe baptizatum, & quod dictum eſt de inſufficientia teſtis ſingularis, *c* procedit etiam in cauſa hæreſis, etiam ſi plures teſtes ſinguli tamen de varijs hæreſibus contra aliquem deponant, nam ſic etiam ſunt ſingulares.

b c. paruulos c. cum itaque de conſecr. d. 4.

c Io. Andr. in c. vt officium §. 1. de hær. in 6. & alij nu. 16.

Teſtis ſingularis ſufficit ad indicia cōtra reum, & ſi ſit omni exceptione maior ſufficit, et ad torturam.

Secundo certum eſt, teſtes ſingulares ſufficere ad indicia cōtra reum, *d* & ſi ſint omni exceptione maiores ſufficere ad torturam, facit enim ſemiplenam probationem, & etiam qui vnius teſtimonio vrgetur remanet iam infamatus apud Iudicem competentem.

d l. admonendi, ff. de iureiu. & alii nu. 18.

Quid de teſte ſingulari circa Religioſos.

e Tertio certum eſt, in Religionibus, in quibus ad leuiores pœnas proceditur, maiorq; ſolet ineſſe vitæ puritas, & ſola ſubditi ſalus in puniendo deſideratur cum minori ſtrepitu, & figura iudicij procedi poteſt, ac proinde teſtis ſingularis fidem faciet, non tamē in grauioribus delictis, quibus inuritur infamia, aut ſequitur grauis punitio, &c.

e Caiet. 2. 2. q. 7. ar. 2.

Quarto certum eſt, ad condemnationem rei requiri conteſtes. *f* hoc eſt plures teſtes deponentes, ne dum delicti ſubſtantiam, ſed etiam circunſtantias perſonæ, temporis loci, &c. Dicentur autem eſſe etiam conteſtes ſi plures vnus poſt alium idē crimen viderit.

f Tabiena V. Teſtes verſ. 4.

Teſtis vt concludat debet poſſe reddere cauſam ſcientia per illum ſenſum quo actus ſuper quo deponit percipitur.

Dubitatur ſexto. An teſtes de auditu ad plenam probationem ſufficiant.

g Reſpondeo teſtis, vt concludat reddere debet cauſam ſcientiæ per illum ſenſum corporis, quo actus, ſuper quo deponit percipitur, vndè ad homicidium requiritur vidiſſe, in ijs autem delictis quæ auditu præcipiuntur ſufficit audiſse vocē, aliàs benè ſibi cognitam, hoc autem fallit in caſibus in iure ſpecialiter expreſ-

g Alen. p. 3. q. 45. m 6. ar. 1. & alij.

ſis,

ſis,& preſertim in teſtamento,vndè non creditur teſti, niſi & audierit,& viderit teſtatorem loquentem, & hoc rationabiliter, cũ propter infirmitatem eius vox non iuxtà ſolitum reſonet.

Non eſt ſatis audire vocem teſtatoris ſed neceſſe eſt etiã videre eum loquentem.

Aſtutia etiam extorquendi veritatem, quam aliàs quis tacuiſſet poſitis teſtibus in loco abdito, vndè tantum audire, non autem videre poſſent loquentem, uſu recepta eſt.

Dubitatur ſeptimo. Quis numerus teſtium ſit ſufficiens, & neceſſarius ad alicuius rei probationem.

Reſpondeo, in rebus grauioribus neceſſarii ſunt duo, vel tres teſtes, quod conſonat *a* iuri diuino, *b* & humano, & probatur ratione.

Duo vel tres teſtes ſufficiant regulariter ad probationẽ

Primo, quod non ſufficiat vnus, quia & reus qui negat vnus eſt.

Secundo, quod duo, uel tres ſufficiant patet, cum enim in rebus humanis humana certitudo ſufficiat, ſoleantq; vt plurimum duo, vel tres maxime cum iuramento veritatem fateri, iam illis ſtandum erit.

Caſus in quibus maior teſtium numerus requiritur

Ex eiuſdem quoq; iuris poſitiui diſpoſitione ordinatum eſt, vt in aliquibus caſibus maior teſtium numerus requiratur, quorum primus eſt, in *c* teſtamentis condendis, in quibus requiruntur quinque teſtes, & ſi fiant obſignata, requiruntur ſeptem, idemque eſt in codicillis, & *d* ſecundus in donationibus cauſa mortis.

1 In teſtamẽtis, & codicillis condẽdis.

2 In donationibus cauſa mortis.

Tertius, cum debitor vult probare debitum, quod fuerat in ſcriptis eſſe ſolutum.

3 Ad probandum debitum quod erat in ſcriptis eſſe ſolutum.

e Quartus Epiſcopus Cardinalis non condemnatur niſi ſeptuaginta duobus teſtibus, ſicut presbiter Cardinalis ſexaginta, & Diaconus Cardinalis viginti ſeptem, & hoc rationabiliter.

4 In Cardinalium condemnatione.

Primo, quia eorum ſanctitati plus creditur quã multis teſtibus.

Secundo, quia cum ipſi alios iudicent, facile poſſunt multorum odia incurrere, qui contrà eos falſo teſtificentur.

Et tertio, ad euitandam Eccleſiæ infamiam. Teſtis nunquam eſt torquendus inquantum teſtis, *f* ratio quia vt ſic culpa caret, poterit autem torqueri cum habet rationem rei, vt cum v. g. aliqui Petrum teſtantur interfuiſſe cum crimen à Ioanne perpetratum eſt, id ſi nolit fateri, torquebitur, cum præſumatur tacere ex malitia.

a Deu. 17. & 19. Ma. 18. Ioã. 8. *b* c. quod vero 2. q. 5. c in omni negotio de teſtib. l. vbi numerus ff. de teſtibus. *c* l. fi. C. de codicillis. *d* l. fi. C. de dona cauſa mortis. *e* c. præſul 2 q. 5. & ſequen. *f* Bannes 2.2. q. 70. a. 2. du. 2. conclu. 4

De aduocatis, qui nam ab hoc officio arceantur, & de eorum ſcientia, & fidelitate. Cap. XXII.

Aduocati munus vtile & honorabile Reipublicæ.

Ab eiuſmunere arcentur aliqui ob indecentiã uel impotentiam.

Religioſus quando aduocati munere fungi poſſit

ADuocati *a* munus non minus, quam militum vitæ hominum, & Reipublicæ eſt neceſſarium. Ab eo tamen exercendo aliqui ob indecentiam, aliqui ob impotentiam repelluntur.

Ob indecentiam ab aduocatione, arcentur quicunque *b* Religioſi,& *c* Clerici ne dum in ſacris conſtituti, ſed etiam in minoribus, modò ſint beneficiati,necnon & Epiſcopi.

At,verò ut *d* Religioſi patrocinari conceditur etiam coram Iudice ſæculari in cauſa ciuili modò adſit Abbatis Imperium,& neceſſitas,aut magna commoditas Monaſterii vel amicorum, ità & Clericis etiam permiſſum eſt, tam in cauſa propria quam pro ſua Eccleſia pro coniunctis,& miſerabilibus perſonis,idem licebit in eiſdem caſibus *e* Sacerdoti, ſed cum duplici limitatione prima,vt tantum coram iudice Eccleſiaſtico, ſecundo,vt eius conſanguinei alium aduocatum, aut non æquè bonum habere poſsint.

Quando Clericus Quando Sacerdos.

f Clerici verò,aut in minoribus,aut etiam in Sacris, modò Sacerdotes non ſint, fungi poſſunt munere aduocati coram Iudice Eccleſiaſtico etiam quoad negotia ſęcularia, ſi autem ſint in minoribus,& non beneficiati patrocinari poterunt etiam in foro ſæculari nedum in ciuilibus, ſed etiam in *g* criminalibus, quamuis tunc clericalem tonſuram deferre non deberent.

Qui ob impotentiam ab aduocati munere arceantur.

Prohibetur etiam eſſe aduocatus in ea cauſa,in qua quis eſt Iudex cum duo officia in eadem cauſa non liceat exercere.

Ob internam impotentiam cenſentur inhabiles ad patrocinandum furioſi, & impuberes, ob eternam qui ſenſuum functionem ſunt deſtituti,vt cęci, ſurdi, muti, & demum ob ſpiritualem defectum, redduntur inepti, huic officio *h* hæretici, infideles, excommunicati, infames, & de grauibus criminibus poſtulati.

Quę conſiderandæ ſunt in Aduocato.

Scientia.

Debet aduocatus habere ſcientiam,fidelitatem,cauſam iuſtam patrocinium pauperum,& iuſtum pretium.

a l. aduocati C. de aduocatis
b ca. placuit 2. 16. q. 1. par. ibi.
c c. 1. & c. fin. de poſtulan.
d Nau. in ca. non dicatis 12 q. 1. com. 2 nu. 66.
e arg. c. 1. & fi. diſt. 87
f Panorm. n. 1. de poſtula
g Naua. in c non dicatis 12. q. 1. com. 2. nu. 66. Igaat. Salzedo pract. c. crim. c. 63. Rodri. in ſũ. to. 1. ca. 1.
h ca. infames 3. q. 7 & c. 1. & 2. 4. q. 1.

Quoad

Quoad ſcientiam debet *a* ſcire ius, in quo verſatur, alioquin eſt in lata culpa.

a arg. l. nemini C. de aduoc. diuerſ iud.

Ratio, quia Clientulus ipſi confidit, imò interdum Iudices ab eorum allegationibus plerunque pendent, quarè non minus, ac Iudices decet eos peritos eſſe, quid ob imperitiam cauſam perdiderint, peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem.

b Sil. Nau. S. Ant. nu. 10. §. hinc doctores.

Hinc *b* Doctores volunt etiam peccare mortaliter eum, qui gradum Doctoratus indignè ſuſcipit ex eo, quod occupat in Collegio locum dignioris, & exponat ſe periculo nocendi aliis, nec audiendus eſt Caiet. qui hoc tantùm admittit in doctoratu Theologiæ, & Medicinæ. Neque proinde ſumma eruditio requiritur in Aduocatis, & ſatis eſt mediocris.

Ex hoc capite tenentur Aduocati non eſſe præcipites in conſulendo, abſtinere ab opinionibus ſophiſticis, & ſolerter ſe gerere circa cauſæ cognitionem. Item ut habeant ſcriptam facti ſeriem, vt interrogēt clientem, an habeat legitimas probationes, & demum *c* vt legibus non conuiciis innitantur.

c l. quiſqui vult C. de procur.

Fidelitas.

Requiritur ſecundo in Aduocato Fidelitas, ex quo capite tenetur abſtinere à falſis, & deſuetis legibus, & doctrinis; Item ne bonas diſtorqueat, alioquin de falſo tenebitur, vel ad falſos teſtes, aut aſcripturas aſſerendas inducat, etiam in cauſa iuſtiſsima, ne vè indebitis dilationibus aggrauet aduerſarium; Præterea, nè aduerſario merita cauſæ manifeſtet, *d* alioquin plectendus eſſet, vt præuaricator, etiam ſi cauſa iniuſta ſit, tunc enim ſatis eſſet cauſam diſerere, abſque quod eius ſecreta prodantur.

d arg. l. 1. de procu.

Quas

Quaſnam perſonas, & cauſa Aduocatus defendere teneatur, & quale pretium accipere ei liceat.
Cap. XXIII.

Patrocinium quod eſt ſpẽ eleemoſina, non obligat ad ſemper

PAtrocinium ſpecies eſt eleemonæ, proindè nec ſemper obligat, & ſicut ex parte dantis requiritur poſsibilitas, ita ex parte recipientis egeſtas, *a* S.Th 2.2 q.71.ar. 1. Caietan. Sal. 2 anu. Arag. nu. 2. & 3.

Et quidem *a* communis opinio eſt, quod quando indigentia vrget, tenetur Aduocatus gratis patrocinari, vt & medicus gratis mederi, ſi ægro nullum aliud remedium ſupereſſe videat. Vt autem ſciatur quibus in caſibus, & quando ſuo incommodo Aduocatus obligetur.

Triplex neceſſitas, & indigentia patrocinii. Extrema, Grauis Et comunis

Notandum primo, quod ſicut triplex eſt mendicorum inopia extrema, qua ſcilicet quis breui periare poſset; grauis, qua uel in morbum, vel in aliam ingentem calamitatem incideret, & communis, qua cogeretur ſtipem petere oſtiatim, ſic triplex neceſsitas eorum, qui patrocinio indigent; extrema, quando quis ad ſupplicium ducitur, & proportionale erit in cauſa ciuili quando quis ſic patrocinio indiget, vt non ſit ſoluendo, etſi condemnaretur fame, vel infirmitate periret: grauis, quando in limine eſt incurrendi graue ſupplicium, & proportionale erit in cauſa ciuili, cum ſi vinceretur, a ſuo ſtatu honorifico caderet, vel longum carcerem, aut grauem bonorum iacturam, & familiæ detrimentum incurreret, *b* vt ſi, v.g. pauper agricola, boue quo victum quæritat, eſſe expoliandus, communis qua laborant quicunque pauperes, & plebei, vel in ciuilibus, vel in criminalibus litigantes. *b* Salon. 2. 2.q.71.a.1.

Triplex eſt ĩcommodũ quod poſſet incurrere Aduocatus ex patroc. gratis conferendo. grauiſſimũ Graue, & Leue

Notandum ſecundo, quod triplex etiam poſſet eſſe Aduocati incommodum ex patrocinio gratis conferendo, grauiſſimum, vt ſi mors indè immineat, aut omnium ſuorum bonorum amiſſio, graue, cum aliqualem pateretur iacturam eorũ, quæ poſſidet, vel quæ tunc acquireret; leue, quia ſcilicet tempus tereret, uel tædio, afficeretur, & ſicut dans eleemoſinam, vel habet ſuperflua naturæ, vel ſtatus, ſic etiam Aduocatus, ſuperflua naturæ habere dicitur, quando tam diues eſt, ut ſua abundet familia, & doctus adeo vt & facilè a negotii ſe explicet, & adhuc ſuperſit illi tempus, quo

quo pauperibus patrocinetur. Superflua ſtatus habere dicitur, cum tot facultates habet, quot ſuo ſtatui, ſuæque familiæ decenter ſuppetunt ſuſtentandæ, nec deeſt illi aliquale otium, quo poſſit egenis ſuo patrocinio præſto eſſe.

His expoſitis. Ceterum eſt primo, ī nulla neceſſitate teneri aduocatum cum ſuo grauiſſimo incommodo patrocinari, quia charitas non obligat cum tanto damno.

In nulla neceſſitate tenetur aduocatus cū ſuo grauiſſimo incōmodo patrocinari.

Secundo, in grauiſſimis neceſſitatibus pauperum teneri aduocatum cum leui ſuo incommodo.

Ratio, quia id ordo charitatis expoſtulat.

Tertio, non teneri in neceſſitatibus cum ſuo grauiſſimo incommodo.

Quarto, teneri cum ſuo leui incommodo patrocinari pauperibus in communi neceſſitate conſtitutis.

a S. Tho. 2.2.q. 71. a.1.

Probatur *a* quia eadem eſt proportionalis ratio patrocinantis & eelemoſynam dantis, ſed tenetur quis ex ſuperfluis naturæ pauperi ſubuenire qui eſt in communi neceſſitate, ergo, & aduocatus, huic enim non ſecus, ac prædico tempus, quod ſupereſt, & parua illa moleſtia, quæ accipitur in cauſæ cognitione, & egri viſitatione habet rationem ſuperflui.

Dubitatur primo. An ſi cum pauperi patrocinium gratis non confertur, capitale ſupplicium infligendum ſit, teneatur aduocatus, cum graui ſuo damno eiuſmodi gratuitum patrocinum exhibere.

b Caiet. 2.2.q.71. a.1. Sot 5. Iuſt.q. 8. Salon Bānes, &c.

Reſpondeo affirmatiuè, *b* ratio nam ſicut diues tenetur ſuccurrere pauperi in imminenti, vitæ periculo etiam de neceſſarijs ad ſuum ſtatum, ſic, & aduocatus tenebitur cum aliquali ſuorum bonorum iactura, charitatis ordine ſic exigente.

Cōſtituto in uita diſcrimine nec potenti aliter euadere tenetur aduocatus et cū grauis ſuo incommodo gratis patrocinari.

Dubitatur ſecundo. An in grauibus, & communibus neceſſitatibus teneatur, quis grauis patrocinari.

c Arag. V. Aduocatus, §.10. Sylu. & alij nu. 8. §.alij.

Reſpondeo. *c* affirmatiuè nedum ſi vitę periculum immineat pauperi, ſed etiam honoris.

Contrarium docuit *d* Caiet. volens Aduocatum habentem tempus ſuperfluum ab eo quo indiget ad cauſas, quarum ſtipendijs ſuo ſtatui decenter conſulit non teneri niſi ſub veniali in graui pauperum neceſſitate, in communibus autem neceſſitatibus eorumdem teneri tantum ſub conſilio.

d 2. 2. q. 71 a.1.

Probant primo, quia opera miſericordiæ non obligāt ſub mortali, niſi in extrema neceſſitate, ſic non teneor ſub mortali colligere hoſpitem, qui dormiendo ſub dio, non moreretur, nec redimere captiuum etiam ſi eſſet in vitę diſcrimine conſtitutus.

Reſpondeo, ideò nos non teneri pauperem hoſpitio recipere, quia vbique ſuppetunt communia hoſpitalia, aliter non excuſarer, cum pauper in graui neceſſitate hoſpitium peteret, ſic etiam quamuis non tenear inquirere captiuos ad eos redimendos, ſi tamen occurrant in graui neceſſitate conſtituti, certè ab obligatione eis ſuccurrendi non ſum immunis.

Soluitur obiectio C.

e 2. 2. q. 32 a 5.

Vrgere etiam poteſt Caiet. quod non proportionaliter e'o. a-

Caietanū ralbeitur

tus

tus ſit de eelemoſina, & patrocinio, cum illam necdum in grauiſſima neceſſitate de neceſſarijs ad proprium ſtatū, ſed etiam in graui de ſuperfluis docuerit erogandam.

Probari etiam poteſt ſecundo opinio Caietani, quod in bene inſtituta Republica ſunt qui ex officio pauperibus patrocinantur.

1 Reſpondeo. Concluſionem intelligi, vel quando deeſſent, vel eſſent admodum impediti, vel nollent exequi fideliter ſuum munus, alioquin nec fruſtrà id omnibus Aduocatis indifferenter à legibus *a* præceptum eſt.

Propoſitũ de nunquã patrocinando grauibus neceſſitatibus, eſt pec. mor.

In neceſſitatibus autem communibus vni, aut alteri non patrocinati, non eſt quidem mortale, propoſitum tamen habere nunquam in eiuſmodi caſibus adiuuandi, mortale eſt, *b* ſicut & de non danda eleemoſina de ſuperfluis in communibus neceſſitatibus.

a l ne qc. quam. §. fi nal.
b S. Th. 2. 2 q. 71 ar. 1. in corp.

Circa cauſas, quas Aduocato licet ſuſcipere. Dicendum primo. Aduocatus, qui ſciens, & prudens cauſam iniuſtam tuetur, peccat mortaliter, etiam ſi ſit cauſa moralis damni alterius partis, & cum faciat contra iuſtitiam, tenetur ad reſtitutionem, ſi vel ſententia ſequatur, vel pars aduerſa ob eius calumnias cedat liti, modò cliens, aut non poſſit, aut nolit ipſe reſtituere.

Et procedit concluſio, ſiue patrocinium ſuinat, aut litem vincat, ſiue vt ad concordiam, & tranſactionem partes inducat, *c* Et rurſus etiam ſi aduerſarium vexet circa aliquod punctum, quod ſit iuſtum pro ſuo cliente; modò in puncto principali litis noſcat ſe iniuſtè patrocinari; Immo quandoque obligatur ad reſtitutionem faciendam, nedum parti aduerſę, ſed etiam ſuo clienti, *d* ſi illum de cauſæ iniuſtitia admonuit.

c Caiet. v. aduoc. & cg.

e Fiſco autem reſtituere non tenetur, ſi per iniquum patrocinium clientem à pœna illi debita exemit, tùm quia ad eum non pertinet proſpicere bono fiſci, tùm etiam, quia pœna non debetur niſi poſt condemnationem, &c.

d S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 16. §. vlt.
e Salon 2. 2. q. 71. a. 3 controu. 3. Ban. ibi. dub. 3.

Hic verò dubitatur. An ſi quis ignorans cauſam iniuſtam ſuſcipiat defendendam, excuſetur à peccato, & à reſtitutione.

Ignorantia è triplex. Antecedens Cõcomitãs.

Prò qua re notandum, quod ignorantia eſt triplex, antecedens quæ eſt quidem cauſa actus, ſed omnino inuoluntaria, vt cum quis adhibita diligentia neſciens aliquem tranſire proijcit ſagittam, et interficit tranſeuntem; concomitans eſt, quando ignorans quidem aliquid facit, ſed feciſſet adhuc, ſi ſciuiſſet, verbigratia, quis ſagittam proijciendo ignorans perimit inimicum, ſed ſi ſciſſet, libenter etiam peremiſſet. Conſequens violentia eſt voluntaria, & contingit quando quis vult ignorare, vt excuſetur, vel quando poteſt, & debet ſcire, & neſcit, ſed de hoc *f* alibi dictum eſt. Hoc prænotato.

Conſequens

f lib. 2. c. 2. & c. 10.

1 Certum eſt primo, quod ignorantia antecedens excuſat. Ratio, quia eſt inuoluntaria.

2 Secundo, certum eſt, nihil certi definiri poſſe circa ignorantiam comitantem, an peccet Aduocatus, & teneatur reſtituere, ſed conſiderare oportet an debitam diligentiam adhibuerit ad explorandam iuſtitiam, & merita cauſæ, vt ratione illius condemnetur, vel

excu-

a lib. 2. ca. 10. concl. Sayri.

excuſetur à peccato, & debito reſtituendi, de quo a alibi dictum eſt.

Tertio, certum eſt, quod ignorantia conſequens inducit peccatum, & vinculum obligationis cum ſit, aut directè, aut ſaltem indirectè voluntaria. 3

b caiet. 2. 2. q. 71. art. 3.

b 4. Certú eſt, quod Aduocatus, qui paratus eſt quancunq; cauſam defendere, ſiuè iuſtam, ſiuè iniuſtam, ſi tamen poſtea debitam adhibuit diligentiam, & neſciens cauſam iniuſtam defendat, nec peccat, nec reſtituere tenetur, quamuis prius ob prauam animi diſpoſitionem peccauerit. 4

Notabile documentum 5

Quinto, certum eſt, quod ſi accidat, quod Aduocatus eruditus, & alioquin diligens firmum habens non peccandi propoſitum, ex obliuione, quam quidem vincere potuiſſet, commiſit aliquid quod videtur mortale, non ſtatim debet illi, vt mortale imputari, quia videtur in eo eſſe ignorantia, antecedens, & quodammodo inuincibilis, cum in poteſtate noſtra non ſit ſemper meminiſſe, & ad manum habere vſum ſcientiæ. E contra ſi ſit indoctus, & negligens non eſt facilè à mortali excuſandus.

c ca. ſi quē pœnituerit. §. præuaricator, 2. q. 3

Tranſactio in cauſa iniuſta, qualis eſſe debeat. 6

Item ſi aduocatus in litis progreſſu cauſam eſſe iniuſtam animaduertat, tenetur ſtatim patrocinium relinquere, ſuoq; Clienti iniuſtitiæ punctum manifeſtare, eumq; vel ad ceſſionem, uel ad tranſactionem litis inducere, tranſactio autem, debet eſſe ſine partis aduerſæ detrimento, ſine vi, & ſine metu. c Nequè proinde merita huius cauſæ debebit perdere Aduocatus, vel aduerſarii patrocinium ſumere, nam ſic eiſſet præuaricator, niſi fortè in cauſa ſanguinis, & vbi de uita, uel mutilatione ageretur, aut de magno alicuius dedecore, aut de Principis fama, tunc enim admonito Cliente ſi nolit deſiſtere, tenetur iudicem de cauſæ iniuſtitia admonere, d poteritq; etiam pro aduerſario teſtem agere, cum ſit de iure naturali innocentem tueri.

d Sot. 5. iuſti. q. 8. ar. 3. ad 2. & alii nu. 21.

Quæ requirantur, ut cauſam cognitam in progreſſu iniuſtam Aduocatus relinquat, &c.

Ad hoc autem rectè faciendum requiritur, primo, vt non ſub dubio cauſæ iniuſtitia cognoſcatur, ſed ex certiſſima ſcientia. Secundo ut hoc ſine ſcandalo fieri poſſit, tertio, vt fraterna admonitio præmittatur, quarto quod iudicet aliàs innocentem condemnatum iri, ſicut è contra ſe ſua authoritate, & teſtimonio profuturum.

e s. Tho. q. 71. art. 4. in corp.

De ſalario Aduocati.

Circa ſalarium e Dicendum primo, quod ſi Aduocatus publicum non habeat ſalarium, cum non uult pauperi patrocinari, peccat quidem, ut ſupra dictum eſt, ad reſtitutionem tamen non tenetur, cum ad id non obligetur ex iuſtitia, ſed ex charitate, quod proportionaliter dicendum eſt de Medico.

f s. Augu. epi. 54. ad Maced. & refertur in c. nõ ſanè 14. q. 5

Dicendum ſecundo. Non teneri Aduocatum ad gratis præſtandum omnibus ſuum patrocinium. Neque obſtat, quod veritas vẽdi non poſsit, unde nec Iudex, nec teſtis pro ea quidquam accipere debet, ſed id debet intelligi, ne intuitu pecuniæ à iudicio teſtificatione declinetur, quarè ut teſtis pro labore, f ita & Aduocatus mercedem poteſt accipere, præſertim cum eius finis proximus non ſit iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum ſui clientis.

Et rurſus, quamuis conſilium, & patrocinium ſint res ſpirituales, *a* non ſunt tamen eius generis, quin pro eis merces recipi poſſit, cum noſtro ſtudio acquirantur, non autem gratis dentur. *a* S. Th. ar. 4.

Dubitari etiam ſolet, quale prætium poſſit accipere Aduocatus, circa quod.

Quale pretiū poſſit accipere Aduocatus.

Dicēdum primo. Vbi taxatum eſt pretium pro ſingulis actibus patrocinij, plus exigere eſt peccatum contra iuſtitiam, ac proinde reſtituendi obligationem inducens.

Dicendum ſecundo. Si non ſit taxatum, poteſt pretium moderatum exigere penſatis omnibus circunſtantijs arbitrio boni viri
1 ſecus ad reſtitutionem tenetur, modò ab vniuerſitate ſalarium
2 non habeat.

Dicendum tertio. *b* Non licet paciſci cum clientulo de quotalitis, ideſt de certo pretio cum hac conditione, ſi vincam. Ra-
3 tio, ne Aduocatus per fas, & nefas ad victoriam emptatur, paciſci tamen poteſt de iuſto pretio vtcunque ſententia cedat, & præſtiterit hoc in principio litis fieri, ne cliens circa litis medium inuitus adigatur ad paciſcendum. *b* l. ſi q C de poſtul. l. ſumptus ff. de pact.

c Dicendum quarto. In caſu appellationis poteſt Aduocatus
4 aliud ſalarium petere.

Ratio, quia non eſt idem iudicium, & hoc procedit cum ſit appellatio extra Prouinciam, aut non propè, & rurſus cum appellatio eſt à cauſa definitiua. *c* Spec. ti. de ſal. Aduo. & alij nu. 31.

d In caſu verò, quo ante ſententiam clientulus tranſigat cum Aduerſario, ſi id fiat in fraudem Aduocati, ei debetur ex integro promiſſum ſalarium, ſi bona fide adhuc diſtidguendum ſi enim ipſe Aduocatus interceſſit in traſigendo, ſic etiam totum poterit recipere ſalarium, ſin minus, tunc pro rata temporis, & laborum iuſtum ſalarium accipiet. *d* Sayr. nu 33.

De Procuratore, & conditionibus ad eius officium iuxtè exequendis. Caput XXIV.

a gl. in l. ſalarium, ff. mandati.
b Tol. l. 5. cap. 62.

Quod à procuratore requiratur Scientia, Diligentia, Veritas, Iuſtitia.

PRocuratori, *a* qui & Aduocatus largè ſumpto vocabulo dici poteſt, *b* quatuor ſunt neceſſaria, Scientia, Diligentia, Veritas, & Iuſtitia. Scientiæ ſufficientis defectus, peccatum mortale inducit, & reſtitutionis obligationem, Diligentia conſiſtit, vt iuſtos terminos in cauſa petere ſatagat, vt non prætermittat, cum opus fuerit, probare, reſpondere, appellare, cum alioquin damna eius culpa clienti obuenientia, reſarcire teneatur. Veritas conſiſtit, vt ſit fidelis, ne vè clientulos ad falſitates inducat, aut ſuperfluas dilationes procuret, & demum, Iuſtitia in eo ſita eſt, vt cauſam iniuſtam non tueatur, vt prioribus priora tribuat, ne ſe cauſarum multitudine obruat, ne partes ad iniquam concordiam inducat, ne cauſam differat ex induſtria, vt ei plus lucri accedat, ne Iudicem peruertat, ne inteſtium repulſa eorum occulta crimina, patefaciat, vt vitet ſcandala, & detrimenta, & demum, ne immoderatum ſalarium exigat, & cætera. Hic autem.

Dubitatur primo, An ſi Procurator ab Actuario obtinet acta gratis, vel per modicum pretium, an poſſit ſibi applicare id, quod ipſe gratuito accepit. *Dub. 1.*

c Panor. in c. finem litib. nu. 29. de dol. & cont.

c Reſpondeo affirmatiuè, modò id ab actuario factum ſit in gratiam Procuratoris, ſecus ſi in gratiam clientis tantum, vel quia id omnibus indiſtinctè facit.

Dubitatur ſecundo. An ſi clientulus aliquid per ſe procuret, poſſit id de ſalario Procuratori debito excomputare. *Dub. 2.*

d dec. Rotæ. 183. & alij nu. 6. Rip. tr. de peſte tit. de rem ad cura. peſte nu. 303.

d Reſpondeo negatiue, niſi forte cum ex eo aliquod lucrum perſonale perdidit cliens.

Dubitatur tertio, An Procurator ab Vniuerſitate conductus ſalarium centum aureorum per ſingulos annos poſſit alicui ſubſtituto dare, verbi gratia, quinquaginta, & totidem ſibi retinere. *Dub. 3.*

e Reſpondeo affirmatiuè, modò ipſe omne periculum negligentię, & ignorãtiæ ſubſtituti in ſe ſuſcipiat, idẽ proportionaliter de

Commiſſario, aut procuratore alicubi miſſo *c* cenſendum eſt. Pro ijs autem quę contigerit diebus feſtis procurare licitè etiam, poteſt ſalarium exigere, de quo etiam *a* alibi dictum eſt.

a in expli. 3. præcep. c. 2.

De actuario, ſeu Notario, eiuſq; munere, & officio.

Cap. XXV.

ACtuarius, qui & Notarius, ſeu tabularius dicitur, eſt, & ipſe in iudicio neceſſarius, creariq; poteſt à Papa, Imperatore, Rege, Republica, nec non à Ducibus, & Epiſcopis iura Principum in ſuis locis habentibus.

Qualis ſcientia requiratur in Actuario.

In Actuario requiritur, primo ſcientia, & quamuis non teneatur eſſe Doctor, debet tamen eſſe mediocriter inſtructus de his, quæ attinent ad artem Notariatus, vt cõſuetas clauſulas non relinquat, ſuperfluas non inferat, *b* compenſaturus damnum ſi quod ſubindè ſequatur, præter peccatum mortale, quod committit Error tamen ipſius non debet contrahentibus præiudicare, cum de ipſorum mente conſtiterit.

b Panor. in c. 1. nu. 7. de fide inſtrum.

c Panor. in c. ſicut te nu. 19 ne clerici vel Monachi.

Quid circa Actuarij obligationẽ.

c Requiritur, ſecundo obligatio, nam cum ei officium confertur, iurat ſe inſtrumenta quoties rogabitur confecturum ſine veritatis diminutione, vel falſitatis commixtione, quarè ad id tenetur ſub pœna periurij, & ſi renuerit, priuari poterit, modò ne rogetur de contractu illicito, aut multitudine negotiorum impediatur, aut officium diuerſum gerat, aut effectus ſit decurio, vel aduocatus, vel clericus, aut monachus.

d Couar. lib. pract. q. c. 19. n. 5.

Quid de Actuario infami ante uel poſtquã electus ſit ad officium.

d Si contingat Notarium eſſe infamem infamia iuris publica, eius inſtrumenta nullum habent robur, etiam ſi à Rege creatus ſit modò Rex ſua cũ authoritate ab infamia non liberarit. Quod ſi infamiam incurrat poſt creationem, exindè eius acta ſunt irrita.

Infamia verò, quæ illi ex prauis incuritur moribus, etiã ſi publica fuerint prohibet tantum ne aſſumatur, aſſumptus tamen fidem faciunt eius inſtrumenta.

e Superius aſſumi poteſt, ad hoc officium ſicut, & Clericus, etiam in minoribus conſtitutus, & etiam apud ſæcularia Tribunalia, ſicutè contra laicus apud Eccleſiaſtica, modò non ſit beneficiatus.

e Calderinus conſilio 2. de fide inſtru.

In Curia tamen Roma, ex Pontificis priuilegio poſſunt Clerici indif-

indifferenter eſſe notarij, eorumq; inſtrumenta valent etiam extrà illam Curiam.

Monachus prohibetur officium Actuarij.

Monachus ob actuarij munere arcetur, & ſi quæ faceret inſtrumenta abſque Abbatis licentia nulla eſſent. *a* Poterit tamen inſtrumentum inceptum ante profeſſionem, vel in ſuo protocollo conſcriptum, vel quod contrahentes ad perfectam conuentionem coram ſe deduxerant complere, & ſignare.

b Hæc autem, prohibitio facta eſt, non quod vile ſit officium, ſed quia non decet Religioſos, ſecularibus immiſceri negotijs.

Quid doceat Actuarium ratione fidelitatis.

Requiritur tertio, in Actuario veritas, & fidelitas, de quibus ipſe iuramentum pręſtat, & ratione horum debet, primo cauere à falſitate ne ſcilicet, fingat ea, quæ inter partes acta non ſunt, *c* aliter præter peccatum teneretur ad reſtitutionem.

d Secundo, vt ſeruet apud ſe originale inſtrumentorum.

e Tertio, ne inſtrumenta ab eo requiſita occultent.

f Quarto, ne aliter conficiat inſtrumenta, quam veritas extiterit, vt verbi gratia abfuit pecunia, non dicat fuiſſe in ſui præſentia numeratam.

g Quinto, vt certiores faciat partes de opſcuris, & præcipuè mulieres, & ſimplices.

h Sexto, vt det tranſumptum præſertim pauperibus, qui illud petunt, vt ſe defendant in iudicio.

Septimo, ſi diminutè teſtium depoſitiones ſcribat, tenetur, de damno.

Octauo, vt habeat ſubactuarios fideles, ne uè decreta reuelent antequam à Iudice firmentur, nec ſigillum immutet *i* aliter puniretur pæna falſi.

Sollemnitates, quæ ad inſtrumenti validitatem requiruntur.

K Sollemnitates, quæ ad inſtrumenti validitatem requiruntur ſunt.

Prima, inuocatio diuini nominis.

Secunda, indictio diei, & menſis, in quo fit contractus, locus in quo recitatur inſtrumentum, teſtes, nomen tabellionis, & eius ſignum.

Quid doceat Actuarium ratione iuſtitia.

Circa iuſtitiam tabellionis, Hæc in duobus conſiſtit, primo in conficiendo inſtrumenta, ne videlicet faciat inſtrumenta illicita, & prohibita, vt vſuraria, & contra Eccleſiaſticam libertatem, & in his duobus caſibus incurrit, etiam excommunicationem. Item ne condat teſtamentum nuncupatiuum alicuius non ſanæ mentis, ſic enim peccat, *l* & tenetur reſtituere hæredibus legitimis, *m* ne teſtatorem precibus importunis inducat, ad hæredem inſtituendum alium, quam ipſe velit, *n* ne legata ad pias cauſas occultet, *o* & demum ne teſtamenta clauſa ante mortem teſtatoris operiat.

Conſiſtit ſecundo, iuſtitia in iuſto pretio exigendo, circa quod cauere debet, ne pretium, pro re accipiat, quam gratis tenetur exhibere, vt pro literis dimiſſorijs, &c. & hoc in locis vbi viget conſuetudo, vt gratis dentur, & quando habet, pro ſuo officio ſalarium conſtitutum.

a gl. in ca. vt officiũ §. verũ in v. præmiſſa de hæret. in 6.
b Couar. lib. pract. quæſt. ca. 19. n. 8.
c arg. ca. fi. de iure iur.
d l. ſi quis §. Prætor ait, ff. de edendo.
e Silu. V. Tabellio. q. 8.
f Iaſo. in l. ſingula. ff. ſi certũ pet.
g Naua. in ca. 25. nu. 63.
h S. Anto. p 3. tit. 6. c. 3. §. vlt. verſ. 7.
i §. Itẽ lex Cornelia Inſtit. de publ. iud.
K Couar. q. 20.
l Na. c. 25. n. 54.
m Silu. v. Tabellio q. 8.
n Tole li. 5. c. 61.
o l. qui teſ. C. ad legẽ Corn. de falſis.

Secun

Secũdo, ne tranſiliat pretium iuſtum & taxatum, & cum plus ei datur, quam debeatur, ex ignorantia dantis tenetur reſtituere, & in dubio an ſcilicet, quis gratis dederit an ex ignorantia, debet etiam reſtituere.

Dubitari autem poſſet. An ſi lex eiuſmodi donationes vltrà taxatam prohibeat, peccet accipiendo, & teneatur reſtituere

Accipiens pretium vltra taxam contra legis prohibitionem peccat exceptis aliquibus caſibus.

Et quidem, quod peccet conueniunt ferè a omnes, cum faciat contrà legem iuſtam, & contra iuramentum, quod verum eſt quando datur, ratione officij ſcribendi, b in aliquibus tamen caſibus non peccaret.

a Vtroq. Naua. Rodriguez. Med. n. 18.

b Pet. Na. 3. de reſti. c. 3. nu. 22.

Primus, eſt, quando ei aliquid datur, ob dignitatem perſonæ ſuæ.

Secundo, quando ob dignitatem eius, qui largitur.

c Tertio, quando, vt celerius ſcriberet, cogeretur noctem inſomnem traducere, vel alios perpeti labores.

c Lopez 1. de contract. cap. 19.

d Quarto, ſi à proprio loco ad diſtantem, & eo magis ſi hora inoportuna proficiſci cogeretur.

d Rodrig. p. 2. ca. 2. concl. 1.

Quinto, cum conſilium impertiret ad partes componendas.

An verò, quando præter hos caſus peccat accipiendo teneatur reſtituere.

Reſtituere tamen non tenetur.

Reſpondeo negatiuè, cum nihil tam naturale ſit, quam uoluntate domini dominium, rerum ſuarum in alium transferri.

FINIS.